PATHOLOGIAE

SERMONIS GRAECI

PROLEGOMENA

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.

LIPSIAE
APUD WEIDMANNOS.
MDCCCXLIII.

VIRO CLARISSIMO

CAROLO GOETTLING

PHILOLOGO PHILELEUTHERO

S.

PRAEFATIO.

Quum duae sint Grammaticae partes, Etymologia et Syntaxis, et utriusque duplex divisio in analogiam et anomaliam, veteres Technici praecipuam curam posuerunt in explicanda imparilitate tum conformationis singularum vocum tum dispositionis conjunctarum. Hujus autem doctrinae reliquias late sparsas colligere et per partes exponere constitui permotus et gravitate rei ex ultima grammaticarum quaestionum subtilitate repetitae et diutino incultu. Ac primum quidem de affectionibus scribere mihi proposui, deinde de figuris; quarum unam speciminis loco tractavi in commentatione de antiphrasi Actis societatis graecae inserta. Sed profecto vereor ne quis me *arguat incepto serum accessisse labori* et non satis considerate; nam via longior est quam cui emetiendae vita reliqua suppetitura videatur. Quare ut quamque operis destinati partem ad quandam maturitatem perduxero, continuo in publicam notitiam prolaturus sum et ante ceteras eam, cui nomen Pathologiae imponere, quum nullum reperissem convenientius breviusque, non nefas duxi fretus auctoritate et exemplo Theodoreti qui similitudinem a re medica transferens librorum

suorum elegantissimos *παθημάτων ἑλληνικῶν θεραπευτικήν* inscripsit. Videlicet vocabula quoque affectiones suas habent, non homines solum, et eas similes humanis, pleonasmos, ellipses tropasque varias, ad quas et cognoscendas diagnosi opus est et ad corrigendas therapia; nam et hoc nomen usu ceperunt Grammatici. Quemadmodum vero vocabula ipsa duabus ex partibus constant, quarum una stirps continetur, altera ad terminationem pertinet, eodem modo haec erit dispertienda quaestio. Primum igitur disseram de mutationibus syllabarum finalium, non directe sed circuitione quadam usus et anfractu. Nam quia quid affectum sit et quomodo sciri non potest nisi explorata unius cujusque forma nativa et propria, idcirco mihi faciendum putavi ut singulas terminationes ex ordine percenserem, primum nominum, tum deinde verborum. Quam partem si absolvero, pari ratione exponam de affectionibus, quibus substantia vocum interpolatur; nec praetermittam si quid in declinatu discrepet et si quid in partibus orationis indeclinabilibus. Is erit Pathologiae terminus. Nunc quidem substiti in terminationibus eorum nominum quae mihi uberrimam ad disputandum materiem praebere videbantur, earumque non corruptiones solum tradere conatus sum sed etiam, ubi ex re erat, derivationem, significationem, accentum, quantitatem et qua aetate quaeque celebrata sit et quo in genere dicendi. Haec curriculi mei quasi exordia fuere, ideoque hoc volumen Prolegomena inscripsi.

Posteaquam dixi quid mihi proposuerim, dicam in quo mihi defecisse videar. Nimirum igitur quum omnia ista complecti studerem, factum est sine dubio ut nonnulla aut per imprudentiam praetermiserim aut deliba-

verim potius quam exhauserim aut non justo ordine explicuerim; id quod evitare perdifficile fuit in tanta rerum copia et varietate. Quod si quis ita judicet huic incommodo occurri potuisse si ex multis quae in promtu essent exemplis, delegissem certissima, equidem hoc ipsum profiteor et prae me fero (nec dubitabunt qui in simili negotio versati fuerint) me plura reposuisse quam proposuisse. Sed omnino certi incertique arcta confinia sunt et alia apud alios aestimatio. Neque inutile duco quae tenebricosa quidem sed tamen non prorsus desperanda videantur, legentibus ad considerandum proponere sicut Aegyptii aegrotos suos propter viam collocare solebant ut unusquisque praetereuntium, si quid salubris consilii haberet, in medium conferre posset. Verum illud multo magis timeo ne, quae in prooemio Antiphrasis contra etymorum venatores scripsi, contra me scripsisse reperiar. Nam illa germana et nomini suo congruens Etymologia procul ab oculis nostris in Empyreo habitat ubi Autosophia et Autogrammatica et ceterae mundi platonici incolae; nos autem terrigenae umbras quasdam ejus consectamur et simulacra sublustria, quae nobis in rerum grammaticarum tractatione occurrunt quoquo euntibus et quamvis obnixe repulsa *tamen usque redibunt;* de his enim quaestiunculis valet quod de mulieribus dixit poeta comicus, neque cum iis satis commode neque sine iis ullo modo vivi posse. Itaque ego quoque saepe vel invitus et ingratis eo adactus sum ut vocabulorum origines abditas conjectura quaererem cautior fortasse Cratylis nostris, quorum curiositati nihil clausum, nihil impervium est, sed erroris haud immunis; nam in hujusmodi negotio *etiam qui cavisse ratu'st saepe cautor captus est.* Si qua tamen spes

superat artis lubricae et fallacis legibus fundandae, id ego non alia ratione effici posse arbitror quam si cujusque generis exempla non tria quatuorve sed quantum fieri potest omnia vel certe plurima in unum collata fuerint, non quo sperem hac via in illud sublime jugum ascendi posse unde sermonis graeci scaturigines emicant sed ut eo saltem procedatur quo aspirare permissum est.

Vocabulorum quae tractavi testes locosque, qui e Lexicis et Indicibus cognosci possunt, brevitati serviens non nominavi nisi si ad designandam vel aetatem vel sectam auctorum necessarium fuit, et in universum sedulo cavi ne in vestigia trita incurrerem. Ideo quum has dissertationes*) primum ederem, Thesaurum Parisiensem diligenter inspexi, quoad quidem typis expressus erat, et nonnunquam quae in eo praetermissa sunt adnotavi. Nomina Graecorum hominum propria et si ea deessent peregrina interdum apposita sunt non propter se sed adminiculi causa. Ad ultimum sciri volo extremam huic libro manum aestate superioris anni impositam esse. Postea quos accepi libros, velut duo Meinekii novissimos eosdemque uberrimos, ad rem meam conferre non potui nisi in Addendis. Haec numero pauca sunt, sed amplificabunt alii tessellasque nostras ad modum musivi operis artificiose component. Mihi

---

*) Sic inscribere malui quam disputationes, quia hoc nomine saepius usus sum intellectu diverso. Et alibi minus probata praetuli minus perspicuis et minus tritis ut interdum *regulae* dicere coactus sum pluraliter et *praefinitum* pro παραληγόμενον etc. Alia quaedam mutassem si typographus in propinquo et corrigendi tempus fuisset.

enim viam asperam et incultam ingresso circa initia subsistendum fuit, sed non defore puto qui amplissimum grammaticae graecae locum majore apparatu exstruat atque exornet. Certe ἔσσεται οὗτος ἀνήρ — nisi forte aura, qua hactenus provecti sumus, reflaverit totumque hoc antiquitatis studium sic ut Niebuhrius ante hos duodecim annos vaticinatus est, repressum fuerit. Illa quidem de motibus civilibus praedictio vana fuit, sed periculum aliunde imminet. Etenim duae nunc in plerisque civitatibus gliscunt sectae quae liberalem eruditionem partim aspernantur, partim pertimescunt. Harum uni adscripti sunt utilitarii qui nihil aliud optant quam panes et circenses hoc est pecuniae cito conficiendae et per delicias prodigendae vias et rationes. *Quid faciat laetas segetes, quae cura boum* — et *si de quincunce remota est unica quid superet,* id scire isti satis superque habent et centum Graecos curto centusse licentur. Altera est factio clericalis, inscitiae et superstitionum nutricula, quae nunquam obliviscitur renovatione literarum graecarum et latinarum gradum factum esse ad illam rerum nostrarum conversionem qua religio a calumniis interpretantium vindicata, artes et literae e vinculis monachalis institutionis solutae et mille viae ad generis nostri perfectionem patefactae sunt. Hoc est quod hierarchiae emissarii tonsi intonsive infectum reddere omni ope nituntur spem nacti restituta barbaria suam sibi dominationem restitutum iri, cui nunc honestum nomen pietatis et philorthodoxiae praescribitur. Et fiet fortasse ut pro Horatio romano mox legatur Horatius Polonus, Sarbievskius, cujus odas et epodos nuper aliquis juventuti christianae commendavit, et pro Virgilio ethnico Christias illa, quam Alexander Rossaeus

sub titulo Virgilii Christiani sive evangelizantis edidit. Qui si nimis novitii videbuntur, hoc certe vitio carent Prudentii, Sedulii et aequalium cantica verbis horrida, sensibus absona pariaque illi aetati qua omnis ars et omnia studia doctrinae in sterilem dogmatologiam degenerarunt. Denique nihil obstabit quominus cum Homero commutetur Nonnus Paraphrastes cumque poetis tragicis melodrama paschale, quod theologo Cappadoci inscribitur, vel tragoedia Ezechielis, hisque adjungantur chrestomathiae macrae et marcidae, florilegia, orbes picti, compendia Hollaziana et cetera disciplinae intermortuae instrumenta. Hunc in gyrum si literarum cultores compulsi fuerint et si redivivi Hoogstratii et Pfeffercornii politioris humanitatis subtraxerint nutrimenta omnia, quis deinde illa aeterna humani ingenii monimenta suspiciet? quis scrutabitur secreta naturae verborum architectae legesque quibus ipsa serviat? Vanus forsitan hic fuerit metus vanaeque illae obscurorum virorum machinationes, sed si quid atri imminet, plurimum certe contribuent isti inertis seculi praecones eorumque patroni et mandatores. Scripsi Regimontii Prussorum calendis Majis A. MDCCCXLIII.

DISSERTATIO PRIMA.

DE

MUTANDAE TERMINATIONIS NOMINUM CAUSIS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCIII.)

Si quis Buttmanni et Matthiadae Artes cum Conradi Schneideri opere uberrimo vel adeo cum vetere illo Aristarcho Vossiano comparaverit, protinus ille intelliget in graecum sermonem multo minus operae et laboris insumtum esse quam in latinum. Ac si deinceps reputaverit a nostrae vernaculae linguae atque earum quae orientales vocantur magistris quae res quaeri et disputari soleant, tum vero etiam magis mirabitur quam multi Grammaticae loci quamque graves usque ad id locorum aut plane atque omnino praeteriti aut leviter tanquam a festinantibus percursi sint. Etenim omnis fere doctorum opera versata est duabus in rebus, una, quemadmodum vocabula a recto declinentur in obliquum; altera, ut ea inter se ratione conjuncta sententiam efferant. Declinationem vero duplicem esse constat, unam naturalem in casus, numeros, genera, gradus, tempora, modos; qua de Grammatici nostri tantum tradunt quantum ad tironum institutionem satis videtur, alteram voluntariam *ἀπὸ ὀνόματος εἰς ὄνομα* Anecd. Bekk. 858. hoc est si a vocabulo vocabulum declinatur recta positione singulari in rectam singularem. Hanc vero vix primis lineis designatam habemus. Neque tamen facile dixeris utra pars ad veterum scriptorum intelligentiam magis sit necessaria. Namque casu, genere, tempore, gradu significationem mutari et quo mutetur, plerumque patet; sed multo occultior est derivationis ratio; cui nomini subjicimus omnes primae et simplicis positionis vicissitudines, sive accentus mutatur ut *γλαυκός Γλαῦκος*, *πυῤῥός Πύῤῥος* (et *πύῤῥα* avis nomen), sive literae, quod fit pluribus modis: vel intrinsecus *ὀβελός* — *ὀβολός*, *θρόνος* — *θρᾶνος*, *ξανθός* — *ξουθός*, *κνάω* — *κνήθω* — *κνίζω* — *κνύω* — *κνύζω*, *ψάω* — *ψαύω* — *ψαίρω* — *ψάλλω* — *ψήχω* etc., vel flexu quodam terminationis *πῦρ* — *πυρά* — *πυρός* — *πυρσός*, vel utrin-

que *κόχλος* — *κάλχη* Schol. ad Soph. Ant. 20.[1] *μόρος* — *μοῖρα*, *κρήνη* — *κρουνός*, *δραγμός* — *δραχμή*, *τοῖχος* — *τεῖχος*, *θρόνος* — *θρῆνος*, vel etiam incrementis finalibus *γλαυκός* — *Γλαυκίας* — *Γλαυκίων* — *Γλαυκέτης* — *γλαυκίσκος*, *ἐρῆμος* — *ἐρημαῖος*, *τυφλός* — *τυφλῖνος*, *ῥίπτω* — *ῥιπτάζω* etc., postremo prosthesi et aphaeresi. Quod si quaerimus quo consilio Graeci tot tamque varias vocabulorum species invexerint, manifestum est alias necessitatis causa introductas esse, alias commoditatis et elegantiae. Nam quum inventis rerum vocabulis principalibus necesse esset earum rerum cognationes, similitudines, differentias propriis distingui notis, id consequuti sunt variis illis vocis primitivae flexibus; et ubi nulla distinctione opus erat, tamen orationis comandae causa et ne omnia ad unam formam dicerent, saepe inflexis uti maluerunt quam rectis. Nec rarum fuit, opinor, ut in ipsis fingendi sermonis primordiis uno eodemque nisu binae ederentur formae quasi poma gemella solent, quarum neutra aut primitiva dici potest aut derivativa. Sed quae sint hoc modo nata vocabula, scire non licet; quare de derivatis loquemur tanquam solis. Horum autem, ut modo dixi, species una est, qua intellectus mutatur, ad usum necessaria; altera, qua non mutatur, ad ornatum pertinet, velut haec *niger, nigellus, nigro, nigreo, nigrico, nigresco, nigror, nigredo, nigritudo, nigritia*, quorum prima quam plurimum inter se differunt, media non nihil, extrema vix quod sentiri possit. Nec minor Graecorum ubertas tum in substantivis *λήσμη* (*ἐπιλήσμη*), *ληθεδών*, *ληθοσύνη*, *λησμοσύνη* — *χαρά*, *χάρις*,[2] *χάρμη*, *χαρμονή*, *χαρμοσύνη*, *χαιρηδών*, tum in adjectivis *νύχιος*, *νύκτιος*, *νύκτερος*, *νυκτέριος*, *νυκτερινός*, *νυκτερήσιος* — *ὑδαρός*, *ὑδατηρός*, *ὑδάτινος*, *ὑδατικός*, *ὑδατώδης*, *ὑδαλέος*, *ὑδατόεις*, tertio in verbis *ἀλέομαι*, *ἀλύσκω*, *ἀλυσκάζω*, *ἀλεείνω* etc. Jam ut nemo

1) *Κάχλη ἡ πορφύρα, ὁ κόχλος* Schol. ad Dosiad. in Anth. P. p. 825. Utra forma antiquior, incompertum sed in arte praeponitur masculina.

2) *Καλλίστρατος χάρις ἀντὶ τοῦ χαρά* Schol. Od. VI. 29. *πολλάκις οἱ ποιηταὶ τὴν χάριν χαρὰν καλοῦσιν* Erotian. Apollonius Lex.: *ἀχαρίστερον ἀχαριστότερον, ὁ δὲ Ἀπίων λυπηρότερον*, quo Coraes ad Plut. T. VI. 326. Polybianum *μετὰ πολλῆς χαρᾶς* XXII. 17. tuetur. cf. Hermann. ad Orest. 155.

Germanice scire videbitur qui nominum *Fluth*, *Fluss*, *Fliess*, *Floss*, *Flosse*, confinia et divortia ignoret, ita quae his respondent latina *fluvius*, *fluvio*, *fluor*, *flumen*, *fluxus*, *fluctus*, *fluxura*, *fluxio*, *flustrum*, *fluentum*, et graecanica ῥέος, ῥόος, *ῥοή*, *ῥύαξ*, *ῥύσις*, *ῥεῦμα*, *ῥεῖθρον*, *ῥεῖτος*, *ῥόθιον*, nisi sciamus quid differant et in universum quaeque formae principalis immutatio quid emolumenti faciat, multum abest ut nobis accuratam antiqui sermonis intelligentiam arrogare possimus. Verum intestinae elementorum conversionis ejusque quae in primis consistit literis exempla alio loco; nunc de terminationum varietate dicam non singillatim sed generatim, neque omnia vocabulorum genera complectar sed substantiva sola; ac ne haec quidem ad extremum et quousque opus est persequar sed magis tentandi et proludendi causa. Adhuc enim in vestibulis artis consistimus speculabundi similesque turbae curiosae quae die festo dominantium palatia luminosa circumstat per rimas spectans vocesque forte emissas avidis captans auribus. Intus omnia plena lucis et canoris, et apparent per fenestras picturae parietum et lacunarium ornamenta et circumeuntium capita cristaeque nutantes. — Extra tenebrae et conjecturae ex ungue leonis.

§. 2. Substantivorum igitur positiones ad tria quasi capita revocari possunt, paraschematismum, motionem, denominationem. Paraschematismum dico eam vocabulorum declinationem qua intellectus non mutatur, vocabulo antiquo nove usus vel potius ambiguo circumscripte. Nam veteres sic plerumque motionem vocant quae fit per genera: *ὁ σώφρων ἡ σώφρων*, *μάκαρ μάκαιρα*, *λέων λέαινα* Apollon. de Adv. 553. Arcad. 96. Deinde derivationem nominis a nomine, sive ea vertitur intellectus ut *τὸ δείρη οἱ Αἰολεῖς δέῤῥη καὶ κατὰ παρασχηματισμὸν δέῤῥις ἡ βύρσα* EM. 262, 56. sive idem manet terminatione mutata: *μηνιθμός μῆνις παρασχηματισμὸς ὁ τρόπος* Schol. Il. XVI. 62. *ἐκ τοῦ μηχανή γίνεται μῆχος κατὰ παρασχηματισμὸν ὡς ἡδονή ἦδος* EM. 585, 20. quibus Herodianus in Schol. Il. I. 576. IX. 5. Eust. 154, 40. addit tertium *ἡμέρα ἦμαρ.*[3] Schol. Apoll. I. 1350. *ὁ μόρος παρεσχημάτισται ἀπὸ τοῦ*

---

3) *Ἡμέρα — ἦμαρ, τὸ γὰρ ἀπὸ δασέος μετασχηματιζόμενον ψι-*

μοῖρα ὡς ὁ πύλος ἀπὸ τῆς πύλης, quanquam hoc Sch. Il. V. 397. metaplastis adnumerat, quae a paraschematistis secernit EM. 572, 23. *τὸ οὐδέτερον ἐν παρασχηματισμῷ ὁ καλός τὸ καλόν, διὸ καὶ τὴν εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν τὰ καλὰ οὐ φαμὲν μεταπλασμόν, τὸ δὲ λύχνα καὶ δάκτυλα· οὐ γάρ ἐστι τὸ λύχνον* etc. Choeroboscus Bekk. p. 1368. b. *ὁ σκότος τὸ σκότος, ὁ ἔλεγχος τὸ ἔλεγχος, ὁ τάριχος τὸ τάριχος οὐκ ἔστι κατὰ παρασχηματισμὸν ἀλλὰ κατὰ μεταβολὴν γένους.* [4] Nobis igitur quum haec veterum inconstantia libertatem optionemque daret eligendi quod vellemus, paraschematismi nomen aptissimum visum ad significandas nominum conjugatorum mutationes formales, hoc est eas quibus schema mutatur, intellectus non item. Mutatur autem motione et denominatione, quarum illa duas habet species, unam sexualem qua pro *θήλεια θεός* dicitur *θέα* vel *θέαινα*, alteram deminutivam et quasi deminutivam, cujus specimen est *παιδίσκος* pro *παῖς μικρός*, oleaster pro olea agrestis; haec enim motionis nota propria est quod adjectivorum vices explet et, quomodo haec rei suppositae qualitatem determinant *sine consumtione substantiae* Priscian. II. 5, 25. ita motionis formae nihil aliud nisi quasdam ejusdem subjecti vicissitudines demonstrant. Denominatio duplex est, una transgressiva a diversis partibus orationis, quam ab hac disputatione sejunctam habemus; altera intransitiva ab iisdem; quod genus ab una voce *ἄκανθα* avis denominatur *ἀκανθίς* sive *ἀκανθυλίς*, et quadrupes *ἀκανθίων*, tum piscis plantaque et cicada *ἀκανθίας*, quae non generis et sexus, ut nomina mota, diversitatem sed plane aliud atque primitiva vox

---

λοῦται EM. 429, 35. sed hoc quoque verbum latius patet: *τὰ τριγενῆ εἰς τὰ γένη καὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς πτώσεις μετασχηματίζεται* Apollon. de Pron. p. 134. Ammon. ad Arist. *π. Ἑρμ.* p. 19. etc.

4) Diversa copulat Schol. Od. V. 281. *ἐρινόν Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ ἐρινός κατὰ μεταβολὴν τοῦ γένους ὡς δίφρος δίφρα*, et Schol. Il. I. 312. *κέλευθα μεταβολὴ γένους ὡς τὸ τράχηλα, λύχνα, δίφρα, ἐρετμόν.* Nam hoc, quia in singulari reperitur numero, paraschematistis adscribendum est, ut *ὁ θύμος τὸ θύμον, ὁ μάργαρος τὸ μάργαρον, ὁ κρῆθμος τὸ κρῆθμον, ὁ πίσος τὸ πίσον* etc. sed *δίφρα, ῥινά* etc. defectivis. Ab utrisque differt ea generis metabole qua terminatio non mutatur; *σκότος, τάριχος.*

subjectum indicant. Huius autem congeneris denominationis quinque species, ut infra apparebit, propriis insignitae sunt nominibus; ceterae tanquam sidera minuscula *ἀνωνυμίῃ φορέονται.*

CAP. I.

De paraschematistis.

§. 1. Primo progressu in conspectum veniunt nomina primae et secundae declinationis dicatalecta, quae commune principium et principii similem significationem habent; qua adjunctione excluduntur inconjuga velut *βρῶμος βρώμη, πίνος πῖνον, κοττάνη κότταvον, θρόνος τὰ θρόνα,* gallus galla, fundus funda etc. Verum illius similitudinis gradus sunt plurimi, nec facile cognitu quis sit paraschematismi terminus extremus quove puncto ordiatur denominatio. Ac de vocabulis tritis obviisque *αὐλός αὐλή, βίος βία, χηλός χηλή, στίβος στίβη, τύπος τυπή, πάγος πάγη,* fortasse nihil errabimus si, quae nunquam confundi videmus, ea semper distincta fuisse sumimus ideoque denominativis adnumeramus. Sed plurima oberrant facie ambigua, quae quem locum a natura acceperint et quo sensim traducta sint, reconditius est quam ut primo adspectu judicari possit. De nonnullis quidem veteres ipsi indicium edunt: *τὸ θύον — οἱ δὲ θύαν καλοῦσι* Theophr. Hist. V. 3, 6. qui eodem in loco VII. 1, 2. candem herbam *θύμβραν* vocat et *θύμβρον* et alibi *ὄρυζον* eam quae ab aliis *ὄρυζα* dicitur; *ἡ ἀπόφυσις κορώνη καλεῖται· διαφέρει δ' οὐδὲν οὐδ' εἰ κορωνόν εἴποις* Galen. de Ossib. p. 736. T. II. *μύλη* (uteri) *ἢ κάθως ἄλλοι μύλος* Soran. Muliebr. p. 277.[1] aliaque ad Phryn. 760. allata. De plurimis habemus Grammaticorum praejudicia: *ἄγοροι ἀντὶ τοῦ ἀγοραί* Schol. Eur. Andr. 1014. *αὐχμός καὶ αὐχμή* Phryn. App. p. 7. *γαλέα ὁ ἰχθῦς καὶ γαλεός*

---

1) *Μύλη τὸ κάτω τοῦ μύλου, μύλος τὸ ἄνω* Moschop. Sched. 140. quo Grimmius in Gramm. T. III. 359. ed. I. demonstrat agile masculino genere significari, contrarium contrario. Sed Moeris metam (*τὴν τράπεζαν*) *μύλον* vocat, nisi librarii errarunt, quod Scaliger latinis nominibus metae et catilli accidisse suspicatur. Si feminino aequiparari licet deminutivum, simile est discrimen maxillae quae movetur et malae sive malarum quae non moventur v. Cels. VIII. 1, 499.

ὁμοίως Suid. γάργαλος καὶ γαργάλη Erotian. κόσυμβος καὶ κοσύμβη Suid. καλιά καὶ καλιός Poll. X. 160. Ὅμηρος τὸν παρά τισι κότυλον (εἶδος ποτηρίου) κοτύλην εἴρηκε Athen. XI. 478. E. κύναρος ἢ κυνάρα Eust. 1822, 23. μέλινος καὶ μελίνη Anecd. Bekk. 278. οἴσυπος ἢ οἰσύπη ἑκατέρως λέγεται Erotian. πτοία ἢ πτοῖος θόρυβος Hesych. ἀρσενικῶς ὁ σαῦρος, λέγεται δὲ καὶ ἡ σαύρα Schol. Theocr. VII. 2. τύλη καὶ τύλος Sch. Arist. Ach. 868. ὑάλη ὕαλος Suid. χῶνος καὶ χώνη Cram. Anecd. II. 66, 7. Haec igitur si Glossographorum examinantur trutina populari, quam saepe castigant eruditiores v. Lehrs. de Arist. 44. paraschematista sunt. Neque minus ea quae apud diversos scriptores idem significant: νομός ποιητικόν, νομή κοινόν Schol. Theocr. VIII. 41. et in diversis dialectis, sicut Atticistae ἄσβολος, αἴθαλος, ἀστράγαλος, πλάνος, femininis praeferunt, ἠχή, κακκάβη, μύλη, ταραχή, ψύλλα, masculinis, iidemque οἴσυον non οἰσύα, contra vero λυχνία non λυχνίον dici jubent, quae pars magna scribentium in promiscuo habet. Neque Attici solum sed Iones quoque nonnulla vocabula diverso a ceteris genere protulisse dicuntur intellectu eodem ut Schol. Il. XVIII. 551. δρεπάνας ἰωνικῶς·[2] οὗτοι γὰρ πάντα τρέπουσιν εἰς θηλυκά, τάφρη, κύρτη, ἀστραγάλη, quorum ultimum ab Anacreonte usurpatum et a nonnullis Homero ipsi tributum est v. Spitzner. ad Il. XXIII. 88. Jacobs. ad Anth. Pal. 205. cetera ex Herodoti libris hausta, in quibus κύρτη semel legitur, bis vero τάφρη, quod Jacobsius Achilli Tatio impertit p. 631, sed altero loco IV. 201. codd. quidam

---

2) Atticis tribuit Moeris; sed hos δρέπανον praeferre docet Maetznerus ad Lycurg. p. 266. sq. omissis Platonis locis. Epici de falce vinitoria et messoria utroque utuntur; δρεπάνη Quint. V. 58. etc. δρέπανον IV. 426. Antimach. Fr. XXIV. Nonn. XLVIII. 441. ubi nihil ad metrum refert cf. Jacobs. ad Anth. P. IX. 383. 9. Si mihi propositum fuisset de generum mutatione ex professo agere, a disyllabis, quae primitivorum locum obtinent, separassem paragoga, quibus major cum adjectivis similitudo et iccirco sexus mobilior: χοάνης χοάνου καὶ χόανα τὰ μέταλλα Suid. βοτάνη et apud posteriores βότανον, δοκάνη δόκανον, θηγάνη θήγανον, ὀχάνη ὄχανον, πατάνη πάτανον, πτισάνη πτίσανον, τρυπάνη τρύπανον, ἀμπεχόνη ἀμπέχονον, — αἴθαλος αἰθάλη, κρόκαλος κροκάλη v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 288. κρόταλος κρόταλον, σκανδάλη (nisi scriptura fallit) σκάνδαλον etc.

τάφρος praebent.[3] Praeterea Herodotus utitur femininis *αὔνη*, *νομή*, *ὠνή*,[4] quae Homerus in ος terminat, et quod hic dicit *ὥρῃ κοίτου* Od. XVII. 510. apud illum est *ὥρῃ τῆς κοίτης* I. 10. sed idem etiam *κοῖτος*, *ῥόος* et *χόλος* eodem quo poeta genere extulit, *κολωνός* vero praeposuit homerico *κολώνη*, unique generi adstricta habet *βίοτος* et *πόθος*, quae ille duobus divisit perinde ut *φθόγγος* et *φθογγή* sine ullo metri emolumento. Apud Hippocratem *χῶνος* legitur de Cord. 485. T. I. et *τάραχος* de Flat. 585. T. I. apud Aretaeum *τρίβος* eodem intellectu quo *τριβή*. Denique de Ionibus contrarium pronuntiat Gregorius *αἱ παραλήψεις τῶν ἀρσενικῶν Ἰώνων εἰσίν*, *ἕσπερος ἀντὶ τοῦ ἑσπέρα*, quod est homericum exemplum: *ἔθος τῷ ποιητῇ τὰ θηλυκὰ ἀρσενικῶς προφέρειν ἕσπερος, χόλος, μόρος* Anecd. Cram. I. 423. *τάφος ἀντὶ τοῦ ταφή ὡς ἕσπερος καὶ πύλος* Schol. Il. XXIII. 619. *τὴν Σάμην εἴρηκε Σάμον διὰ τὸ μέτρον καὶ τὴν δείλην δείελον* Sch. Od. XV. 29. *τὴν αἰθρίαν (αἴθραν) εἶπεν αἶθρον ὡς πύλον καὶ δείελον* EM. 37, 47. Et magis universe *οἱ ποιηταὶ εἰώθασιν ἐναλλάττειν τὰ γένη ὡς χώρα χῶρος, ὠνή ὦνος· οὕτως οὖν καὶ Δίκτη καὶ Δίκτος* Schol. Arat. 33. qui aptius comparasset topica *Δρέπανη* et *Δρέπανον*, *Θαλάμαι* et *Θάλαμοι* v. Tzschuck. ad Strab. T. III. 163. aliaque locorum nomina indiscreta; nam *ὦνος* ab *ὠνή* tantum differt quantum *τῖμος* a *τιμή*, nec plane idem est *χῶρος* et *χώρα*, sed illud vulgo quidem angustius quiddam magisque circumscriptum denotat fere ut *ὦρος* ab *ὥρα* distingui solet,[5]

---

3) Idem uno loco *στέφανος* scripsit VIII. 26. altero *στεφάνη* VIII. 118. ubi duo codd. masculinum substituunt; semel *ψάμμη*, ter *ψάμμος*, uno loco *σαίρη* IV. 192. altero *σαῖρος* IV. 183. ubi duo libri femininum tuentur, ejusdemque inconstantiae participes Hippocrates, Aristoteles, Nicander, Theocritus; sed Phrynichus attice *ὁ σαῖρος* dici auctor est.

4) Quod in Eustathii farragine p. 1427, 19. cum hoc componitur *διαλογή*, si pro *διάλεξις* valet, alexandrinum potius est quam ionicum. Propiora sibi sunt *σύλλογος* et *συλλογή τῶν μαθητῶν* Poll. IV. 44. nec tamen *σύλλογος καρπῶν* dici potest pro *συλλογή*, magisque etiam differunt *κατάλογος* et *καταλογή* Apollon. de Conj. 497. etc.

5) In Hippocratis libro spurio, quem Kuehnius omisit, de Septim. p. 541. ed. Basil. *διὰ παντὸς ὦρου* Erotianus *ἐνιαυτοῦ* interpretatur rectius quam Schneiderus *ὥρας*. Annum multi *ὦρον* vocant v. Wessel.

κότυλος a κοτύλη,[6] μόρος a μοῖρα,[7] πέτρος a πέτρα v. ad Ajac. v. 727. neque factum puto ut loci muliebres χῶροι γυναικεῖοι vocarentur etsi locus utero assignatus ἡ χώρα τῆς ὑστέρας dicitur, aut pro κατὰ χώραν *suo loco* v. Wyttenbach. ad Eunap. p. 196. substitueretur masculinum nisi jure poetico.[8] Suntque hujusmodi discrimina a Grammaticis ipsis saepe adnotata: ἐλαία λέγεται ἡ ἥμερος, ἡ δὲ ἀγρία ἔλαιος Eust. 1944, 8. οἱ κοῖτοι (scr. ἡ κοίτη) τὰ στρώματα, ὁ κοῖτος δὲ ἡ κοίμησις Schol. Od. II. 353. et ad III. 334. VII. 137. ἡ διπλῆ ὅτι κοίτου ἀρσενικῶς εἶπε v. Vater. ad Rhes. 737. Κνήμη — τὰς δὲ ἐξοχὰς τῶν ὀρῶν κνημούς λέγουσιν EM. 522, 2. κάλαμος δι' οὗ γράφομεν, καλάμη δὲ ἡ τοῦ σίτου·[9] θάλαμος ὁ ἐνδότερος οἶκος, θαλάμη δὲ ἡ ὀπή Grammat. Herm. p. 350. n. 186. στέφανος — στεφάνη δὲ οἱ τῶν πύργων προμαχεῶνες ὡς κάλαμος μὲν τὸ καλάμιον, καλάμη δὲ ὁ τοῦ σίτου κάλαμος Schol. Eur. Hec. 892. cf. Argum. in Pind. Nem. χάραδρος ὁ ἐν γεωλόφοις κατεῤῥηγμένος τόπος, χαράδρα δὲ ὁ ἐν ἐπιπέδοις Schol. Il. XIII. 390. quae si ita se habent, non paraschematistis ut illa indiscreta adscribenda sunt sed denominativis.

---

ad Diod. I. 26. Schweigh. ad Ath. T. II. 846. aliqui noctem v. Meinek. ad Euphor. p. 126.

6) *Κοτύλη πᾶν τὸ κοῖλον* Ath. X. 410. A. Eust. 1282. Schol. Il. XXIII. 34. quod de *κότυλος* dici non potest, neque recte Letronnius *Sur les noms des vases grecq.* p. 70. negat differre quidquam praeter dialectum.

7) Heraclitus Clem. Strom. IV. 7, 212. *μόροι μέζονες μέζονας μοίρας λαγχάνουσιν.* Aesch. Choeph. 903. *τόνδε μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον,* fere ut Horatius *quam tibi sortem fors dederit*, sed illud magis ex prosopopoeia.

8) Apollon. I. 529. *ὡς ἐδάσαντο ἐρεσσέμεν ᾧ ἐνὶ χώρῳ suo quisque loco*, sed III. 170. *ᾗ ἐνὶ χώρῃ ἑδριόωντες,* Oppian. Hal. I. 596. *μίμνουσι κατὰ χῶρον* etc. In Il. VI. 516. *ἀνέστρεψεν ἐκ χώρης ὅθι ᾗ ὀάριζε γυναικί* pro *χῶρον* positum, quod suum locum obtinet III. 344. *διαμετρήτῳ ἐνὶ χώρῳ* et XII. 423. *ὀλίγῳ ἐνὶ χώρῳ,* ubi Zenodotus femininum optabat, sed et Theocritus XXII. 94. *χώρῳ ἐνὶ στεινῷ.*

9) „*Κάλαμος fere semper optimi scriptores pro* ***arundo***, *καλάμη pro* ***stipula***; *indoctus bubulcus* Theocr. V. 15. *καλάμῃ ludit*" Salmas. Solin. 584.

Quum vero superet multitudo nominum, de quorum vel similitudine vel dissimilitudine Grammatici nihil tradant ac ne traditis quidem inexplorato assentiri deceat, circumspiciendum est si qua inveniri possit utriusque generis nota propria. Et habemus sane ejusmodi regulam ab illis propositam, quae si vera esset, viam nobis faciliorem concinnaret.

§. 2. Ammonius *Τινές φασιν*, inquit, *ὅτι ὅσα τοῦ αὐτοῦ ἔχεται σημαινομένου ὁμοτονεῖ, φίλος φίλη, ξένος ξένη· τὰ δὲ διαφέροντα οὐκέτι, χόλος χολή, νόμος νομή, τρόπος τροπή, γόνος γονή, δόμος δομή, στρόφος στροφή, πόθος ποθή· περὶ τούτου ἐν ἄλλοις εἴρηται ὅτι διαφέρει* p. 126. Hic Valckenarius *περὶ τούτων εἴρηται* scribi jubet praeter rem ut opinor; nam de postremo dubitatio consistit, antecedentium vero discrimina apertiora quam quae demonstratione egeant. Primum *χολή* et *χόλος* Nemesio quidem de Nat. Hom. XXI. 234. indiscreta sunt *ὀργὴ ἣ καὶ χολὴ καὶ χόλος καλεῖται*, sed magis ex poetarum auctoritate Aesch. Agam. 1645. Theocr. XXIII. 13. Mosch. 1, 10. quam scriptorum, qui iram non appellant *χολήν* nisi per metonymiam ut Demosth. c. Arist. 778. *οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν οὐδὲ ὀργὴν ἔχει*, neque bilem unquam *χόλον*, quare Schol. Il. XVI. 203. *χόλῳ σ' ἔτρεφε μήτηρ* — hoc cum *Σάμος* et *πύλος* et ad V. 97. cum *ἕσπερος* confert, iisdemque exemplis utitur Schol. Apoll. IV. 1404. ubi *χόλος* est de hydrae Lernaeae veneno, quod etsi Apollodorus II. 5, 4. et Diodorus IV. 11. *χολήν* vocant ut Virgilius *fel veneni*, tamen non minus proprie *χόλος* dicitur Anth. VII. 71. Oppian. Hal. I. 574. *Νόμος* a *νομή*, *δόμος* a *δομή*, quantum distet, fugit certe neminem. *Τρόπος* et *τροπή* unam significationem communem habent, de qua Schol. Eur. Hec. 1186. *παρὰ τοῖς γραμματικοῖς μεταφορά, παρὰ τοῖς ῥήτορσι τροπή*, quod apud rhetoricos saepius legi pro tropo Ernestius ostendit in Lex. Rhet. p. 358. Item *γόνος καὶ γονή τὸ σπέρμα τοῦ ἀνδρός* Sch. Eur. Phoenn. 1597. quas formas Hippocrates Muliebr. I. 644. T. II. ed. Lips. et Apollodorus III. 14, 5. eadem in pagina quasi taedium lectionis vicibus levaturi miscuerunt; sed fixum manet primariae significationis discrimen *γονή ἡ γέννησις, γόνος τὸ γέννημα*, quale inter *τομή* et *τόμος*, *πλοκή* et *πλόκος*, *βολή* et *βόλος* obtinet apud eos quidem qui secun-

dum communem consuetudinem loquuti sunt.[10] Ac de genitalibus solum *γονή* dicitur, non *γόνος*. De his igitur et ceteris nulla est controversia quin dispares flexus saepius diversum significent quam idem. Sed de postremo litem habemus cum Aristarcho, cujus hanc sententiam profert Herodianus EM. 678, 36. *ποθή Ἀρίσταρχος ὀξύνει· ὥςπερ γὰρ χόλος τὸ πάθος, χολή δὲ ἀφ' οὗ τὸ πάθος, οὕτω καὶ πόθος τὸ πάθος, ποθή δὲ ἡ ἐπιπόθησις*, qui si forte ita sensit feminino sensum rei absentis declarari, id quod nos dicimus *das Vermissen,* masculino defectum *das Entbehren* v. Nitzsch. ad Odyss. XI. 202. nullus est locus quo hoc probari possit. Neque discrimen ullum significationis relinquunt veteres Critici, qui alterum Iliadi familiarius esse pronunciant, Odysseae alterum ad Il. XVII. 439. ipseque Herodianus in EM. 678, 36. tonosin Aristarcheam probat quidem ille sed aliam ob rationem *ὅτι τὰ εἰς ος δισύλλαβα τῷ ο παραληγόμενα ποιοῦντα θηλυκὰ ὀξύνονται αὐτά*[11] *στροφή, νομή, ῥοή*[12], unde colligimus eum Philoxeni sequutum esse opinionem haud nimis probabilem *ποθή* a verbo *πεύθω* repetentis ap. EM. l. c. Neque solum hujus

---

10) In H. H. in Ap. 90. *Δῆλος χαῖρε γόνῳ Ἀπόλλωνος*, Frankius *γονῇ* emendat, frustra Homerum antestatus; et Aeschylus Suppl. 169. *Ζεὺς Ἔπαφον ἔκτισεν γόνῳ* pro *γονῇ* usurpavit. Proles mascula *τέκνων ἀρσενόπαις γονή* dicitur Epigr. Append. 384. usitata metaphora ut pisces *φύσις πόντου* Soph. Ant. 345. audacius vero Niobae filii *ἀρσενόπαις γόνος* Anth. Plan. n. 134.

11) Fort. *οὕτως* praeposita stigme. Eustathius haec iterans p. 94, 31. *ὀξύτονα αὐτὰ ποιοῦσιν*, additque *καὶ βιοτή ἐκ τοῦ βίοτος*, quorum significationes distinguit Schol. Il. XXII. 431. *βίοτος τὰ τῇ βιοτῇ ἀναγκαῖα.* Feminino praeter poetas utuntur Herodotus, Hippocrates, Aretaeus Caus. Acut. II. 11, 36. semelque Xenophon, nunquam Plato vel Thucydides aliusve atticorum scriptorum, nec poetae scenici nisi in canticis.

12) Regulam coangustat in Schol. Il. V. 202. *τὰ εἰς η μετὰ συμφώνου τῷ ο παραληγόμενα ὀξύνεται εἰ γένοιτο ἀπὸ ῥημάτων τῷ ε παραληγομένων μόνῳ· τὸ γὰρ πόρπη παρὰ τὸ πείρω.* At non ea est nominis origo sed desuetum *πέρω*, neque haec barytoniae causa sed quod substantia significatur. Arcadius 106. *τὰ εἰς οκη ῥηματικὰ ὀξύνεται δοκή, πλοκή, ποκή· τὸ μέντοι κρόκη ἀπὸ τοῦ κρόκος* scr. *ἀπὸ τῆς κροκός*, hoc est a genitivo inusitati *κρόξ* v. Parall. p. 107. Sed et verbale gravari oportet quia non actionem ostendit sed substantiam ut *πάγη, στέγη, σκάφη, σόβη, φόβη* etc. Verum *Δόκη δόκησις* Hes. acuendum est.

nominis diversam ab Aristarcho rationem reddidit sed complurium, velut in Schol. Il. V. 887. *τυπή ὡς πληγή· δοκεῖ δὲ ὡς* (scr. *ὡς οὐ*) *πρὸς ἀναλογίαν σημειοῦσθαι· τὰ γὰρ εἰς πη δισύλλαβα βαρύνεται· εἰ δὲ ὀξύνεται, ἔχει πρὸ τοῦ τέλους ἢ ῑ* (*ῥιπή*) *ἢ ō* (*κοπή*). *Πῶς οὖν τὸ τυπή μόνον ὀξυνόμενον παρελήχθη τῷ υ;* Responderi poterat ob diversam a masculino *τύπος* significationem. Sed hac ratione Herodianus omnino non usus videtur, neque ab Arcadio unquam illius Ammonianae regulae mentio facta est, qui fere totus pendet ex literarum consequentiis.

§. 3. Illa quidem de nominibus in *ος* et *η* perfecto secundo subjectis tradita sunt; de alio genere sic praecipiunt: *τὰ ἀπὸ ἀρσενικῶν ἢ θηλυκῶν εἰς οὐδέτερον γένος μεταπλασσόμενα τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου μένοντος τὸν αὐτὸν φυλάσσει τόνον, δεσμοί δεσμά, πλευραί πλευρά* Cram. II. 399. EM. 675, 1. qui p. 585, 32. addit *τὰ ἐρετμά, τὰ οἰκία* et p. 653, 27. *αἱ παρειαί τὰ παρειά*, Schol. ad Il. I. 464. *ζυγός ζυγόν, δίφρος δίφρον* (*δίφρα*), qui hinc colligit recte scribi *μῆρα* diverso a masculino accentu si significet quae diis pollucentur, *μηρά* vero scribendum esse si idem sit quod *μηροί*.[13] Eodem modo Sch. ad III. 35. *τὰ ἀπὸ θηλυκῶν μεταποιούμενα εἰς οὐδέτερον γένος* etc. sed addit *οὐκ ἀντίκειται τὸ νευραί καὶ νεῦρα· διάφορον γὰρ τὸ σημαινόμενον.* Verum hae formulae vereor ne plus promittant quam praestent. Nam primum multa sunt dicatalecta, quae significationes diversas habent accentu eodem ut *ὁλκός τοῦ ὄφεως τὰ ἴχνη, ὁλκή δὲ τὸ βάρος* Gramm. Herm. p. 350. n. 186. Moschopul. Dict. Att. s. h. v. *στελεόν ἢ ἀττικῶς στελεός ἡ λαβή, στελεά δὲ ἡ τρυπή* Schol. Od. V. 256.[14] et quae Ammonius ipse discernit *ἆθλος ὁ ἀγών, ἆθλον τὸ ἔπαθλον*, cf. Lehrs. de Arist. 151. *οἶμος ἡ ὁδός, οἴμη δὲ ᾠδή, ὄχθαι ποταμῶν χείλη, ὄχθοι δὲ ἐπάρματα γῆς*, in quibus est illud quod Schol. Hom. l. c. indiscretis adnumerat, *ζυγός ἐπὶ*

13) *Εἰ κυρίως τὰ ἁγιαζόμενα θεοῖς μῆρα καλεῖται, τὸ περὶ τὸ σημαινόμενον καὶ τοῦ περὶ τὸν τόνον ἁμαρτήματος τὴν λέξιν ἀπολύει*, scrib. *τοῦ περὶ τὸ σημ.*

14) Quo auctore Schneiderus ad Nic. Ther. 237. affirmet manubrium *στελεή* dici, non invenio.

τῶν βοῶν, ζυγόν ἐπὶ τῶν σταθμῶν. Ac si haec distinctio nobis subtilior videtur quam verior, tamen τὰ πυρὰ (τὸ πυρόν Bekk. Anecd. 122, 22.) et αἱ πυραί multo saepius distincta videas quam confusa; ac πλευραί et πλευρά non solum apud medicos diversum valent ut Galenus docet Comm. in L. de Articc. III. 37, 535. T. XVIII. p. 1. sed vulgo quoque τὰ ὑπὸ μασχάλην πλευρά [15] ὀνομάζεται, τὰ δὲ ὀστᾶ πλευραί ut ἡ δωδεκάτη πλευρά Oribas. Anat. p. 230. etc. idque discrimen Hermannus ad Bacch. 1126. [16] ab ipsis etiam poetis custoditum censet. Quod vero illi in exemplum mutati cum significatione accentus afferunt, id sane a plerisque servatur νεῦρα σύνδεσμος, ἀφ' οὗ αἱ νευραί καλοῦνται Poll. II. 234. nam posterioris quidem aetatis poetae chordas νεῦρα vocant sed adjuncto epitheto βόεια Quint. XI. 112. Nonn. XIV. 260. XXIV. 312. XXIX. 71. semel tamen hoc omisso legitur in Anth. IX. 584. nec usitate Achilles Tatius III. 66. νεῦρον τόξου dixit et Appianus Mithr. CVII. chordas machinarum, quas Polybius IV. 56. aliquanto rectius νεῦρα εἰργασμένα nominat. In contrariam vero partem aberravit Callimachus nervos, quibus artus continentur, νευράς dicere ausus; nam in Il. VIII. 328. νεύρη arcus nervum, ut Schol. sensit, significare videtur, non manus. Neque tamen existimandum est canonis istius conditores ignorasse quam multa sibi reluctentur exempla, sed potius quaerendum quibus ea rationibus amoliri potuerint. Quo loco praemonendum videtur metaplasmum non solum ad nomina neutrius generis pertinere sed ad ea quoque quae ex masculinis in feminina vertuntur εἰςίθμη κατὰ μεταπλασμὸν τὸν ἰσθμόν λέγει Sch. Od. VI. 264. v. Nitzsch. ad h. l. et Tzschuck. ad Strab. VIII. 323. et contra ἕσπερος — μετέπλασε τὴν ἑσπέραν I. 423. etc. quorum prius pertinet ad illustrandam Grammaticorum sententiam. Nam εἰςίθμη βαρύνεται ὡς στάθμη Schol. l. c. ob aspiratam ut ajunt v. Parall. 395. quamvis idem significent masculina. Eandemque causam esse dicunt cur graventur φθόη, χλόη, χνόη Arc. 103, 15. [17] Sed libet hoc diutius et

---

15) Πλευρόν Rufus Onom. p. 23.

16) Hic casu coxae pro costae scriptum est.

17) Βαρύνεται, inquit, τὰ ἀπὸ δύο συμφώνων προηγουμένου δασέος.

pluribus exemplis persequi. *Σμάραγος* Schol. Il. II. 463. barytonum est ex regula v. Arc. p. 47. sed *σμαραγή*, licet significatio nihil discrepet, oxytonum in Rhetor. Graec. T. III. 580. et 598. etc. characteris causa ut *ἀλλαγή*, *τιναγή*, *χαραγή*. Eustathius p. 351, 2. et p. 880, 28. cur *κολώνη* diversum a *κολωνός* accentum acceperit, duplici ratione solvit, aut quia proprium sit aut ob characterem. Illud valeret aliquid si solum extaret proprium *Κολώνη*, sed eodem modo scribitur appellativum. Itaque potior est altera ratio; nam quae in *ωνη* exeunt hyperdisyllaba barytona sunt praeter demorum nomina *Αἰξωνή* et affinitatium *υἱωνή*. At ut *στελεός* et *στελεά* quamvis diversa accentu notentur eodem, propria utriusque terminatio poscit. Antidiastolae causa *ἁρπάγη* scribimus si instrumentum hamatum significat, *ἁρπαγή* si raptum, ut *πλατάγη* si crepitaculum Diod. IV. 13. *πλαταγή* si crepitum v. Jacobs. ad Anth. P. p. 862. Goettling. de Acc. 159. vel quia hami nomen paronymon est Arc. 102. ab *ἅρπαγος*, quem nominativum affert Aelius Dionysius Eustath. 1390, 52. Nec raro dubitatur unde quidque ortum sit. Eustathius ad Dion. 566. *κοινότερον μὲν ὀξύνεται τὸ παταγή ὡς τὸ ἀλαλαγή· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς βαρύνει λέγων ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ πατάσσω γίνεται· ὠξύνετο γὰρ ἂν ὡς τὸ ἀλαλαγή ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πάταγος, οὗ τὸ θηλυκόν ἡ πατάγη.* Et Schol. ad h. l. *παταγὴ δεῖ ὀξύνειν· οἱ δὲ βαρύνοντες παρώνυμον ἐξεδέχοντο τοῦ πάταγος*, similiter ut *πάγη* paronymon dicitur *τοῦ πάγος* Arc. 104. cujus longe alia est significatio. Has igitur et hujusmodi antinomias, quibus accentus canonicus immutatur, veteres Technici sine dubio non praetermiserunt, easque clare nobis et enodate exponerent nisi librariorum *Ἐριννύες ἔσχεθον αὐδήν*.

§. 4. Si igitur illi, qui accentum cum significatione et consistere et commoveri voluerunt, ad causam dicendam evocarentur, ante omnia librorum suorum conquererentur sortem iniquam, quorum multiplici corruptione factum esse ut praeceptiones suae nusquam non hiare et fatiscere videantur

Sed *χρόα* ob ellipsin gravari dicit p. 100, 12. Et quis spondet *φθοιά* nunquam dictum esse? *Χλόη* et *χνόη*, quibus masculina adjacent, rerum sunt vocabula ideoque barytona.

recisis, quas ipsi provide subscripsissent, clausulis cautionibusque ad intellectum necessariis. Deinde contrariorum exemplorum non pauca mendose scripta esse arguerent aut accentu, quem ipsi constituissent, mutato aut terminatione. Haec autem quam facile corrumpatur, res ipsa loquitur; et manent corruptionis vestigia in his ipsis vocabulis, quorum significatio ambigitur, *πόθος* et *ποθή* in Homeri libris, apud Hesiodum *ἀτμός* et *ἀτμή*, quae et in Strab. XV. 711. variantur, *σκύταλον* et *σκυτάλη* Herod. III. 137. *κοῖτος* et *κοίτη* apud hunc et alios v. Jacobs ad Ael. V. 11, 2. *κάλαμος* et *καλάμη* Dionys. Antt. V. 13. et Suid. s. *Κάνναις*, [18] ad haec *πῶρος* et *πώρη* in Antimachi versu de quo agit Hemsterhusius ad Plut. v. 33. *πλευρά* et *πλευραί* Anth. App. n. 54, 3. saepeque alibi. In accentu autem ubique fluctuant *τίτθη* et *τιτθή* sive *τιτθός* v. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 56. nec raro *δόκος* et *δοκός* v. Karsten. ad Xenophan. XIV. 53. quae grammatici significationis causa distingui jubent Cram. I. 223. *πλαθανός* sive *πλαθανόν* saepius barytonum est sicut *πλαθάνη* propriumque *Πλαθάνη* Aristoph. et Plut. V. Isocr. IV. *τὰ χήραμα* Nic. Th. 55. in cod. Goett. acuitur convenientius synonymo *χηραμός*, [19] *τιμός* Aesch. Ch. 906. diu obtinuit pro *τῖμος*. Hae vero turbae non nuper demum extiterunt sed jam inde ab initio disceptatum est utrum *βλαστή* scribendum sit an *βλάστη* Arc. 114. sic ut *ἄνθη*, *αὔξη*, *αὔχη*, quae attica perhibentur pro *βλάστησις* etc. [20] item *ὀροφός* an *ὄροφος* Schol. Il. XXIV. 451. quod ad dijudicandum canones illi nihil auxilii praebent; nam Diodorus XVII, 82. *ὁ τοῦ βλαστοῦ καιρός* dixit pro *βλαστή*, quae plerique distinguunt, quodque Photius dicit *ὄροφος καὶ ἡ ὀροφή ἡ στέγη*, valet de Atticis et plerisque scriben-

---

18) Achill. Tat. IV. 3, 84. *τὸ ὄρυγμα ἐπικαλύπτουσι καλάμῃ καὶ χώματι· ὑπὸ δὲ τὴν τῶν καλάμων μηχανήν* etc. ubi singularis numeri nomen significat ***strata superne lapsuro virgulta solo*** Claudian. de Cons. Stilich. III. 340.

19) Quae Schneiderus in Cur. Post. ad h. v. de Schol. Hom. et EM. narrat, falsa sunt omnia.

20) Schol. Pind. Nem. IX. 16. Theogn. Cram. II. 116. III. 249. qui Herodianum *αὔξη* scripsisse addunt, de ceteris, quae nostris in libris barytona sunt, dicere obliti.

tium v. Maetzner. ad Lycurg. p. 295. Poppo ad Thuc. III. 68. non valet de Homero, qui altero culmen significat, altero culmum v. Spitzner. Exc. XXXVI.[21] Et ne longius faciam, quum conjugatorum nominum pars maxima communis originis vestigia servet sed ita tamen ut suum quidque quasi vultum, suum sonum et colorem ostendat fere ut hominibus, qui eosdem parentes habent, *facies non omnibus una nec diversa tamen*, quis tandem scire potest quaenam eorum synonyma dici oporteat? num quae omnes significationes inter se communes habent an quae plerasque an quae aliquas? Aristoteles Probl. XXIII. 5. vertiginem aquarum modo *δῖνον* appellat, modo *δίνην*, sed tornus et poculum masculine dicitur solum. Inter *δορός* et *δορά*, *χόος* et *χοή* interest plurimum sed *ῥόος* inter atque *ῥοή* plerumque nihil nisi quod poetae epici masculinum singularis praeferunt ut versibus aptius,[22] sed pro *ῥοῦς γυναικεῖος* inusitatum est *ῥοή*, neque hoc dicitur de aestu sed potius *κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι*. *Φθόρος* et *φθορά* eodem sunt apud omnes loco praeterquam imprecantes *ἐς φθόρον*. *Χύτροι* significat cavernas ollarum similes Herod. VII. 176. Theophr. Hist. IV. 11, 8. Paus. IV. 35. sed ollam ipsam Diphilus *χύτρον* vocavit Poll. X. 99. saepiusque Nicander et alii in Anth. VI. n. 305. et 306.[23] poetarum jure usi qui masculina ponunt pro femininis *ζάλος*, *καλάμινθος*, *ἴακχος*, *μόρφος*, et pro neutris *ὁ θάμβος*, *ὁ ξύρος*, *ὁ δόρπος*, *ὁ σφαῖρος*, quod Achilles Tatius cum homerico *ἕσπερος*

---

21) *Ὁ τὴν ὀροφὴν ἀνέχων κίων* Plut. V. Rom. XXVIII. *ὁ κίων ὃς τὸν ὄροφον ἀνεῖχε* Paus. VII. 9, 3. quo genere Sextus c. Phys. II. 650. semel utitur, sexies deinceps feminino. Moschopulus Dict. Att. *ὀροφή κρεῖσσον ἢ ὄροφος*.

22) v. Spitzner. de vers. her. p. 76. sed *ῥοὴ ἀμπέλου* Eur. Bacch. 281. *αἵματος* Maxim. 214. *Ἑρμοῦ* Anth. IX. 645. *Ἰσμηνοῦ* Pind. Nem. XI. 46. *σὺν ἀπαίστῳ ῥοῇ* Themist. Or. XXXII. 363. B. Utrumque genus alternat Aret. Sign. Diut. II. 11. Hippocr. de Locc. in Hom. p. 113. sq. T. II.

23) *Χύτρος* loci nomen est Aristot. Pol. V. 3. p. 1303, 9. *χύτροι* diei festi Arist. Rann. 218. ubi pauci codd. *χύτραι* ut Schneiderus edidit in Nic. Fr. IV. *Χυτροί πόλις ἀπὸ Χύτρου* Steph. mendoso fortasse accentu ut appellativum *χυτρός* in cod. Pal. Anth. IX. n. 305. contra regulam Arc. 74.

confert v. Sturz. ad Emped. p. 544. iidemque feminina pro masculinis neutrisve: *ὄχθη* v. Mehlhorn. ad Anacr. p. 97. *φονή*,[24] *πετάλη* Anth. IX. 226. *οἴνη*, *φθογγή*, *ῥαφάνη* etc. Quum igitur perrara sint vocabula, quorum utraque forma apud omnes et in omni genere scribendi aut idem semper aut usquequaque diversum valeat, quaestionis summa huc redit, utra ratio potior sit, similitudinis an dissimilitudinis, et quosnam oporteat sequi auctores eosne qui utraque terminatione distincte usi sunt an qui promiscue. Sed hoc vix illis scire contigit qui omnes graeci sermonis vias prorsum rursum commearunt, nedum nobis tam curta supellectile instructis. *Δρομή* uno Arcadii testimonio (nam ceterorum auctoritas nulla) nobis innotuit, *μόμφος* item uno alius Grammatici; quod nisi extaret, nos sine dubitatione *δρόμος* et *μομφή* aparaschematistis adnumeraremus ut *γόμος*, *δόλος*, *θρόος*, *ψόγος*, quibus feminina desunt, et ut *κλοπή*, *ῥοπή*, *λοιβή*, *στοιβή*, quibus masculina. Adeo in his dominatur casus. Aliorum utramque formam cognovimus, sed quae sit alterutri subjecta significatio latet aeternumque latebit, eorum puta quae Grammatici expromunt avulsa a continentibus celatisque auctoribus, *γλάμος*, *θύμελος* Phot. (omiss. in Thes.) *κάλυβος*, *κόρσος*, *πνόος*, *φύσκος*, *κώρα ὕβρις* Hes. id est *κόρος*, *λοίμη*, *μύθη*, *ὄγκη*, *χιλή*, *τροχή* et plurima talia corrupta fortasse aut plebeja aut ludicre ficta.[25] Et quae semel vel bis ut summum in libris nostris

---

24) De *φονή* Il. XV. 633. ambigunt caedemne significet an *τὸν τόπον ἔνθα πεφόνευται*, quae sive est propria hujus formae potestas sive metonymica, certe non rara est in plurali praesertim v. Schol. Pind. P. XI. 55. Soph. Trach. 556. Cram. Anecd. I. 10. Gloss. ad Lycophr. 1113. cf. Jacobs. ad Aelian. p. 112. ut et *Διὸς γοναί* locus natalis v. Aglaoph. 1047. *ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος* Soph. Ant. 1125. Schol. *παρὰ τὸν τόπον ἐν ᾧ ἐσπάρησαν οἱ ὀδόντες*, melius, puto, quam qui Thebanos ipsos hoc modo declarari censent. Ex contrario *νομή* dicitur *ἡ ἐνέργεια*, *νομός ὁ τόπος τῆς νομῆς* Sch. Theocr. VIII. 41. Sch. Hes. Opp. 523. De aliis nominibus actionum ad locum, ubi agitur, translatis dixi in Parall. 442. ***Inter caedem et praedam*** Tacitus scripsit Ann. I. 60. pro caesos.

25) Aristophan. in Append. Herod. Epim. 285. *παρά τισιν ὁ πρόσωπος ἀντὶ τοῦ τὸ πρόσωπον*, quod Eustathius Platoni tribuit, Meinekius autem in Hist. Com. p. 173. lusus jocique causa fictum esse suspicatur.

leguntur: βαύνη, ἐβένη, κώνη, σμίνθα, λίγδα, κάλπος, μίλφος, τάρπος, aliaque multa devia et infrequentia quae nescimus idemne significent alteri positioni an differant aliquid vel forma vel materia vel usu.

Verum ne quis miretur cur ego de regula vara, ut nunc est, et fallaci tam multa verba fecerim, equidem sub specie alienae defensionis meam egi causam. Nam quum nominum biformium turbam in duo descripsissem genera, unum quod intellectum variat, alterum quod terminationem solum, quumque multa essent utriusque factionis ambigua, scitius fore arbitrabar si, quidquid controversum videretur, veteris disciplinae decretis subtexerem quasi limbum, ut una opera et haec cognosci possent et illorum enumeratio taedii haberet minus. Sed jam egressi hanc confragosam viam ad reliqua declinationis voluntariae genera pronum habebimus cursum.

CAP. II.

De motione.

§. 1. Motionis dixi duas esse species, unam quae deminutiva complectitur, alteram sexualem, de qua primum dicere constitui. Haec autem proprium domicilium habet in animantium naturis quae sexu discriminantur. Eaque differentia duplici signatur ratione. Prisci enim nominum impositores quocunque numine moti rebus naturae vinculo connexis nonnunquam nomina indidere diversis radicibus orta, nec raro congenera et ab eadem stirpe propagata. Illorum exempla per omnem sermonem late dispersa sunt κρήνη πηγή, θύρα πύλη, λεπίς φολίς etc.[1] Sed quae ad hunc locum pertineant declarabo Theodosii verbis Gramm. p. 132. οἱ ὀνοματοθέται ἀκολούθως τοῖς πράγμασι τὸ μὲν ἀρσενικὸν καὶ θηλυ-

1) Φολίς ἐπὶ ὄφεως, λεπίς ἐπὶ ἰχθύος Eust. ad Dion. 441. sed confundit Nemesius de N. H. I. 50. φολίδες τοῖς ὄφεσι καὶ τοῖς ἰχθύσι, et Nicander Ther. 154. ubi Schol. pro λεπίς in nonnullis libris λοφίς scribi adnotat id est φολίς. Membrana anguium λεβηρίς dicitur et λεβίαι τὰ λεπίδας ἔχοντα ταρίχη Hes. Λοβός πᾶσα λεπὶς ἧς ἔνδον ἐστι τὸ σπέρμα Schol. Ther. 535. quae eadem λεβηρίς dicitur et λοπός, *liber.*

κὸν ὄνομα τοῖς ζώοις ἀπεκληρώσαντο, τὸν μὲν ἄρσενα ὄφιν ὄφιν ἀρσενικῶς ὀνομάσαντες, τὸν δὲ θῆλυν ἔχιδναν θηλυκῶς καὶ τὸν μὲν ἄρσενα ἄνθρωπον ἀρσενικῶς ἄνδρα, τὸν δὲ θῆλυν γυναῖκα, ut *vir — mulier.* Sed illud non magis fixum quam quod praeter alios Antigonus tradit c. XXVII. *τῶν ἀλκυόνων οἱ ἄρσενες κηρύλοι λέγονται*, et Schol. Il. XII. 385. *ὁ ἄῤῥην δελφὶν λέγεται ἀρνευτήρ.* In quadrupedum vero nominibus crebra est haec diastole *κάπρος ὁ πρὸς θήλειαν σῦν διαστελλόμενος* Eust. 845, 12. *ταῦρος — βοῦς* p. 1625, 41. *τράγος — αἴξ* Sch. Theocr. I. 6. *κάπρους σύες καὶ τράγους αἶγες ἐπάγονται* Plutarch. Gryll. VII. 220. T. XIII. quibus similia latina *taurus — vacca, hoedus — capra* etc. Et in vocabulis affinitatium, quae natura et significatione, non etiam voce mobilia sunt, *πόσις — δάμαρ, πάππος — τήθη, υἱός — θυγάτηρ, γαμβρός — — νυός, δαήρ — γάλως*, quae Eustathius p. 391. *ἑτερωνύμως* appellata dicit, aliaque ab Helladio memorata Phot. Cod. 279, 865. *τοῦ ἀνδρὸς τὸν ἀδελφὸν δαέρα καλοῦσι, τὴν δὲ ἀδελφὴν οὐ δάειραν ἀλλὰ γάλον* (sic) *καὶ θεῖον μὲν τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφόν, οὐκέτι δὲ θείαν τὸ θῆλυ ἀλλὰ τηθίδα.* His quae conveniunt in altero sermone Priscianus enumerat loco proprio V. 1. 167. qui est de motione: *frater-soror, patruus-amita, avunculus-matertera;* tum deinde VIII. 10, 57. (450. P.) confert cum inaequali declinatione nominum et verborum *ego-mei, fero-tuli,* et cum collatione adjectivorum *bonus-melior* etc. Quemadmodum igitur in personalibus quaedam heteroclita vocantur *ἔσθω ἔφαγον, φέρω οἴσω*, et, quae Apollonius de Pron. p. 14. his aequiparat, in casualibus heteroptota *ὕδωρ ὕδατος*, sic illud imparilitatis genus et si quid eodem vergit heteronymiae nomine signari potest: *Λάγνος ἀνήρ, γυνὴ δὲ μαχλάς* Moschopul. Dict. Att. *ἀσελγής ἐπὶ ἀρσενικοῦ, ἐπὶ δὲ τοῦ θηλυκοῦ οὐκέτι (ἀλλὰ μάχλος)* Thomas,[2] *ἀνήρ μὲν Ἀθηναῖος, οὐ μὴν Ἀθηναία γυνή ἀλλ' ἑτερωνύμως ἀττική (καὶ ἀστή)* Eust. p. 84, 11. hisque constantius servatum *εἰς ἴα* sive

---

2) His apponi possunt quae cum genere significationem mutant *ἑταῖρος ὁ φίλος, ἑταίρα δὲ ἡ πόρνη* Eust. 84, 30. *amicus — amica*, cujus masculinum est amasius id est puer meritorius, scortum virile, *sagus — saga.* Etiam *θῆσσα* in foro Attico distinctum a *θής*.

μία, quanquam Aeoles hoc quoque dixerunt nomine conjugo *ἔννη*, et a diversis partibus *εἷς ἅπαξ* *unus semel* Prisc. XV. 6, 57. (634.)

§. 2. Ab hac vero discernendi sexus ratione effectu admodum nihil sed plurimum forma distat motio, cujus duae sunt species appositio et flexio qua promiscuorum qua communium. Sed haec quia sunt ambigua verba, definiam brevi. Substantiva in universum trifariam dividuntur in *μονογενῆ*, *διγενῆ*, *τριγενῆ* Schol. Dion. Gramm. p. 944. quod alio loco p. 896, 33. minus recte sic traditur *μονογενῆ*, *κοινά*, *τριγενῆ*· nam *κοινά* sunt species ejus generis cui nomen est *διγενές*. *Τριγενείας*, quam dicunt, exempla in omni genere vocabulorum perpauca sunt,[3] partim duarum terminationum *ὁ* et *ἡ* *ὀρίγανος*, *τὸ ὀρίγανον* EM. 630, 46. *ὁ* et *ἡ* *ἤλεκτρος*, *τὸ ἤλεκτρον*, *ὁ* et *ἡ* *ἕρπυλλος*, *τὸ ἕρπυλλον*, *ὁ* et *ἡ* *βάρβιτος*, *τὸ βάρβιτον* v. Jacobs. ad Anth. p. 221. *ὁ* et *ἡ* *χηραμός* de quo idem dixit ad Achill. 523. et apud Nicandrum *τὰ χηραμά*,[4] pars trium *τριχῶς λέγεται ὁ νάκος* (scr. *νάκης*) *ἡ νάκη καὶ τὸ νάκος* Suid.[5] *σίμβλα καὶ σίμβλος* Poll. I. 254. et tertio genere *σίμβλαι* Hes. *ὁ χόανος*, *ἡ χοάνη*, *τὸ χόανον*,[6] *ὁ* et *ἡ* *σπάρτος*,

---

3) Pronomen primitivum, quia solum monocatalectum est, monadicum perhibent, *ἐπεὶ διὰ μιᾶς φωνῆς ἡ τριγένεια παρίσταται* Apollon. de Pron. p. 13. et 35. Schol. Dion. 912. *Τὸ μέν τριγενές ἐστι* Schol. Od. I. 97.

4) Si pluralis solus in usu fuit, ad metaplasta referendum est ut *τὰ Τάρταρα*, *δίφρα*, *κύκλα*, *κέλευθα*, *τράχηλα*, quae Schol. Il. I. 312. conjungit hisque similia *ἰά*, *φιμά* etc. Patet tamen totam causam pendere in exemplis quae nobis forte fortuna relicta sunt, ac si *τὸ ἐρετμόν*, quod ille minus recte huc adscribit, casu excidisset, id nos in metaplastis numeraturos fuisse; nunc ad bigenera ablegatur. Alia supra omisi quia non eadem est omnium generum significatio, nam *δεσμή* differt a *δεσμός* *τὰ δεσμά* et *δέσματα*, *τὰ σίδηρα* i. e. *σιδήρια* ab *ὁ* et *ἡ* *σίδηρος* (ut *ἡ μόλιβος*) Sch. Nic. Th. 923. In Nicandri Fr. I. 9. et 20. *βλάσται* et *βλάστα* idem valent quod *βλαστοί*. Femininum *τῶν ἠλέκτρων* vel *ἠλεκτρῶν* Arist. Eqq. 532. bullas significat electrinas; neutrum *τὸ ῥίνον* scutum etc.

5) Haec et alia permulta, quae a codd. nonnullis absunt, novissimi editores parum salubri consilio in angulos adnotationum relegarunt, ubi nimis facile delitescunt.

6) Ex eo quod Il. XVIII. 470. dativo *χοάνοις* adscriptum est *ἄδη-*

ἡ σπάρτη, τὸ σπάρτον (frutex). Sed in animantium nominibus τριγενείας vestigium nullum quia genere neutro carent; nam quod vermiculus minutissimus nomen habet τὸ ἄκαρι, ex epitheto ἀκαρής translatum videtur; ἀστέριον, βασσάριον, γλαυκίον, κυβίον, παρδίον, πηνίον, φαλάγγιον etsi certis attributa sunt animalibus, tamen deminutivorum a specie non recedunt; ex EM. 277, 54. γέρανος — ἔστι δὲ καὶ οὐδετέρως τὸ γέρανον, non clare apparet avis nomen fuisse τὸ γέρανον, neque satis explorata σαθέριον et σπαράσιον, quodque apud Aristotelem legitur φασὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι, unde Eustathius τὰ κιννάμωμα ὄρνεα ascivit v. Beckmann. ad Antig. p. 83. addita articulo litera neutris eximi potest.[7] Cetera generum nomina sunt, non individuorum: κίναδος, κινώπετον, κῆτος, μῆλον, πρόβατον (κοῖον), ἑρπετόν, ὄρνεον, ὄστρεα, τήθεα, μαλάκια, σελάχια, quaeque hominibus cum brutis communia, τέκος, τέκνον, βρέφος, ἔμβρυον, ὄβριον, vel etiam propria sunt ἀνδράποδον *mancipium*, γύναιον, quod proximum est adjectivis παιδικά, δουλικά, denique deminutiva θεραπόντιον, ἀνδράριον, Εὐριπίδιον etc. Manet igitur animantium nomina aut masculina esse aut feminina; utrius autem generis sint, partim ex terminatione cognoscitur, partim ex syntaxi articuli. Femininae sunt terminationes primae declinationis alpha τὸ κοινολεκτούμενον et eta, tertiae $\overline{ω}$ (ἀηδώ), masculinae primi ordinis $\overline{ας}$ et $\overline{ης}$ (κοχλίας, ἀράχνης) tertii $\overline{ευς}$ (ἐριθεύς, κατρεύς) et tres spisse declinatae, $\overline{αν}$ (πελεκάν) $\overline{ας}$ (ἐλέφας) $\overline{ων}$ (λέων). Cujusmodi vocabula si cum alio conjunguntur genere ut ἡ ἐλέφας Athen. XIII. 607. A. cui contra ponitur ὁ ἄῤῥην ἐλέφας, figura est qualis λάας θρήισσα Nic. Th. 45. et ἡ Λᾶς, ἡ Τάρας, ἡ Ὄπους, ἡ Πανοπεύς Schol. Il. XVII. 307. αἱ Πασαργάδαι Eust. ad Dion. 1069. v. ad Buttm. 436. *haec achates* etc. Hae igitur terminationes discretivae sunt;[8] quibus

---

λον τὸ γένος, patet χόανος et χόανον synonymorum instar habita esse. Sed distinguit Suidas χοάνης χοάνου χωνεῖον, χόανα τὰ μέταλλα.

7) In Festi verbis **Strigas Graeci syrnia appellant**, quid lateat, ignoramus. Spinturnicium pro deminutivo accipitur.

8) De simplicissimis loquutus sum; nam sunt multo plures, $\overline{μος}$ oxytonon ut γναθμός Schol. Il. XVII. 405. $\overline{των}$, $\overline{τυς}$ etc. Nomina se-

quae carent nomina usus arbitrio suum quodque genus acceperunt, quod ex pronomine articulari cognoscitur, masculina ἀετός, λύκος, γύψ, δελφίς, θώς, ἱέραξ, μύρμηξ, τέττιξ, κόκκυξ, alterius generis ἀκρίς, ἀλκυών, ἀλώπηξ, φάλαγξ, χέλυς etc. Haec autem notum est epicoena sive promiscua vocari,[9] quia muliebria saepe mares assignificant: τὸ τῆς ἰκτίδος αἰδοῖον (virile) Stob. Flor. Tit. C. n. 22. τὸ τῆς γαλῆς Antig. c. 116. et virilia feminas ὁ ἐλέφας βαίνεται, ὁ λέων τίκτει, οἱ λύκοι τίκτουσι, οἱ θῶες κυΐσκονται et similia multa apud Aristotelem. Quemadmodum vero monogenicis subjecta sunt tanquam species promiscua, sic bigeneris communia ἄνθρωπος, ἵππος, ἔλαφος, quae Schol. Theocr. I. 6. et Dionysius in Gramm. 634. hoc nomine proferunt, idque rectius illis qui rerum quoque vocabula sic appellant ὁ καὶ ἡ λίθος καὶ τὰ ὅμοια Sch. in Dion. Gramm. p. 846. his enim nomen τὰ διγενῆ reservare praestat; Priscianus V. 1. haec et talia, quae nulla cogente ratione veterum auctoritas diverso genere protulit, *dubia* nun-

---

cundae declinationis in ος, quae homines significant, aut masculina sunt aut certe communia ὁ et ἡ ἔριθος, ὁ et ἡ φαρμακός etc. Femininum appellativi generis unum est νυός, propria non multa; nam plerumque mutatur terminatio *Κοσσύφη* Athen. XIII. 587. F. (omiss. in Th.) *Ἐρίφη*, *Κυνίσκα* etc. sed non mutata *Ἄμπελος, Βάλανος, Αἴγειρος* Hamadryadum nomina Ath. III. 78. B. *Ῥόδος* nympha Rhodi eponyma Diod. V. 55. quae Schol. Od. XVII. 208. *Ῥόδη* dicitur. *Νάνος* meretrix fortasse ab urbe vocata ut meretrices solent (*Κυρήνη, Σινώπη, Σκιώνη*), *Ἄσπασος* in gemma v. Menag. Hist. Mul. §. 10. *Ἤπειρος* Parthen. XXXII. ubi Legrand *Ἠπειρώ* scribi jussit (ut *Ἀπαρπώ* pro *Ἄπροπος* Schol. Od. VII. 197.) *Περίαλλος* cod. Sancr. praebet Herod. VI. 66. praeferendum vulgato *Περίαλλα*. Alia quaedam attulit Lehrsius Arist. 274.

9) *Ὁ λέων καὶ ἐπὶ θηλείας ὡς ἱέραξ· ἡ δὲ πάρδαλις θηλυκὸν καὶ ἐπ᾽ ἀρσενικοῦ· ἔστι δὲ ἐπίκοινον* Sch. Il. XVIII. 134. Quintiliani verba I. 4, 24. ***promiscua in quibus sexus uterque per alterum apparet aut quae feminina positione mares, neutrali feminas significant, qualia sunt Muraena, Glycerium***, Lexicographi s. *Ἐπίκοινος* hoc modo afferentes, sententiam ejus perverterunt. Quis enim nomina propria, quae semper aut mares aut feminas significant, epicoenis adnumeret quibus uterque sexus indicatur? Imo enunciatum illud ***aut quae — Glycerium*** non ex ***promiscua*** pendet sed ad superiora refertur ***Nec statim diligentem putabo qui —***. Antea communia memoravit, hic addit primum epicoena, tum hominum propria, quae diversum a terminatione sexum indicant.

cupat ut *finis, cortex, margo, grus, bubo, dama* etc.[10] Inter promiscua autem et communia hoc differt quod illa una voce et uno articulo utriusque naturae animalia significant, haec autem adjecto masculino articulo mares indicant, feminino feminas[11] ὁ θεός ἡ θεός, ὁ ἄνθρωπος ἡ ἄνθρωπος, ὁ κάσις ἡ κάσις, ὁ πέρδιξ ἡ πέρδιξ, ὁ αἴγιθος ἡ αἴγιθος Antig. Parad. c. 63. Verumtamen in bestiis hoc servatur minus; namque persaepe Graeci quum distincte mares significare volunt, feminino utuntur et contra: *αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι* Arist. H. A. I. 5. *τὰ κέρατα τῆς ἐλάφου* Galen. de Simpl. Med. XI. 7, 334. T. XII. quorum neuter ignorat cervarum cornua nulla esse Poet. XXV. de Semin. II. 629. T. IV.[12]

§. 3. Haec autem syllepsis, quae in epicoenis quoque apparet, ad naturas rationis et intelligentiae participes non

---

10) Sunt etiam nomina ignoti generis, quae nec terminationem charactisticam neque articulum praepositum habent ut pleraque a Glossographis tradita *βίτταχος, βηθύλος, γράπις, γραύκαλος, δάνδαλος, δρύοψ* (cui Lexicographi *motu proprio* articulum masc. praefigunt), *ἴβυξ, κόντιλος, σμήρινθος, σπέργουλος, τετράων,* quod si per *ωνος* declinatur, sine dubio masculinum est.

11) Schol. Dion. p. 846. *τὴν διάκρισιν τῶν γενῶν ἡ γραμματικὴ οὐ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ποιεῖ ἀλλὰ κατὰ τὴν σύνταξιν τῶν ἄρθρων καὶ τὴν εὐφωνίαν,* et p. 902. *τὰ γένη ἐξ ἀκριβείας οὐ λαμβάνεται ἀλλ' ἐκ τῆς συντάξεως καὶ τῆς εὐφωνίας τῶν ἀνθρώπων*, ubi *ἄρθρων* scribendum et utroque loco *συμφωνίας*, quod nomen Plato Civ. IX. 591. cum *σύνταξις* conjunxit. Si grammatici illi quaererent num primi homines genus cujusque nominis secundum naturae veritatem constituerint an, ut nomina ipsa, sic genera quoque impositicia sint, tum recte *τῇ ἀληθείᾳ* opponeretur *ἡ σύνταξις καὶ συμφωνία τῶν ἀνθρώπων,* quam Cratylus Platonicus *συνθήκην* et *ὁμολογίαν* vocat. Sed illis sermo est de nota generis ut Varr. L. L. IX. 29, 136. ***virilia dicimus non quae virum significant sed quibus praeponimus h i c*** etc.

12) Schol. Il. VII. 474. poetas dicit pecudes (*τὰ θρέμματα*) feminine appellare, alius in EM. 473, 34. Iones, qui rerum quoque vocabula effeminare dicuntur *ἡ ῥοῖζος* Schol. Od. IX. 315. *οἱ Ἴωνες ἡ κίων καὶ πολλὰ ἕτερα θηλυκῶς προφέρουσι* Sch. Soph. Aj. 108. in quibus Schol. Pind. Ol. I. 10. *ἡ αἰθήρ* et *ἡ Μαραθών* refert sed addit *οὐ πάντα δὲ τοιαῦτα ἰωνικά ἐστιν, ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ πολλὰ ἀρσενικὰ ὄντα θηλυκῶς ἐκφέρουσι*, ut *βῶλος, θόλος, στρύχνος, ὕαλος,* quae Dionysius hos feminine appellare significat Eust. 1390, 50.

transfertur, neque unquam cum sexu depugnat articulus. Sed hic saepe compensatur nomine sexus — *διὰ τῆς ὀνομασίας τῶν γενῶν* ut Apollonius loquitur de Synt. I. 5. p. 30. allato homerico loco *μήτε τις οὖν θήλεια θεῶν μήτε τις ἄρσην* Il. VIII. 7. de quo Schol. ita disserit: *τὸ θεὸς* (hoc enim pro Aristarcheo *θεῶν* obtinet) *κοινόν· ᾧ ἀντὶ τοῦ ἄρθρου παραπέπλεκται τὸ θήλεια.* Sic etiam ille *ἄρσην βοῦς, θῆλυς ἵππος* usurpavit eaque appositio in nominibus pecudum ac ferarum ab omnibus cujuscunque aetatis et sectae scriptoribus frequentatur *ἔλαφος θήλεια* Pind. Ol. III. 52. *ἡ θήλεα ἵππος* Herod. III. 86. *ἵππος θήλεια* Plat. Hipp. Maj. 288. B. *κύων ἄρρην καὶ θῆλυς* Arist. de Gener. An. II. 8. p. 747, 30. et in promiscuis *λέων θῆλυς* ibid. *ὁ θῆλυς ἐλέφας* H. A. II. 1. p. 500, 18. *ὁ θῆλυς ὀρεύς* VI. 24. p. 577, 22. *τῶν κορωνῶν αἱ θήλειαι* VI. 8. ut Latini solent *pavo masculus* et *femina*, *bos mas* et *femina* quam sermo plebejus *βουθήλειαν* vocat, ut *ὀνοθήλειαν* asinam; in hominibus unicum *παῖς ἄῤῥην*, nam *παῖς θηλυτέρη* Anth. App. CCCXLV. non puellam significat sed filiam ut Plat. Legg. VII. 788. A. *παίδων ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν liberos*,[13] quodque Sanctius Minerv. IV. 4, 580. superioribus confert homo mas et homo masculus, in Plauti et Varronis locis non *ἀνήρ* significatur sed *ἀνδρώδης* sive mulierosus, neque aliter Lucianus Asin. §. 32. *ἄνθρωπος ἄρσην* dixisse videtur; sed Theodosium illo quo supra usus sum loco apertum est adjectione sexum indicasse. Idque hoc minus mirandum quod Graeci, etsi viros praecipue *ἀνθρώπους* nominant ut Aeschin. c. Ctes. 76, 4. *πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας*, et Dicaearch. Vit. Graec. p. 17. Huds. *ἡ φωνὴ αὐτῶν* (mulierum) *ἐστὶν ἐπίχαρις, τῶν δὲ ἀνθρώπων ἀτερπής*[14] itidem ut Latini *mi homo*

---

13) *Παῖς καὶ κόρη* Philostr. Imag. I. 12, 789. Anth. VI. 146. *παῖς καὶ παρθένος* Achill. Tat. I. 10, 16. *παιδάριον καὶ κόριον* Heliod. VII. 19, 289.

14) Hujus facilis est correctio *ἀνδρῶν*, quam suadet Fritzschius ad Thesmoph. 683. idemque in Schol. ad h. l. *γυναιξὶ καὶ βροτοῖς· γελοίως εἶπεν ὡς Ἀλέξανδ* (sic) *ἦσαν ἄνθρωποι πέντε καὶ γυναῖκες τρεῖς· πέπαικται οὖν τοῦτο ὡς ἐν κωμῳδίᾳ*, non Alexandrinos significari censet sed Alexandrum comicum. Eadem est Meinekii sententia Com. Vol. IV. 555. Alexandrinos tamen ita loquutos esse apparet

et mea mulier Plaut. Cist. IV. 2, 57. tamen eodem nomine utrumque sexum declarant addito, ubi feminam intelligi volunt, articulo. Nomina quae terminationem characteristicam habent, nota illa non indigent sed asciscunt tamen interdum (*παίδων καὶ ἀῤῥένων καὶ*) *θηλειῶν κορῶν* Plat. Legg. VI. 764. D. *κόρος ἄρσην* Eur. Andr. 24. *γυναῖκες θήλειαι* Orest. 1205. quicum Eustathius 727, 32. contendit homericum *θηλύτεραι γυναῖκες*, dubitans tamen sexumne significet an qualitatem. Hic autem ne illud quidem quod admoneamus indignum est, Graecos pariter ac Romanos illam sexus similitudinem ad ea transtulisse quae terrae fetu procreantur: *κοινὴ πᾶσι* (*τοῖς δένδροις*) *διαφορὰ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν, ὧν τὸ μὲν καρποφόρον, τὸ δὲ ἄκαρπον* Theophr. H. III, 8 (9) 1. *κρανείας τὸ μὲν ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ, ἣν καὶ θηλυκράνειαν καλοῦσι* IX. 12, 1 (ut *θηλύπρινος, θηλυπτερίς*). Achilles Tat. I. 17. *λέγουσι τὸν μὲν ἄῤῥενα τῶν φοινίκων, τὸν δὲ θήλειαν.* Et in plantarum genere *λινόζωστις ἡ ἄῤῥην* Diosc. Eup. II. 99, 297. *πολύγονον ἄῤῥεν — θῆλυ* IV. 4. et 5. *τιθύμαλλος ὁ ἄῤῥην καὶ ὁ θῆλυς* Galen. Med. Temp. VIII. 19. 142. T. XII. v. Bodaeum ad Theophr. p. 772. Hisque nominibus Graeci distinguere solent arbores silvestres easque quae a Plinio XVI. 19. urbaniores vocantur *quia fructu aut aliqua dote humanius vivunt* exuto nativo robore quod illae indomitum servant: *τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων ἰσχυρότερα, ἀχρὰς ἀπίου, ἐρινεός συκῆς* Theophr. H. IV. 13 (14) 1. quo ex loco apparet hanc diversitatem nonnunquam etiam heteronymia declaratam esse. Sic et silvestres fraxini dicuntur *orni* Columell. de Arb. c. 16. *ῥάχους καλοῦσι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον καὶ φυλίαν καὶ ἔλαιον* Paus. II. 32, 9. Nec raro solo terminationis flexu. *Ἴωνες τὴν ἄῤῥενα καὶ ἀγρίαν ἐλαίαν ἔλαιον φασι, Ἀττικοὶ δὲ κότινον* Eust. 1944, 8. et 15. pro quo Sophocles Trach. 1197. *ἄρσην ἄγριός τ' ἔλαιος* dixit. *Ἔρινος σῦκον ἄῤῥεν* Hes. *τὰ ἄγρια σῦκα ἔρινα καλεῖται* Poll. I. 242.[15] quae impolitior aetas *ἀγριόσυκα* dixit

---

ex Esdrae IX. 40. *ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως γυναικός.* Et Alexand. Trall. IV. 233. ed. Basil. de mulierum curatione loquutus addit *τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου δεῖ ποιεῖν.*

15) *Ῥίνεαι αἱ μέλαιναι ἰσχάδες* Hesych. scrib. *ἐρίνεαι.*

sicut arborem ipsam *ἀγριοσυκῆν* aliaque similia *ἀγριοσέλινον*, *ἀγριοπήγανον* etc. ad exemplum animalium *σῦς ἄγριος* sive *σύαγρος*, *ἀγριόχοιρος* v. ad Phryn. 383. Neque solum plantas sativas et silvestres bestiasque cicures et feras sed lapidum quoque species diversas vocabulis sexus discriminarunt; *κύανος ὁ μὲν ἄῤῥην μελάντερος, ὁ δὲ θῆλυς κ. τ. λ.* Theophr. de Lap. XXXI. 694. *carbunculi masculi appellantur acriores, feminae languidius fulgentes* Plin. XXXVII. 7. sicut qui vocantur *ἐγχέλεις ἄῤῥενες καὶ θήλειαι* non sexu[16] differunt sed genere et specie Aristot. H. A. IV. 11, 3. VIII. 29, 5. Ac si J. Grimmius in Gramm. Teut. T. III. 359. quum motionem per genera explicaret, ne illud quidem praetereundum censuit Germanorum quosdam lingulam, quae fibulae inseritur, vocare *Mannli* (Haft), fibulam vero ipsam *Weibli* (Schlinge) similiterque quod nos dicimus *Knopf* et *Knopfloch* (bouton-boutonnière) ab Italis appellari *maschio* et *femmina*, haud intempestivum fuerit antiquae meminisse consuetudinis: *πόρπας κυρίως τὰς γλώσσας τῶν κομβοθηλειῶν φασι* Schol. Eur. Hec. 114.[17] *τῶν σφονδύλων ἄῤῥεν μὲν καλεῖται τὸ προὖχον, θῆλυ δὲ τὸ ὑποδεχόμενον κοῖλον* Poll. II. 178. Hes. s. *Ἄῤῥενα*, *cardines masculos* et *feminas* Vitruv. IX. 8, 5. Haec autem res animum ad aliam Graeci sermonis cum nostro similitudinem traducit. Quomodo enim nos animantium sexus appositione et compositione nominis *γενικοῦ* significamus, *Schafbock*, *Ziegenbock*, *Hirschkuh* (*βούνεβρον* in Aesopi fabulis), *Pfauhenne*,

16) Schol. Il. XXI. 203. *ἐγχέλυες οὐκ εἰς θῆλυ καὶ ἄῤῥεν διακρίνονται — διὸ χωρίζει αὐτὰς τῶν ἰχθύων. Καὶ διαστέλλονται ἐν τῷ ἀγορανομικῷ νόμῳ Ἀθηναίων.*

17) Schol. Flor. h. l. *πόρπαι τὰ περονίδια τὰ τοῖς θηλυκοῖς ἐντιθέμενα τοῖς μαντείοις* scrib. *μαντίοις* i. e. *μανδύαις*. Ex Schol. Schellersh. ad Philostr. p. 110. *περόναις συνῆπτον αἱ γυναῖκες τὰ πρὸς τῷ στήθει μέρη τῆς γυναικείας πόρπης*, Jos. Bekkerus colligit *περόνην* dici acum, *πόρπην* fibulam, in quam illa infigitur. Sed pro *πόρπης* illic scribendum *στολῆς*. Eustathius 1250, 24. ansam funiculi, per quam ἡ *γλωχὶς* s. ligula transmittitur, vulgo *θηλέαν* vocari ait; *βρόχος κοινῶς θηλέα* Lecapenus in Lectt. Matthaei p. 59. *στρόφος ἡ ἰδιωτικῶς λεγομένη κομποθηλεία* (*κομποθηλέα*) Schol. Aesch. Sept. 855. significans laqueum (*ἀγχόνην*). *Στριοθήλεια* dicitur pro habenis v. Du Cang.

sic Homerus et Hesiodus *βοῦς ταῦρος* et *ὄϊς ἀρνειός* usurpant eodem intellectu quo vulgo *ὄϊς ἄρσην* et *βοῦς ἄρσην* dici solet. Proinde quaeritur apud Herodotum III. 112. *τῶν αἰγῶν τῶν τράγων* utrum alter genitivus alterum regat *οἱ τράγοι τῶν αἰγῶν* an caper dici possit *αἴξ τράγος* hoc est *ὁ αἴξ ὁ ἄρσην* Paus. IV. 20, 2. Convenit quidem quod caprificus i. e. *ἡ ἀγρία, ἡ ἄρσην συκῆ* apud Messenios nomen habuit *τράγος* et maenae mares tempore catulitionis *τράγοι* Arist. H. A. VIII. 30. sed quod omnibus partibus simile sit exemplum apud Graecos post Hesiodum non reperio. Haec autem praefanda duxi quo melius universae regionis, quam peragraturus sum, ambitus tanquam ex aliqua specula prospici posset.

§. 4. Jam vero ad eam sexus discriminandi rationem progrediar quae, quia sola nominis declinatione efficitur, proprie motio nominatur. Ejus species sunt plurimae, simplicissima ea qua terminationes masculinae mutantur in femininas sine ullo extrinsecus incremento: *οὔτε θεᾶς υἱὸς φίλος οὔτε θεοῖο* Il. X. 59. *τίς θεῶν ἢ θεᾶν* Aesch. Sept. 91. (pro quo Antiphanes Athen. 423. C. paragogo usus est *θεῶν καὶ θεαινῶν*) et in quotidiano sermone *μὴ γὰρ εἶναι αὐτὴν θεὸν ἀλλὰ θεάν* Diog. II. 116.[18] Secundum locum obtinent hominum nomina *κόρος κόρη*, puer puera, vir vira, tertium animalium aper apra, caper capra, pavus pava, porcus porca etc. Haec autem feminina derivamus a masculinis magis propter excellentiam sexus quam quo constet utra utris concesserint. Varro de L. L. IX. 38, 140. *olim,* inquit, *omnes mares et feminae dicebantur columbae — nunc propter domesticos usus appellatur mas columbus, femina columba;* neque non veri simile videtur *περιστερά* antiquius esse quam *περιστερός*, quod Athenaeus IX. 395. A. Atticis, Lucianus Pseudos. §. 7. affecta-

---

18) Cf. Hermann. ad Iph. A. 708. Contra regulam peccat *ταυροπόλοιο θεοῖο* Tryphiod. 610. et apud ipsos Atticos *μὰ τὼ θεώ*, quae est *συνέμπτωσις γένους ἐν σχήματι* Apollon. Synt. I. 21, 58. Schol. Rav. in Thesm. 566. *μὰ τὼ θεώ ὡς τὼ χεῖρε, οὐκέτι δὲ μὰ τοῖν θεοῖν ἀλλὰ μὰ ταῖν θεαῖν*, quod vix invenias. Sed *τοῖν πολέοιν* affert Schol. Eur. Hec. 367. *τοῖν χεροῖν* Sch. Lucian. de Salt. §. 5. nec desunt alia v. Matthiae Gramm. §. 80. Adn. 5. §. 281. et 436. qui omisit *παῖδ' ἐμώ* (filias) Eur. Suppl. 140.

toribus Atticismi tribuit. Idem sentit Herodianus ad Il. XXIV. 316. *πόρνος* inter monogenê referens: *οὐ γὰρ θηλυκὸν αὐτοῦ τὸ πόρνη*; cui Arcadius p. 135. adjungit *βάκχος*, *κοῦρος*, *παιδίσκος*, *χῆρος*[19] ut a feminis orta, alia Theognostus Cram. II. 66. *τὰ διὰ τοῦ αινος γέγονε τὰ πλείω ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ αινα, Λέαινος κύριον*, *μύραινος*, *τάλαινος* (fort. *μελαινός*). Ac si nostrorum auctorum aetates sequimur, *τιθήνη* prius fuit quam *τιθηνός*. Ego vero, ut in priore dissertatione institui, sic hoc loco masculina tanquam primitiva praepono femininis more scholae, sive sunt nomina sexus et aetatis sive cognationis: *γέννος γέννα*, *θεῖος θεία*, *ἑκυρός ἑκυρά*, *πενθερός πενθερά*, *μητρυιός μητρυιά*, *ἀδελφιδοῦς ἀδελφιδῆ*, *υἱωνός υἱωνή*, *υἱιδοῦς υἱιδῆ*, filius filia, socer socrus, quibuscum consistunt *δμωός δμωή*, *Τρωός Τρωή*.[20] Ac si hoc a *Τρώς* repeti placet et

---

19) Similiter germanicum **Wittwer** feminino **Wittwe** affictum v. Grimm. T. III. 341. De graeco consentit Grammaticus in Epimer. Herod. p. 286. *χῆρος παρ' ἐνίοις ὥσπερ χήρα.* Eam ob causam in genitivo plurali diversus est masculini et feminini accentus, *τῶν χήρων* viduorum, *τῶν χηρῶν* viduarum, quia *χήρα* substantivi locum obtinet ut *ἄκρα*. Si vero *χήρη καλή*, quod Spitznerus Observatt. p. 88. Quinto restituit, in illo casu legeretur, sine dubio proparoxytonon esset.

20) Ad Il. V. 461. Scholiastes testatur in antiquissimis editionibus scriptum esse *τρωίας στίχας σὺν τῷ ῑ ὡς ἵππους τρωίους* XXIII. 291. Stephanus *Θρᾴξ, Θρᾳκός, θρᾴκιος θρᾳκία, Τρώς Τρωός τρωίς* (scr. *τρώιος*) *τρωία* s. v. *χώρη*. De accentu ille nihil addit sed ad alterum adnotatum est *ἵππους τρῳούς ἀνεγνώσθη ὡς πολλούς*, accentu irrationali, quem EM. 770, 38. excusat adjectivum *τρῳός* ex *τρωικός* ortum dicens per synaeresin; Grammaticus vero Cram. I. 407. mendosum judicat oxytonon: *Τρωαί· ἡ εὐθεῖα τρωά ἐκ τοῦ τρωός. Τὸ δὲ τρωός παραλόγως ὠξύνθη. Γίνεται οὖν ἐκ τοῦ Τρώς (κατὰ γενικὴν) Τρωός, Τρωιός καὶ Τρωός.* Quae quomodo corrigenda et supplenda sint apparet ex Sch. Od. VII. 87. *ἔστι Τρώς Τρωός ὡς δμώς δμωός καὶ μετάγεται ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν χωρὶς τοῦ ῑ.* Hi igitur a substantivo ex anadrome orto *ὁ Τρωός* femininum *ἡ Τρωή* factum et utrumque cum alio substantivo junctum putant ut gentilicia solent *ἵππος Θεσσαλὸς ἢ Καππαδόκης καὶ Κέλται σκύλακες* Themist. Or. XXVII. 355. B. Hoc idem vero substantivum alii *Τρῶος* scripserunt Anecd. Bekk. 1181. Cram. III. 276. ex genitivis oxytonis nominativos barytonos fieri jubentes v. Parall. 136. Similiter fluctuat *δμῶος* et *δμωός* Hes. Opp. 429. et 468. Ex Sch. Il. XIX. 333. *δμῶας Ἀρίσταρχος ἀρσενικῶς ἔξω τοῦ ῑ*, apparet nonnullos pro masculino, quod

δμωή a *δμώς*, in vicem succedent alia gentilicia, quae Romani hoc uno modo figurant *Graecus Graeca, Gallus Galla,* Graeci dupliciter *Ἰνδή, Λυδή, Σύρα, Μυσίς, Κελτίς* etc. v. Adnot. ad Buttmann. Gramm. II. 426. et saepe non movent sicut Medea non solum *Κόλχη* et *Κολχίς* dicitur sed etiam *ἡ Κόλχος* Plat. Euthyd. 235. C. Sed pro motione Romani interdum appositione usi sunt *Ligus femina* Tacit. Hist. II. 13. *Ligus mulier* Sallust. Hist. II. 958. Cort. pro Ligustis, quorum nihil simile apud Graecos mihi invenisse videor. Verum de animalium nominibus plura quam dixi dicenda restant.

§. 5. Quemadmodum enim in hoc toto tractatu tria illa genera, quae in praefatione descripsi, ita inter se implexa sunt ut saepe aciem fallant, sic in his quoque dubitationis plurimum utrum diversitate flexurae animal idem an diversus sexus an vero species declaretur, nisi veteres ipsi lucem porrigunt ut Aelianus H. A. IV. 5. *κίρκη πρὸς κίρκον οὐ τῷ γένει μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει διαφέρει.* Haec igitur et alia dicatalecta *σίττος* et *σίττη*, picus et pica, parus et para, si propter quandam vel formae vel victus vel vocis similitudinem similiter appellata sunt,[21] denominativis adscribi oportet; si fortuito congruunt, semihomonymis, pari utraque intervallo a paraschematistis *ὕδρος ὕδρα, μύραινος μύραινα, σπίνος σπίνα, φῶκος φώκη, θύννος ἐν τῇ κοίνῃ συνηθείᾳ θύννα* EM. 459, 27. Cram. II. 449, 30. *ψίττακος ψιττάκη, ψύλλος ἑλληνικὸν ψύλλα ἀττικόν* v. ad Phryn. 334. luscinius luscinia, simius simia etc. Sed quam facilis est generum divisio, tam non facile videtur vocabula ipsa discernere, ea praesertim in quibus vel librarii vacillant vel scriptores discrepant, sicut *θρίσσος* et *θρίσσα* variat in codd. v. Jacobs. ad Anth. T. VIII. 173. *χάννος* et *χάννη* Corais ad Xenocrat. p. 61. *ὀσμύλος ὀσμύλη* p. 194. *ὁ* et *ἡ*

---

in Iliade non legitur, praetulisse femininum *δμῳας* ut *τρῴας* vel *δμῳάς* oxytonon ut Cram. IV. 315. *δμῶας ἀρσενικόν, τὸ δὲ θηλυκὸν τὸ ῑ ἔχει καὶ ὀξύνεται.*

21) *Τὰ πολλὰ τῶν ζώων τῶν κατ' εἶδος ὁμοσχημόνων, οἷόν ἐστι κορώνη καὶ κόραξ, ἔχει τινὰς κατὰ τὴν πρόσοψιν διαφοράς, αἷς γνωρίζει κατὰ συζυγίαν ἄλληλα* Nemes. de N. H. XLII. 342. *Κόραξ καὶ κορώνη τοῦ αὐτοῦ εἰσὶ γένους* Schol. Arat. 949.

φρῦνος φρύνη, cujus nominis non scriptura solum ambigua est v. Jacobs. ad Ael. 569. sed cum terminatione nonnunquam etiam significatio mutatur v. Schneider. ad Nic. Alex. v. 570. qui illud rubetae, hoc ranae nomen esse declarat. De *σκολόπενδρος* et *σκολόπενδρα* incertum est judicium ob librorum discrepantiam v. Schweighaues. ad Athen. VII. 304. F. ubi masculina terminatio poetae fortasse aptior visa ad significandam scolopendram marinam utpote majorem. Sic certe de homerico epitheto *δεινὸς ἀήτη* Il. XV. 626. judicavit Scholiasta *ἡ ἀρσενικὴ προφορὰ ἐμφαντικώτερον τὸν λόγον ἀπεργάζεται καὶ τὸν ἄνεμον σφοδρότερον δείκνυσι*, idemque discrimen apparet in aliis.[22] Apud Theocritum V. 24. et 144. *ὁ ἀμνός* et *ἡ ἀμνός* tam indiscreta sunt quam *ὁ* et *ἡ ἔριφος*,[23] *ὁ* et *ἡ γέρανος*, *ὁ* et *ἡ κόρυδος* etc. idemque valent quod *ἀμνίς* v. 139. At ex Suidae verbis *Ἀμνός ἀρσενικὸν πρόβατον τὸ μέσον τὴν ἡλικίαν καὶ ἀμνή τὸ θῆλυ*, et Eust. p. 1627, 12. *τοῦ ἀμνοῦ καὶ θηλυκὸν ἡ ἀμνή ὅπερ ἐνιαύσιον ἄρνα δηλοῖ*, apparet Aristophanem (nam hinc illa hausta sunt) agnam *ἀμνήν* dici voluisse, agnum *τὸν ἀμνόν*.

§. 6. Ex prima declinatione huc repetenda sunt primum quae voce non etiam significatione differunt: *ἀμίας ἀμία* (*ἄμια*), *ἀχαίνης ἀχαίνη*, *Δελφύνης Δελφύνη*,[24] *παλαιστής* sive *παλαστής παλαιστή*, *ἀράχνης ἀράχνη*, quod Grammatici cum synonymis *νάκης νάκη*, *ἀήτης ἀήτη*, *γύης γύη* componere solent v. EM. p. 101, 30. p. 541, 13. p. 597, 14. Cram. I. 297.[25]

---

22) *Ἐκ τοῦ τάφου φύονται μυῤῥίναι καθάπερ αἱ στεφανώτιδες τῶν ἄλλων ὄντων μεγάλων μυῤῥίνων* Theophr. H. Pl. V. 8 (9) 3. qui saepius *ὁ* et *ἡ μύῤῥινος* et *μυῤῥίνη* scripsit sublato discrimine. In Hesychii loco *χελῶνα τὴν θαλασσίαν χελώνην λέγουσιν ὡς τὴν ἀράχνην ἀραχθίων*, pro *χελῶνα* scribendum est *χελωνόν* vel *χελωνός* ut in cod. legitur, quo nomine chelydrus sive testudo marina significatur terrestri multo major; pro ultimo *ἄραχνον*. Nec fortuitum esse arbitror quod Aeschylus insidiatorem *ἄραχνον* vocavit, insidiatricem *ἀράχνην*.

23) *Ἐρίφη*, quod Schneiderus ex EM. affert, nomen proprium est.

24) *Δελφύνη δράκων* Dionys. v. 441. Schol. confert cum homerico *λέων ἠϋγένειος*, terminationem femininam cum epitheto feminae proprio.

25) Quae addit *ὁ λέσχης*, *ὁ πλάτης* (a *πλάτη* derivatum) sine dubio

masculina a femininis orta dicentes. At idem *ἀράχνη*, ubi telam declarat, et *ἀράχνης* ubi textorem, paronymis adscribenda sunt; motis vero *φύκη*, si hoc nomine *ὁ θῆλυς φύκης* significatus est, quem Aristoteles tamen *φυκίδα* appellare videtur H. A. VI. 13. et *δαμάλης ὁ ἄῤῥην μόσχος, δαμάλη ἡ θήλεια* Ammon. Sed id quoque ad incertum revocat Thomas *Δαμάλη ὁ ἄῤῥην, δάμαλις ἡ θήλεια*, totumque sexus discrimen tollit Schol. Theocr. I. 75. *δαμάλη* poetarum ditioni subjiciens. Huic simillimum sed plane indubium est *Μακέται αἱ Μιμαλλόνες* Athen. V. 198. E. de quo Stephanus *Μακέτης καὶ Μακέτις γυνή καὶ Μάκεσσα ἐπιθετικῶς καὶ Μάκεττα διὰ δύο ττ καὶ δι' ἑνός*, id est *Μακέτη*. Appellativum nullum suppetit praeter *ταμίας ταμία*. Nam quod in Arca Constantinopol. apponitur *Ἀγγελίας καὶ ἀγγελία ὡς ταμίας ταμία*, ambiguis nititur Homeri et Hesiodi locis, qui neque masculini neque feminini usum praestant. Jam ut ad nomina tertiae classis progrediar, illa brevissima via, qua Romani masculina in ō exeuntia movent *lea copa*,[26] Graeci non utuntur, feminina plerumque ab adjectivis mutuati, *Ἕλλην Ἑλλάς, Ἰάν* sive *Ἰών Ἰάς*. Sed interdum a prima declinatione repetunt ut *Ἀργείων Ἀργειώνη* et quae Hesychius promit *Ἰάν Ἰάνη ἑλληνική ἐπεὶ Ἴανας τοὺς Ἕλληνας, Τιτήνη ἡ βασιλίς Αἰσχύλος*, quod Hermannus Opusc., T. V. 162. ab adjectivo *τιτηνός* repetit, *Ὀργεῶναι ἱέρειαι*, unde non longe distant nominum propriorum motiones, *Διών Διώνη*,[27]

---

propria sunt; *τοῦ Πλάτεω* Aristot. H. Ann. V. 19. p. 551, 16. ut *τοῦ Λέσχεω* apud Proculum, quo nomine Stephanus quoque utitur *Ἀναριάκη πόλις, τὸ ἐθνικὸν Ἀναριάκης ὡς λέσχη λέσχης, ἀράχνη ἀράχνης. Νάκης* non naccam sive nactam significare videtur sed *τὴν νάκην*. ***Opera ex lana nacae dicuntur a Graecis*** Fest.

26) Glossae in Maji Script. Class. T. VII. 586. ***draco dracaena vel draca, calpo*** (sic) ***calpona, strabo strabona et straba.***

27) Hoc mulieris nomen est in Anth. diversum vero *Διώνη* Jovis conjux et filia quaeque Dodonae *σύνναος τῷ Διὶ ἀπεδείχθη* Strab. VII. 329. a deo ipso denominata quasi Jova (Varro L. L. IX. 140.) vel Jovina potius, nam Jovae similior est *Δία*. Ac nescio an in Schol. Od. III. 91. *τὴν Ἀμφιτρίτην Ποσειδῶν ἥρπασεν, ὅθεν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Ποσειδωνία ὠνομάσθη ὡς καὶ ἡ Ἥρα Διαίνη παρὰ Δωδωναίοις*, non solum *Διώνη*, quod Buttmannus praeferre timet, sed etiam *Ποσειδώνη* scribendum sit.

Ἴων Ἰώνη,[28] *Σίμων Σιμώνη*, *Σώφρων Σωφρόνη* v. Bast. Ep. 219. quaeque ab appellativis declinata sunt mulierum dearumve nomina et cognomina *ἀμύμων Ἀμυμώνη*, *ἡγεμών Ἡγεμόνη*, *περικτίων Περικτιόνη*, et epitheti simile *εὐφρόνη*.[29] De nonnullis certari potest cuinam trium generum subjici debeant; nam eadem forma et denominativa sunt *Τριτώνη* Musa fluviatilis, *Χιτώνη* Diana tunicata ut quidam tradunt, *Λειμώνη* proprium Aristaen. I. 3. *Ἀλκυόνη* homerica, *Ἀμφικτυόνη* Phthii filia Steph. s. *Δώτιον*, et paraschematista *Ἰτώνη* pro *Ἰτών*, *μελεδώνη* i. q. *μελεδών*, *ἀγκών ἀγκοίνη* ex *ἀγκώνη*, ut ajunt, conversum, *ἀλκυών ἀλκυόνη*, *Ἑρμιών Ἑρμιόνη*,[30] *Γοργών Γοργόνη* ut *ἀηδόνη* apud novitios Graecos; quae omnia Grammatici a genitivis ducere solent.[31] Neque aliter decernunt de latinae motionis exemplis *hospita, clienta, antistita,* qualia in Graecorum sermone nulla fere reperiuntur nisi propria. Quapropter Apollonius de Adv. 553. quum de motione nominum in ων ageret, hanc catalexin praetermittit ut minus tritam: *τὰ εἰς ων παρασχηματισμὸν ἔχει ἢ ἐν κοινότητι ὡς ὁ γείτων ἡ γείτων, ἢ ἐν καταλήξει δράκων δράκαινα, Λάκων Λάκαινα*, quod unum est a nomine per ω̄ declinato. Cetera appellativa sunt a substantivis, quae in secundo casu vel τ̄ recipiunt vel vocalem corripiunt, illa vulgo usitata, *θεράπαινα, λέαινα* et parasyntheton *θυμολέαινα*, haec minus, *γείταινα, τέκταινα*, quae Choeroboscus Bekk. 1190.[32] jure justo poetis asserit, *ζύγαινα βοῦς θήλεια*

---

28) Bacchae nomen est Nonn. XIV. 221. quod si ab *Ἰώ*, ut urbis nomen, ducitur, alio pertinet.

29) *Ἡμέρη καὶ εὐφρόνη* Hipp. de Diaet. I. 636. T. I. quae adjectiva esse alio loco disserui; pro *παννύχιος* Cratinus *πανεύφρων* dixit p. 212. ed. Mein. Sed pro *Ἀφρόνη ἡ ἀφροσύνη* Anecd. Bekk. 472. scrib. *Ἀφροδίτη*, quod nomen *παρὰ τὴν ἀφροσύνην* dici ajunt Etymologi.

30) Schneidewin. ad Zenob. II. 22.

31) Stephanus *παρὰ τὸ Κρής Κρήτη ὡς Θρᾷκη, Χιτώνη, εὐφρόνη*, quibus Arcadius 102, 4. *σωφρόνη* et *Ἀμυμώνη* addit.

32) Poetae verba *γίνοιό μοι τέκταινα βίου δαμάτειρά τε λιμοῖο*, sic olim supplevi *ἀλλὰ γένοιο, πότνια, μοι τέκταινα — λιμοῦ*, vocativum inserens ante encliticam ut Il. XIX. 287. *Πάτροκλε, μοι δειλῇ*. *Τέκταινα* legitur etiam in supplemento Hesiodi Th. 927. sed Aeschylus et Euripides praeferunt *ἡ τέκτων*.

Hesych. cujus masculinum idem affert *Ζυγόνερ τοὺς ἐργάτας βοῦς Λάκωνες*, postremo *φάγαινα*.

§. 7. Hic autem recrudescit illa trium factionum, de quibus jam diu loquimur, concertatio. Aristoteles H. Ann. V. 10. *ἡ μὲν σμύραινα*, inquit, *ποικίλον καὶ ἀσθενέστερον, ὁ δὲ σμῦρος ὁμόχρους καὶ ἰσχυρός. Φασὶ δὲ τὸν μὲν ἄῤῥενα εἶναι, τὴν δὲ θήλειαν*, quod falso credi Hesychius quoque significat *σμῦρος μύραινος ἢ μύραινα* tanquam synonyma conjungens cf. Salmas. ad Pall. 447. Et ex Athenaei verbis VII. 320. E. *σκορπαίνας καὶ σκορπίους ἐφάγομεν*, minime sequitur quod Eustathius colligit p. 1129, 22. *ὅτι σκόρπαινα ὁ θῆλυς σκορπίος*, sed quid differant, ignoratur. Nam et synonyma hoc in genere reperiuntur *φάλη φάλαινα* balaena, scrofa (*γρόμφις*) *γρόμφαινα*, et haud exiguus denominativorum numerus, a *φώκη φώκαινα* v. Corais ad Xenocr. p. 147. a *σφῦρα σφύραινα, σκιά σκίαινα, κορυφή κορύφαινα, βόλβιτον βολβίταινα*, quae sunt animantium nomina; inanimorum *μελίσσαινα*,[33] *σάμαινα, μολύβδαινα* plumbago. Ac nonnunquam diversa genera eodem terminantur modo; nam gromphaena etiam herbae nomen est, *ζύγαινα* piscis; et eadem diverse *ἰάτραινα ἰατρίνη* et *ἰάτρια*, quibus Aelius Dionysius Eust. 859, 51. praefert periphrasticum *ἰατρὸς γυνή, βολβίταινα —ίνη, κηρύκαινα —ίνη, μολύβδαινα —ίνη*, tertiaque specie *μολυβδίς, βολβιτίς* (non *βολβῖτις* ut in Thes. scribitur) melitis (*μελῖτις* ut *πεπερῖτις*) quae et *μελίτεια* dicitur; postremo quae Hesychius eodem loco habet *Σκιαδεύς, τινὲς δὲ σκίαιναν*, distinguit Plinius. Si vero principia cujusque quaerimus, multa a femininis primae declinationis orta sunt, ut *σκίαινα* et cetera modo allata, unum a masculino *Σκύθαινα*, nam *ἰχθυοπώλαινα* comice fictum est ut *μαγείραινα* et *ἀλεκτρύαινα*, barbarum *Γράλαινα*. Plurima in secunda radices suas habent, *κάπραινα, λύκαινα, ταύραινα*,

33) Dioscor. *μελισσόφυλλον ἔνιοι μελίτταιναν*, Hesych. *μελίταιναν ἔνιοι μελίκταιναν* v. Needham. ad Geopp. XV. 5, 6. Nicandri codd. *μελίτταινα* et *μελίκταινα*, idque Bacchae nomen est Nonn. XXX. 225. Simile *τρικτύα* pro *τριττύα* affert Hesychius v. Boeckh. Corp. Inscr. T. I. p. 811. a. Sed epenthesis literae, qua *ἀλυκτοπέδη* auctum putatur, parum certa.

ἰάτραινα, *μοίχαινα*, *ἡμιθέαινα*, quorum nullum supra Alexandrinorum aetatem repeti potest. A nominibus tertiae *ὕαινα*, *ῥύγχαινα nasuta* Gloss. *σκυλάταινα*, *κηρύκαινα*, *Δύμαινα*, sed pro *Σέλαιναι λαμπάδες* Hes. recte *σελάναι* scribunt. A numerali unum *τρίαινα*, quod Eustathius 1599, 46. non recte dicit *οὐχ ὅλῃ διφθόγγῳ ἑτεροιούμενον πρὸς τὸ πρωτότυπον ἀλλὰ μόνῳ διχρόνῳ*, nam vox sine dubio constat ex *τρί — αινα*. Ab inusitatis thematis *φαγεδών* et *φλυκτών* (pro quo *φλυκτίς* et *ὀλοφυγδών* recepta sunt) *φαγέδαινα* et *φλύκταινα*. Sunt etiam quae duplici via derivari possint, *Γνάθαινα* a *γνάθος* et *Γνάθων*, *Τρύφαινα* a *τρυφή* et *Τρύφων*, *Ἄλκαινα* una ex Actaeonis canibus Schol. Il. XXII. 29. quam Ovidius Alcen vocat Met. III. 217. ab *Ἄλκων* et *Ἀλκή*.[34] *Ἄκαινα* denique latinumque acna si cum *φώκαινα* comparamus, ab *ἀκή* ductum videtur, sin autem cum *λέαινα*, ab *ἄκων*, neque abhorret tertia ratio, ab *ἄκανος* extitisse *ἄκαινα* adsumto iota ut a *χίμαρος χίμαιρα*. Sed nullo modo a *καίνω* ut in EM. 44, 2. traditur, etsi verba quoque nonnunquam fingendis nominibus materiam praebuere: *ὥςπερ ἀπὸ τοῦ ἀρύτω γίνεται ἀρύταινα καὶ βαίνω ἀμφίςβαινα, οὕτω δεσπόζω δεσπόζαινα καὶ δέσποινα* EM. 258, 22. quod et propter synaeresin incredibile est et quia verba in *ζω* pararoga nihil hujusmodi ex se propignunt. De *ἀρύταινα* consentimus pariterque *ὄξαινα* et *γάγγραινα* ab *ὄζω* et *γραίνω* declinata putamus.[35] *Ἀμφίςβαινα* vero, quod ille a verbo repetit, vicinius thema habere videtur *ἀμφιςβάς* vel *ἀμφισβών*, quam in opinionem me induxit par simillimum *ἄμβαινα ἀναδενδράς* Hes. et *ἄμβων*.[36] *Σκοτόμαινα* a *μαίνεσθαι*,

34) Servae nomen est oxytonon ap. Lysian v. Lehrs. de Arist. 299. Alce canis Colum. de RR. VII. 12, 13. *Θέαινα* quoque ad *θέων* refert EM. 444, 11. sed falso.

35) *Φάγουσα γάγγραινα* Du Cang. *Γραίνειν ἐσθίειν* Hesych. In Eratosth. Bernhardii p. 158. *αἱ δὲ πελιδναὶ πυθεδόνες γάστρηναν ἐπέτρεφον οὖλοον ἕλκος*, nescio an scribendum sit *γάγγραιναν* (pro *αἱ δὲ* Bernh. substituit tacite *οὐδέ*).

36) *Ἄμβωνας οἱ Ἀττικοί, Ἴωνες δὲ ἄμβας* Galen. Comm. I. in L. de Articc. XIX. 340. T. XVIII. P. I. Ut a *κλάω* (*κλάδος*) *κλών*, sic ab *ἀναβάω ἄμβων οἷον ἀναβών παρὰ τὸ ἀναβαίνειν* EM. 81, 7. cui apposita sunt feminina *ὀπισαμβώ* et *ἄμβη οἷον ἀναβή τις οὖσα*. Illi nescio

ut EM. affirmat, compositum esse jure negat Lexicographus Eustathii p. 1769, 28. Sed probamus Hesychii interpretationem *Ἀεσσίμαινα θάλασσα πνεύμασι μαινομένη*. Nec praetereundum illud *Εὐθύκαινα ἡ σχοῖνος διὰ τὸ εὐθέως κτείνειν*[37] *καὶ δύναται εἶναι εὐθύκταινα*, quo quum appareat aliquid a priori diversum significari, vel aliter scriptum fuisse suspicor *εὐθυάκαινα* vel ab alio etymo repetitum *ἀπὸ τοῦ εὐθυκτίων* sive *ἰθυκτίων εὐθύκταινα* id est *εὐκέανος*, omisso iota ascititio ut a *σκορπίος σκόρπαινα*.

§. 8. Haec autem tanta tamque densa et varia seges non uno surrexit seculo sed lente. Homerus quidem unum hujus formae protulit *θέαινα*, leaenam *virili genere appellans quod Graeci ἐπίκοινον vocant* Gell. XIII. 7. v. Schol. Il. XVII. 133. XVIII. 318. XXI. 483. *Δράκαινα* et *θεράπαινα* adjecit hymni in Apollinem scriptor, deinceps reliqua emergunt, unum post alterum. Universa autem in duo genera dispertiri pos-

---

an simile dicam *Ἐμβλώ παρὰ τὸ ἐμβλέπειν πέπλασται ὡς ἡ Δωρώ καὶ ἡ Λεξώ* v. Meinek. Com. Fragm. I. p. 58. Mihi enim non pro *ἐμβλώψ* (ut *παραβλώψ*) dictum sed *παρὰ τὸ ἐμβλῆναι* fictum videtur ad significandam captationem et corruptelam quia *τῶν δωροδοκούντων* vox est *ἔμβαλε* v. Hes. s. *Ἐμβαλλεκύλλη*. A verbo, unde *ἄμβη*, Grammatici etiam *ἑκατόμβη* repetunt et *ἐπίβδα* (quasi *ἐπίβη*) ut a *φάω* (*ἀναφαίνω*) *Ἀνάφη* v. Hermann. ad Orph. Arg. 1366. quo certiora sunt *catasta* i. q. *κατάστασις* seu *κατάστημα, πρόσθη ἡ πρόσθεσις, ἐπιβλή, καβλή* (nisi *κάβλης* fuit) *ἐπίκλη, ὁμοκλή, ἐπιπλή*, quorum ut conformatio enormis, ita accentus inconstans est.

37) Aptum hoc foret carmini ludicro ut Batrachom. 164. *ἔγχος δ' ὀξύσχοινος ἑκάστῳ μακρὸς ἀρήρει*. Et quae ***abstulit excultas pertica tristis opes***, meruit *σχοῖνος εὐθύκαινα* sive aeolice *εὐθύκταινα* ***pernicialis*** dici. Pro *Εὐρύκλεινα σχοῖνος παχέα ἔχουσα τὰ ἄκρα* nescio an *εὐρύκραινα* potius scribendum sit ut *Μελαγκρανίς ὀξύσχοινος ἢ τὰ ἄκρα μελανίζουσα*. *Μελάγκραιρα* est Sibyllae nomen in codd. Aristot. Mirab. XCV. *Μελάγχραινα* scriptum. Sed sunt alia multa quorum ratio reddi non potest, *τούρπαινα* piscis Paul. Aeg. VII. 16, 289. *κολύβδαινα* cancer (nisi *μολύβδ.*) *πάτραινα* et *σπάταινα* aleae vocabula Poll. VII. 204. et ap. Hesych. *Δράλαινα ἡ λαμυρά, Ὀράγδαινα ὁρμητική* etc. Castaneorum species non *Λευκαῖναι* vocata est, ut Schneiderus ait, sed *Λευκηναί* a Leucis vico Troadis v. Parall. 316. ut *Ἀβυδηνός, Διδυμηνός, Μελισσηνός* etc. Urbium nomina *Βάκαινα, Ζύγαινα, Δρύαινα, Κίαινα, Μάζαινα*, peregrina sunt.

sunt, quorum unum terminationem bisyllabam stirpi vel nominis vel verbi affixam gerit, alteri a nominibus in ῶν et ᾶν orto cum his vel utraque communis est litera ut Δύμαινα simile adjectivis μέλαινα, τάλαινα, vel certe altera γείταινα, τέκταινα, quae Eustathius p. 1129, 19. longo circuitu a genitivis masculinorum arcessit, ο̄ in ᾱ mutatum et huic iota additum dicens ut μεσαιπόλιος, quod parum simile. Eadem est verborum divisio; nam nonnullis praeludunt nomina in ῶν, πιαίνω, ἀφραίνω, εὐφραίνω, τεκταίνω, pleraque autem sine antecessione literae ν nascuntur, partim ab adjectivis (quo principio carent nomina) vel secundae declinationis ἀγριαίνω, ἀλιτραίνω, ἀργαίνω, αὐαίνω, ἐχθραίνω, κοιλαίνω, κυλλαίνω, λιραίνω, μαργαίνω, ξηραίνω, ῥυσαίνω, σιμαίνω, χωλαίνω, ψυχραίνω cum parasynthetis ἀνοηταίνω et ἀκολασταίνω aliisque in Adnott. ad Buttm. Gramm. II. 66. vel tertiae ὑγιαίνω, δυςμεναίνω, δυςχεραίνω etc. Pars a substantivis trium declinationum: ἰθαίνω,[38] καλχαίνω, λεσχαίνω — κοταίνω, ληραίνω, λιμαίνω, λισταίνω, ὑδεραίνω — δειμαίνω, θαυμαίνω, κηραίνω, κυδαίνω, ὀνομαίνω, σημαίνω, quorum pleraque usus communis alio deflexit.[39] Neque minus multa a verbis et barytonis ἀλδαίνω, ὀσφραίνομαι, et circumflexis ἀλαίνω, ἀλασταίνω, δηλαίνω, μυδαίνω, χαλαίνω. Plurima utrinque derivata videri possunt, tam a verbis quam a nominibus ἀζαίνω, ἀρεταίνω, ἑλκαίνω, θαμβαίνω, κροταίνω, κναίνω, κυκλαίνω, ὀλισθαίνω, περαίνω, χλιδαίνω etc. ὠχραίνω ab adjectivo non minus quam ab ὠχράω. Et nonnullorum radices in occulto sitae: ἰαίνω,[40] μαραίνω, λαχαίνω, βλεμεαίνω, ἀναίνομαι. Quum igitur pateat terminationis αινω et αινα duplicem esse ortum, unum a pri-

---

38) Hesychius Ἰθή εὐφροσύνη, ἰθαίνειν εὐφρονεῖν scr. εὐφραίνειν.

39) Θαυμάζω, ὀνομάζω, χειμάζω. Similiter ἰκμαίνω —άζω, περκαίνω —άζω, λιχμαίνω —άζω, λιπαίνω —άζω, καρταίνω —άζω, ὑφαίνω —άζω, φοιβαίνω —άζω, θερμαίνω —άζω v. ad Buttmann. l. c.

40) Ἰαίνειν τὸ διαχεῖν et ἰαίνειν τὸ χολοῦν (ab ἰός) et ἰᾶσθαι quamvis diversa prosodia tamen cognata videntur et inter se et cum διαίνειν, cujus synonymum κατάρδειν Hesychius interpretatur εὐφραίνειν. Eodémque tendere videntur ἰθαίνειν et χλιαίνειν. Μαραίνω (ut marceo) EM. 76, 22. probabiliter a μαίρω repetit. Δαρδαίνει μολύνει Hes. ad ἄρδα pertinere videtur.

mitivis in *ν* exeuntibus, alterum a diversis, illam speciem ad epenthesin referre consentaneum est, alteram ad parectasin sive paragogen. Quamquam haec distinctio artis magis est quam naturae. Sed de motione et paraschematismo nominum, quae litera *ῡ* finiuntur, tantum mihi dixisse videor, quantum opus erat.

§. 9. Animantium vocabula, quae rho habent extremum, generalia et specialia, velut *ψάρ*, *θήρ*, *χήρ*, *φώρ*, fere non moventur per genera; *τοῦ δαήρ τὸ θηλυκὸν οὐ δαεῖρα ἀλλὰ γάλως* Schol. Il. III. 180. pro quo *δάειρα* scriptum Eust. 648, 31. more verbalium, a *μάω μάστειρα* et *μήτειρα ἡ φρονίμη* Hes. etc. de quibus nihil nos attinet dicere. Gentiliciorum feminina adjectiva sunt *Πιερίς*, *Ἰβηρίς*. Sed unum tamen motorum ordinem intrat, *Κάρ — τὸ θηλυκὸν Κάειρα. Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ῑ φησι μακροῦ· ἡ δὲ ἔκτασις ἀναγκαία· τὰ γὰρ εἰς ᾱ βραχὺ*[41] *παμασχηματιζόμενα ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν ἢ φύσει ἢ θέσει. Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου τῇ χρήσει ἑπόμενος διὰ διφθόγγου, ὑπομνηματίζων δὲ τὸν Ἀπολλώνιον διὰ τοῦ ῑ· ἔστι γὰρ ὅτε μετὰ τὴν διαίρεσιν ἔκτασις γίγνεται, οἴομαι ὀΐομαι. Ἡ χρῆσις δὲ κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ σώτειρα ἐλάτειρα* Steph. In principio scribendum est *Καῖρα* ut ap. Eustathium legitur 367, 19. Quemadmodum enim *παρὰ τὴν μάκαρος γενικὴν μάκαιρα καὶ τάλανος τάλαινα καὶ τέρενος τέρειva* EM. 752, 27. sic ars analogiam sequens a genitivo *τοῦ Καρός* ducit *Καῖρα*. Huic Eustathius continuo subdit a Stephani expilatore omissum *καὶ ἐν διαλύσει Κάϊρα*. Cujus iota produci dicunt aut quia ex dialysi ortum est aut ob terminationem *τὰ γὰρ εἰς ᾱ βραχύ* etc. Producto iota additum est epsilon — *καὶ ὁ λόγος τὴν δίφθογγον αἰτεῖ* Schol. Il. IV. 142. quia ubicunque ante *ρα* syllabam iota reperitur, diphthongum est: *σφαῖρα*, *σπεῖρα*, *μοῖρα*, *πρῷρα — σεσημείωται τὸ εἶρα καὶ Κάειρα ἀμφιβαλλόμενα* EM. 318, 53. Cram. II. 196. Postremum diaeresi ex *Καῖρα* factum esse consentit Schol. Il. IV. 142. sed addit *οἱ δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ φαίνω φαείνω*, quos necesse est pro diaeresi substituisse epenthesin diphthongi integrae exemplo parum

41) Alpha non purum significat, ut excludat *μία*, *ὀρχήστρια* etc.

apto nixos; nam *φαείνω* a *φάω* propagatum est, ut *ἀλε-είνω*, consonamque asciticiam habet non in stirpe positam ut *Κάρ Κάειρα*, cui similius est *πρώρα* — *πρώειρα*,[42] *αἴρω ἀείρω*, quanquam id quoque in diversum trahunt auctores: *φαείνω καὶ κατὰ διαίρεσιν φαίνω ὡς ἀείρω αἴρω* EM. similiter ut Aelius Dionysius deae vel heroinae atticae nomen *Δαῖρα* ex *Δάειρα* concisum putat Eust. 456, 12. quique *πρῷρα* scripserunt, sine dubio ex *πρώειρα* contractum esse opinati sunt v. Parall. 214. Utri verius, arbitretur qui velit. Nec minor ambiguitas in adjectivis, *πρέσβειρα, πίειρα, πέπειρα*, quorum secundum in confinio habet voces per rho formatas *πῖαρ* et *πιαρός* seu *πιερός*,[43] cetera hoc fundamento carent affinibus in *ν̄* terminatis *Πρέσβων, πέπων*. Eaeque literae in aliis quoque commutantur vocabulorum conjugatorum flexibus *διαίνω διερός, λιπαίνω λιπαρός, μιαίνω μιαρός* sive *μιερός, χλιαίνω χλιαρός* et e diverso *ἐλεαίρω ἐλεεινός*. Quibus spectatis tutissimum videtur feminina illa brevioribus *πρέσβα, πρέσβυς, πέπω* (*πέπτω*) *πῖος* tanquam agnata componere, non ut declinata. Quemadmodum autem Choeroboscus Cram. II. 248. *πίειρα* a verbo *πίω* repetit, sic Schol. Il. XVI. 465. *νέαιρα* et *ἰοχέαιρα* a *νέω* et *χέω*. Verum *Νέαιρα* proprium et multo magis appellativum *νείαιρα* a *νέος* derivatum est unde *νεάρος*, ut ab *ἔτης ἔταρος* et *ἔταιρος*, quibus alpha insiticium est, aliis stirpitus tractum *εἶαρ ἰαρός* (*ἰαρόχρους*) *μέγας μέγαρον, γέρας γεραρός* et accedente iota *γεραίρω γέραιρα, μεγαίρω Μέγαιρα*, quarum literarum nulla apparet in verbo unde *ἰοχέαιρα* compositum est, ejusque inclinamentis. His si addidero paraschematismi exemplum unicum *μήτειρα* v. Parall. 214. cui simile *θυγάτειρα* finxit Stephanus s. *Θυάτειρα*, nulla mora erit quin ad literarum finalium ultimam transgrediar.

§. 10. In *ᾱς* quae exeunt, si feminino opus, ab adjectivis accipiunt *Ἀβαντίς, Βυζαντίς* etc. Attamen motionis quoque exempla extant; unum illud quod Eustathius p. 84, 40.

---

42) *Πρώρα* Schol. Arat. 342. a *προϊέναι* ducit, alii a *προοράω πρόορος* (ut *ἔφορος*) *πρῷρος* (*φροῦρος*).

43) Eustathius feminino supponit masculinum *πίηρ* p. 1178, 42. Jacobsius ad Anth. p. 56. *πίειρος*, alpha finale licenter correptum putans.

ex Philistidis libro *συγγενικῶν*[44] promit: *πάλλαντες οἱ νέοι, παλλάδες αἱ μείρακες* v. Casaub. ad Strab. XVII. 816. Alterum esse puto *πρόφρων πρόφρασσα*, licet secus sentiat Buttmannus in Gramm. T. I. 254. id a *πρόφρων* deflexum ratus ut a participio *ἔων* doricum *ἔασσα*, consentiatque Matthiae §. 125, 5. Sed hoc *ἔασσα* in paucis, quibus legebatur, locis codicum auctoritate in *ἐᾶσα* mutatum est, quod pro *ἐῶσα* dicitur dorice. Philoxenus desperata analogia substantivum *ἰδιότυπον* commentus est *φράσσα*, unde illud compositum diceret Schol. Il. X. 290. Mihi, si thema ad normam et regulam quaeritur, *πρόφρας* ponendum videtur a *φράω* (*φράζω*) ductum simileque propriis *Ἔκφας* Schol. Eur. Phoenn. 13. *Περίφας*, *Ὑπέρφας*.[45] His enim masculinis adaptata sunt feminina quae cum *πρόφρασσα* conferri possunt *Τηλέφασσα*,[46] quo nomine fuit Europae mater Schol. Plat. 419. ab aliis *Τελεφάη* et *Τηλέφη* dicta v. Meinek. ad Mosch. II. 40. et *Περσέφασσα*[47] a verbo polysemanto *φάω*, unde *Ἀντιφῶν* et corrupta ultima *Ἄντιφος* ut *Τήλεφος*, multaque alia *Θεοφῶν*, *Καλλιφῶν*, *Λαοφῶν*, *Ξενοφῶν* ex *Ξενοφάων* contractum EM. 684, 54. ut appellativum *ἀμφιφῶν*, de cujus origine nulla esse potest dubitatio. Hinc pendent feminina in *ωσα* ut *Ἀριστοφῶσα τῆς Ἀριστοφώσης*

44) p. 316, 14. *ὁ ἐν τῷ περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων* vel idem est vel Aristophanes, cujus commentarius fuit *περὶ συγγενῶν* Phot. s. *Οἰκείαν* cf. Schneidewin Conject. 106. Hunc Eustathius nominat 648, 53. *ἐν τοῖς συγγενικοῖς*, Anonymus Cram. III. 194. *ἐν τῷ συγγενικῷ*, cui similis *Ζηνοφάνης ἐν τῷ συγγενικῷ* Athen. X. 424. C. Sed genealogicum fuisse videtur Andronis opus *συγγενειῶν* Schol. Apoll. I. 45. Harpocr. s. *Φορβαντεῖον* ut Suetonii *συγγενικὸν Καισάρων* Suid. s. *Τράγκυλλος*.

45) His cognata sunt *Περιφήτης* et *Ἀντιφάτης*.

46) In Moschi loco Meinekius codd. auctoritate *Τηλεφάασσα* scripsit pro *Τηλεφάεσσα*. Hujus formae duplici simile est *Πασιφάη* et *Πασιφάεσσα* ejusdem deae nomen duplex v. Hermann. Opusc. T. V. 180. *Εὐρυφάεσσα* Hom. H. in Sol. 4. quae masculina ex sua analogia non habent; secundum artis regulam masculinis in *αεις* (ut *ἱλάεις*, *κεράεις*) subjicienda sunt; ab *Εὐρυφάης* (*Λαφάης* Paus. II. 21.) foret *Εὐρυφάεια* ut *Καλλιφάεια* Paus. VI. 22.

47) Vulgatius nomen *Περσεφόνη* legitime declinatum est a *Περσέφονος*, ut *Τισίφονος* Quint. XIII. 215. *Γοργοφόνος —όνη* etc.

Corp. Inscr. T. 1. n. 921. p. 532. *Ἰοφῶσσα* quod minus recte *Ἰοφῶσσα* scribitur, a *Λαοκῶν* Arcad. 12. 15. diducta vocali *Λαοκόωσσα* ut appellativa *ἀμυοκῶν* et *εὐρυκόωσσα* [48] convenienter masculino proprio *Εὐρυκόων* Quint. XIII. 210. etsi nequaquam affirmem haec omnia stirpem communem habere, omninoque hoc genus perismomenon, quod Herodianus attigit *π. Μον.* p. 9. parum exploratum habeo. A non contractis *Θόων Θόωσσα*, *Θερμώδων Θερμώδωσσα*, quod male *Θερμώδοσσα* scribitur Quint. I. 46. et *Θερμώδουσα* v. 254. Haec denominationis sunt exempla; motionis vero *θῆσσα*, *πένησσα*, *Μάγνησσα*, *Θρῇσσα*, *Λίβυσσα*, de quo dixi ad Buttm. p. 427. Nomina, quae in sigma non purum exeunt, huc deflecti negatur, nisi sint gentilicia: *ἄνασσα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἄναξ· τὰ γὰρ τοιαῦτα ἐθνικά ἐστι, Φοίνισσα, Κίλισσα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀνάσσω ὡς ἕλισσα καὶ ἀμφιέλισσα, μελίσσω μέλισσα* EM. 100, 24. Gud. 52, 17. Orion. 26, 2. Philem. §. 34. Hujus sententiae duo dici possunt argumenta; primum quia nomina in duplicem exeuntia plerumque non declinantur per genera: *ἅρπαξ*, *κόλαξ*, *ἱέραξ*, *κήρυξ*, vel certe non hoc modo sed *πάλλαξ* (*πάλληξ*) *παλλακή* Eustath. 1490, 50. Alterum quod feminina *ἄφυσσα ἡ κοτύλη* Hesych. et *μέλισσα ἡ ἱέρεια* v. Aglaoph. 817. verbis subnata sunt, non nominibus. Verum tamen adjectivum *φοίνισσα φλόξ* nomini propius quam verbo; *Ἕλισσα* fluvii nomen qui et *Ἑλίσσων* dicitur Strab. VIII. 338. utrinque aptum, *ἑλικώτατον ὕδωρ* Parall. 289. certe paronymon est; *θάλασσα* incertum a *σάλος* aestus unde *σαλάσσω*, *σάλαξ*, an ab *ἅλς* declinatione anomala ut a *μέλι μέλισσα*. Sed plane indubia *εὐρυάνασσα*, *παντάνασσα*, *Ἑρμώνασσα*, *Λάνασσα*, *Λυσιάνασσα*, quae nescio quomodo illi obliti fuerint. Nec *φάσσα* negabitur a *φάψ* deflexum esse.

§. 11. Eorum quae in $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$ finiuntur, quatuor sunt motiones; una ceteris probatior in $\overline{\varepsilon\iota\alpha}$, secunda rarissima in $\overline{\eta}$,

---

48) *Εὐρυκόων* fortasse a *κόος* compositum est ut *εὐρυκόωσα Κητώ ἡ μέγα χάσμα ἔχουσα*, uno verbo *κητώεσσα* v. Meinek. ad Euphor. 150. sed *εὐρυκόωσα νύξ* qui *πολυάσιτερος* interpretatus est nescio an late fulgentem acceperit a verbo *κέω* ut *λυχνοκόωσα* v. ad Phryn. 523. A *κάω* est *Πολυκάων* Paus.

tertia non frequens *ιννα*, quarta deterioribus celebrata seculis *ισσα*. Illius exempla sunt partim gentilicia quae Stephanus profert *Κούρης καὶ Κουρεύς παραγωγόν — τὸ θηλυκὸν Κούρεια καὶ Κούρισσα — Λακέρεια τὸ ἐθνικὸν Λακερειεύς, τὸ θηλυκὸν Λακέρεια ὁμοφώνως τῷ πρωτοτύπῳ — Πόλις ὁ οἰκήτωρ Πολιεύς, τὸ θηλυκὸν Πολιεία (Πολίεια) — Αἰγιαλός, τὸ ἐθνικὸν Αἰγιαλεύς ἀπὸ τῆς Αἰγιαλοῦ γενικῆς ὡς Ἀλεξάνδρου Ἀλεξανδρεύς, τὸ θηλυκὸν Αἰγιάλεια*, partim appellativa: *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ευς διὰ τοῦ εια παρασχηματιζόμενα διὰ τῆς εια γράφεται καὶ προπαροξύνεται, βασίλεια, ἱέρεια. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἱερεία ἐκτάσει καὶ καταβιβασμῷ* Choerobosc. Cram. II. 225. quibus idem p. 190. tria addit alia *γνάφεια, πανδόκεια* et *κεράμεια*[49] praetermissis *ἀγγελίεια* Orph. Hymn. cujus masculinum deest et *φαρμάκεια*, quod Jacobsius ex Aristotele Aeliano restituit p. 490. idemque proprium est nymphae fontanae nomen in Theon. Progymn. VI. 220. et in Lexico Timaei, mendoso utrobique accentu *Φαρμακεία*. Nam quod Buttmannus credidit Atticos *βασιλεία* et cetera pronunciasse penultima longa, falsum est. Herodianus in Regg. Prosod. p. 439. Cram. III. 290. Philem. 1. §. 51. Anecd. Bekk. 1314. b. Drac. p. 52. et ceteri de uno loquuntur *ἱέρεια*, verbisque conceptis Arcadius p. 194. excludit *πανδόκεια* et *βασίλεια*, quae nunquam aliter scribi quam proparoxytonos. Itaque *ἱερῆ*, ut Boeckhius scripsit in interpretatione monimenti ionici Corp. Inscr. I. n. 2108. defendi quidem posset ut contractum ex *ἱερέη*, quod in Callimachi epigrammate ionico legitur Anth. VII. 728. producta quatuor syllabarum postrema, semelque in codd. Herodoti emergit VIII. 104. *ἱερέα* Inscr. Lacon. n. 1446. Nec tamen aut ipsum ita scriptum reperitur aut adjectiva *θρασῆ, εὐρῆ*, sed semper *θρασέα, ὠκέα*, quod Tzetzes Exeg. p. 61. et Grammaticus Gregorio adjunctus p. 610. cum *ἱέρεα* comparant.[50] Sed vel hoc

---

49) Hesychius *Κωρία κουρίς κουρεύτρια*, fortasse *κώρεια* scripsit dorice pro *κούρεια*. Sed *ἀριστοτόκεια* non est *ἀπὸ τοῦ ἀριστοτοκεύς* ut Choeroboscus ait II. 180. sed ab *ἀριστοτόκος —όκη* v. Parall. 214. et 462.

50) Propriorum quae in monumentis lapidariis inveniuntur *Ἀρτεμοκλέα* Corp. Inscr. n. 1887. *Δαμοκλέα, Ἐρατοκλέα, Σωκρατέα* Anth. App. p. 384. v. 4. et 18. etc. accentum editores constituisse videntur exem-

dato atque concesso non protinus sequitur quod Buttmannus sumsit ut *βασιλῆ* scribatur. In Hesychii loco lacunoso *Βασιλ* (sic) *ἢ βασίλεια* Musurus de suo edidit *βασιλή* oxytonon; sed Arcadius p. 109. *τὰ εἰς ιλη ὑπερδισύλλαβα βαρύνεται παστίλη* (*σπατίλη*) *μαρίλη*, *μυστίλη*, ubi *βασίλη* excidisse apparet ex canone Theognosti p. 111. barytona in *ηλη* et *ιλη* complexo. Nec minus clara Stephani praeceptio *Ἀγάμεια λέγεται καὶ Ἀγάμη ὡς πρέσβεια πρέσβη καὶ βασίλεια βασίλη. Δύναται δὲ καὶ τὸ Ἀγάμεια ἐκ τοῦ Ἀγάμη.* Verum hoc edicto quantum ad accentus cognitionem proficimus, tantum causae, qua nititur, claritati officitur. Nam si *βασίλη*, ut ille arbitratur, ex *βασίλεια* coactum est, e numero motorum, quo nos retulimus, longe segregandum erit. Sed hoc priusquam cedatur, exempla examinanda sunt. Primum *πρέσβη* si alicubi inventum fuisset, nemo dubitasset hinc *πρέσβα* conversum dicere trope ionica ut *τόλμα*, *νύμφα*, *τῆθα* Schol. Il. III. 130. Sed non invento coacti sunt *πρέσβα* aut a *πρέσβειρα* repetere facta trium literarum jactura EM. 687. Schol. Od. V. 215. aut a *πρέσβεια* excussa diphthongo ut Choeroboscus Cram. II. 253. et Schol. Il. XIV. 194. XIX. 491. *ὡς ταχὺς ταχεῖα οὕτως πρέσβυς πρέσβεια· τοῦτο δὲ γίνεται κατὰ συγκοπὴν πρέσβα.* Aut quatuor illuc escenderunt gradibus: *πρέσβεια*, *πρέσβεα* (ut *θήλεα*) *πρέσβη*, *πρέσβα*, quo artificio Stephanum usum esse suspicor, eaque mihi causa est cur *πρέσβη*, quousque desit testis certior, ad probandum parum habile ducam. Neque plus adminiculi in nominibus propriis, quorum de uno quod dicit Stephanus, valet de omnibus non solum locorum sed etiam hominum vocabulis *Πλειστοδόκη Πλειστοδόκεια* EM. 397, 43. *Λαοδάμη* Maxim. 93. Schol. Eur. Or. 5. *Λαοδάμεια*, *Ἱπποκράτη* —*εια*, *Διομήδη* —*εια*, *Τιμαρέτη* —*εια*, *Ἀριστολόχη* —*εια* Anth. App. 305. *Ἀλεξάνδρα* —*εια*, ib. 287. aliaque v. Parall. 321.[51] quae si diversis tri-

---

plo macrocatalectorum *Μαντινέη*, *Ὠκαλέη*. Sed *πολυανθέα γλήχων* Nic. Th. 877. si pro *πολυανθής* sive *πολυάνθεια* (ut *εὐάνθεια* Orph. H. X. 11.) valet, proparoxytonôs scribendum ut *ἱέρεα* Pind. P. IV. 9. nam alpha breve est. Variat *θήλεα* et *θηλέη*, sed illud praefertur.

51) Stepbanus quae affert exempla ex diversis confudit generibus: *Ζέλη Ζέλεια*, *Ἀγάθη Ἀγάθεια* aliaque quorum nec etyma cognoscuntur

buuntur ut *Μελίτη* Nereis et insula Africae, *Μελίτεια* urbs Thessaliae, *Κορώνη* Messeniae, *Κορώνεια* Boeotiae, fortuitum est, neque sciri licet quid ex quo ortum sit nisi qua poeticae interpolationis vestigia gliscunt. Appellativa autem si quis proferat duplicem formam sortita, *ἄλη* — *ἄλεια ἡ πορεία* Hes. *θυία* et attice *θυιεία* EM. etc. Parall. 322. haec synaloephen adeo non comprobant ut facilius credam ea quae per plures syllabas decurrunt, a brevioribus derivata esse quam contra, nisi forte sua utrique est et propria origo. Quod restat, apud Arcadium 105. *παροξύνεται τὸ Λαλάγη ὥςπερ τὸ ἠλύγη καὶ πακάγη ἡ ἁγνὴ ἱέρεια*, Meinekio *πανάγη* emendanti Fragm. Com. II. 421. nemo erit quin accredat, sed quod addit hanc formam non videri aliter explicari posse nisi ut ex *πανάγεια* contracta esse existimetur quemadmodum *ἱέρη* ex *ἱέρεια*, equidem substantivum illud ex adjectivo *πανάγης* natum arbitror ut *παντάρβη* et *πανάκη*, quod ex *πανάκεια* contractum esse mihi persuadere non possum. *Ἱέρη* ipse attuli in proecdosi ex Plut. An seni resp. XXIV. 131. T. XII. ubi memorantur Dianae sacerdotes Ephesiae Vestalium ritu annos muneris inter discendum, agendum et docendum partitae ideoque propriis nominibus distinctae *μελλιέρη, ἱέρη, παριέρη*, et oxytonon legi quidem *Χαρίτων* (Gratiarum) *ἱερή* Anth. VII. n. 233. *ἱεράν τὴν ἱέρειαν Πλάτων* Anecd. Bekk. p. 100, 9. nunquam vero *ἱερᾶ* aut *ἱερῆ* ut Buttmanno placebat. Neque simile esse puto

---

nec dici potest utra forma sit prior. Haec paraschematista sunt. Si vero urbs a regina Apame denominata *Ἀπάμεια* dicitur, denominativum est ut a Laodice *Λαοδίκεια*, a Phaenagora *Φαιναγόρεια* sicut ab Aristoloche quadam herba *ἀριστολόχεια* Schol. Ther. 509. 937. aliaeque *ἀχίλλεια, πέρσεια, ἡράκλεια*, quae eadem *ἡράκλειος* dicitur typo possessivo, quem feminina illa retinent mutato accentu. His accedit antonomasia velut si Apamea urbs *Ἀπάμη* dicitur ipso reginae nomine, ut *Ἄμαστρις ἀπὸ Ἀμάστριδος* Steph. alia Nysa, alia Arsinoe, alia Hermonassa *ἐπὶ Ἑρμωνάσσῃ* Eust. ad Dion. 549. quibus comparari possunt piscium vocabula *περσεύς, βάκχος*, turnus, nisi haec fortuita est synemptosis. Quomodo autem herba *ἀλεξάνδρεια* ab Alexandro nomen accepit, sic etiam urbs, non ut Choeroboscus statuit II. 178, 18. *Ἀλεξάνδρεια καὶ Ἀντιόχεια ἐκ τοῦ Ἀλεξανδρεύς καὶ Ἀντιοχεύς.* Qua de re verius judicat Stephanus s. *Ἀλεξάνδρεια, Εὔβοια, Φαρνακιά.*

quod Ellendtius in Lex. Soph. II. 962. his comparat *χρῆ*. Id enim, si satis fidei habet, non ex *χρεία* sed ex *χρέα* sic ut *νῆ* et alia apud Herod. *π. Μον.* p. 7. contractum videtur, *χρέα* autem a verbo *χρέω* derivatum est, ut *μνέα* (moneta) et *μνεία* a *μνέω* moneo, *μνᾶ* a *μνάω*.[52] Ergo relinquitur ut aut *ἵερα* scribamus aut *ἱερά*, quorum illud nititur synaloephae praetextu non admodum plausibili, alterum non video quid dici possit nisi femininum substantivi *ἱερεύς*. Cujus motionis unum suppetit exemplum *κοδομή* ἡ *κοδομεύτρια* Phot. Hes. Poll. VI. 64. X. 109. his quatuor testimoniis satis firmatum, nam *κοδομός* non reperitur neque aliud in ομος oxytonon. *Βασίλη* ne eodem revocetur, accentus obstat, cujus ratio explicari non potest nisi sumamus olim appellativum fuisse homophonon proprio *Βασίλος* *Basilus* v. Cort. ad Lucan. IV. 416.; nec multum hinc discrepat *Βασίλαι*, quomodo sacrificuli Elei vocati sunt similes eorum qui Ephesi nomen habuerunt *βασιλεῖς* ex regibus sacerdotes. Verum de hoc verborum satis dictum videtur. Tertia motionis forma est ιννα, quae uno comprobatur exemplo *βασίλιννα* sed affinia habet propria *Ἤριννα*, *Μελίτιννα*, *Φίλιννα*, quibuscum quodammodo congruunt latinae consuetudinis paronyma *regina*, *gallina* gentiliciumque *Καρίνη*, de quo in alia parte operis dicturus sum explanatius. His accrevit quarta *βαλάνισσα*, *βασίλισσα*, *ἱέρισσα*, *κούρισσα*, *πανδόκισσα* et ab ethnico *Καβαλεύς* *Καβάλισσα*. Neque solum ab hac terminatione sed etiam a masculinis in ος, ων, ωρ, *Γήλισσα* a *Γηλός*, *pipiones* *τρυγόνισσαι* Glossae Salmasii ad Lampr. V. Sever. §. 41. *κτητόρισσα* Niceph. Greg. Hist. VI. 4. 109. A. *γειτόνισσα* v. Coraes Atact. p. 174. *Μακεδόνισσα* quo Strattis usus est Anecd. Bekk. 108. a *μάντις* *μάντισσα* novitiis Graecis probatum, ab his quae duplici finiuntur *Ἀράβισσα*, *φοινίκισσα* et *Συροφοινίκισσα* in multis codd. Marci c. VI.

§. 12. Homericum *καμινώ* in hunc numerum motorum referre veritus sum quia fieri potest ut non a *καμινεύς* deflexum sit sed ab ipso *κάμινος*, ideoque non ad mota pertineat sed ad denominata, quae veteres nonnunquam hypocori-

---

52) Odyss. III. 14. *Ἀντίλοχ', οὐ μέν σε χρὴ ἔτ' αἰδοῦς* Schol. Harl. *γράφεται χρεῖ'*, hoc est *χρεώ*, *χρῆ*.

stica appellant. Theognostus Cram. II. 118. *τὰ εἰς ω̄ ἐστὶν ὑποκοριστικὰ καὶ τὴν παραλήγουσαν τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ πρωτοτύπῳ πειθώ, φειδώ, χρειώ, Ἐρατώ — βασιλεύς βασιλώ*, quod si appellativum est a masculino ductum ut laconicum *ἀνθρωπώ* ab *ὁ ἄνθρωπος*, merito motis adjicitur, sin a feminino *ἡ βασίλεια*, ad eum locum pertinet qui est de denominatis ut *Καβειρώ* Cabirorum mater Nonn. XXX. 61. *Νειλώ* et *Κηφισώ* Musae fluviatiles, *Τριτώ* dea Tritonia, *τραπεζώ* neutiquam uxor *τοῦ τραπεζεύς* sed mensae sacrae ministra, nec *κυνώ* canis femina sed *ἡ ἀναιδής* Hesych. Non alia ratio est terminationis *ῑς*, quae motioni non semper servit sed saepe; *βαλανίς ἡ τοῦ βαλανέως γυνή ὡς βασιλίς* Suid. *κουρεύς κουρίς* Poll. VII. 165. ex comicis secundi ordinis receptum v. Meinek. ad Men. 296. *ἱερίδες* sacerdotes delphicae ut videtur Plut. Def. Oracc. c. 46. heros Caeneus quamdiu femina fuit Caenis vocatus Virg. Aen. VI. 448. Schol. Plut. 459. et in contrarium virgo *Καλλώ* in virum mutata *Κάλλων* Phot. Cod. CCXLIV. 617. tum gentiliciorum numerus maximus, quae Stephanus masculinis in *ευς̄* subjungit tanquam casus femininos *Ἀλεξανδρίς*, *Ἀντιοχίς*, *Ἀταρνίς*, *Ἑρμιονίς*, *Μαντινίς*, etc. Et ab aliis terminationibus *φαρμακός ὁ ἀνήρ, φαρμακίς δὲ ἡ γυνή* Thom. M. *κάπηλις ἡ τὸν οἶνον πωλοῦσα, καπηλίς δὲ ὑποκοριστικῶς ἡ ὑπηρέτις*[53] *ταύτης τῆς καπήλεως* Schol. Plut. 435. *Ἰταλίς*, *Σικελίς* etc. quaeque a nominibus tertiae declinationis, *νεᾶνις ἀδμενίς, δαιμονίς, ἡρωίς, θεραπαινίς, κολακίς, Ἀραφηνίς, Ἀτρακίς*. Et animaliam quoque sexus hac ratione discriminari posse exemplo est *ἀλέκτωρ ἀλεκτορίς*, sed caetera, quorum memoria succurrit, aut paraschematista sunt aut diversas species significant *βάτος* et *βατίς*, *φύκης* et *φυκίς*, *ὁ αἱμόῤῥους καὶ ἡ αἱμοῤῥοΐς* Galen. Ther. ad Pis. VIII. 234. T. XIV. Neque animalium solum sed etiam plantarum affinitates hoc modo signari solent, *κυπειρίδος ἠὲ κυπείρου* Nic. Th. 605. ubi quod vetus interpres admonet *δύο εἴδη κυπείρου, ἀρσενικὸν καὶ θηλυκόν*, peraptum est iis quae supra de plantis mas-

---

53) Pro hoc ad v. 1121. *θυγάτηρ* dixit eodem intellectu; nam posteriores Graeci ancillas *θυγατέρας* dixerunt v. Lennep. ad Phalar. Ep. CXXXVII. 360.

culis et feminis dixi. Itaque terminatio *ις* illis, quibus proprie sexus declaratur, aequiparari non potest, quippe infinitior multo omnesque fere adjectivorum significationes complexa, *ἀμαζονὶς στήλη* Plat. Axioch. init. *κιθαιρωνὶς ἐσβολή* Herod. IX. 39. *βακτηρία περσίς* Poll. X. 173. *σινωπίς* rubrica, *δωρίς* securis, librorumque nomina *Γηρυονίς*, *Φορωνίς* et alia innumerabilia inque his etiam *βασιλὶς βουλή* Themist. Or. II. 29. C. *πύλη* Diod. XV. 74. *ἑστία* et *εὐνή* Eurip. etc. quibus locis epitheta substitui possunt *βασιλεύουσα*, *βασίλειος*, *βασιλική*, sed nullo modo formae sexus propriae *βασίλιννα*, *βασίλεια*. Idque nescio an Thomas significet his verbis *Βασίλεια γυνὴ καὶ βασιλίς· βασιλὶς μέντοι καὶ βασίλειος πόλις καὶ οἰκία καὶ ναῦς· οὐ μὴν καὶ βασίλεια· βασίλειος δ' αὖ μόνον δημηγορία καὶ ἐπιστολή*, qui si *οὐ μὴν καὶ βασιλεία*, ut Ritschelius suspicatur, scripsisset, neque verum dixisset, nam adjectivum *βασιλεία* crebrum est, neque aptum opposito *βασίλειος δ' αὖ μόνον*, quod illo posito prorsus supervacaneum est. Itaque haec potius sententia est: duo sunt quae reginam significent nomina *βασίλεια* et *βασιλίς*, hoc inter se discrimine quod secundum non substantive modo dicitur, sed etiam adjective *βασιλὶς πόλις* i. q. *βασίλειος* sive *βασιλεία*, illud vero non item, *οὐ μὴν καὶ βασίλεια ναῦς λέγεται ὡς βασίλεια γυνὴ καὶ βασιλεὺς ἀνήρ*, neque vicissim *ἡ βασίλειος* sive *βασιλεία* substantive, *regia* pro *regina*. Inter utramque igitur positionem *ις* et *εια* hoc intercedit quod illa epithetorum ritu aliis atque aliis nominibus adhaerescit, haec autem motionis fines non magis egreditur quam aliae terminationes sexuales *ιννα*, *ισσα*, *αιρα*, *αινα*, pariterque peccat *βασίλεια ναῦς*[54] et *θέαινα κεφαλή* pro *θεία* vel *λάκαινα σκυτάλη* pro *λακωνική*.[55] Quin etiam fuerunt

---

54) *Μέχρι τίνος βασίλειαν ἀποστρέψειας ὀπωπήν* Apollinar. Ps. XII. 2. fortasse mendosum pro *βασίλειον*, certe invalidum est cf. Parall. 463.

55) Schol. Plat. Parm. p. 329. *Λάκαιναι σκύλακες — ἃς ἡ συνήθεια λακωνικάς φησι*, ex quo non sequitur *Λάκαινα χώρα* dici posse, quod Phrynichus reprobat Ecl. 341. nedum *λάκαινα βακτηρία* vel aliud quod gentilicium non sit. Priscianus VI. 8, 248. (698. P.) ***apud Graecos multa inveniuntur a masculinis derivata non ejusdem significationis***, ut *Λάκων Λάκαινα* ***non similem habent significationem ut*** *δράκων δράκαινα*, ***regu-***

qui nomina syllaba $\overline{ις}$ finita non masculinis agnata censerent sed verbis: *τὰ ἀπὸ βαρυτόνων ῥημάτων εἰς $\overline{ις}$ ὀξύνεται, βασιλεύω βασιλίς, πλημμύρω πλημμυρίς* Schol. Apoll. II. 576. vel a masculinis quidem ducerent sed per ambages: *ἀπὸ τοῦ Χρυσεύς, Νηρεύς, βασιλεύς, ἐστὶ τὸ Χρυσηΐς, Νηρηΐς, βασιλῆΐς καὶ ἐνδείᾳ τοῦ η βασιλίς* Schol. Dion. 850. Anecd. Cram. IV. 326. EM. 189. 9. quorum nominum postremum, *βασιληΐς* dico, saepissime adjective et nonnunquam substantive dicitur Anth. App. n. 392. Maneth. I. 283. ut *ἱερηΐς* pro *ἱέρεια* in Anth. P. T. III. Addend. p. XCV. (omiss. in Thes.). Etsi vero haec terminatio nulli generi nominum proprie assignata est, tamen nonnullis praecipue conspirat, primum motis, de quibus dictum est, deinde patronymicis *Θησηΐς ἡ Θησέως θυγάτηρ* Schol. Dion. 851, 6. *Αἰητίς* Medea, *Ταντολίς* Niobe, *Ὑψηΐς* Cyrene, *Ὑπεριονίς* Luna, *Φορκίς* Phorci filia etc. quorum originem parum probabilem tradit Priscianus II. 7, 83 (585. P.) *feminina patronymica a masculinis fiunt subtracta de in is vel in as Priamides Priamis.* Eamque sententiam Dionysii Scholiastes ab ipso Apollonio propositam esse refert sed refutatam ab Herodiano argumento duplici, quod *Πριαμίδης* femininum faceret *Πριαμίδη*, et quia *Πριαμίς*, si ab illo derivatum esset, Priamidae filiam significaret. Equidem mihi persuadere non possum Aristarchum tam obviae observationis immemorem fuisse, sed fortasse nihil amplius dixit quam quod Prisciani verbis continetur *De XII. vers.* c. 12, 384. *Olympias patronymicum, cujus secundum analogiam Olympiades debet esse masculinum*, hoc est, in feminis *Πριαμίς* dici, in maribus *Πριαμίδης* et esse quandam motionis speciem quae non ad vocem pertineat sed ad significationem, sicut *γαμετή*, si ex vi sua consideratur femininum est *τοῦ γαμέτης*, item in propriis *Σωφρόνιον* (Pudentilla) *τοῦ Σωφρονίσκος*, sed neutrum a neutro derivatum dici potest. Praeterea illa patronymica forma et virorum nominibus propriis reddita est, *Εὐτυχίδης*, *Ἀνταλκίδας*, et mulierum *Αἰσχυλίς* Thaletis filia Callimach. Epigr. LXI. *Ἀντιοχίς* Chalconis Schol. Oed. T. 773.

Iam tamen eandem servant, non illo dissimilitudinis exemplo usus videtur sed aptiore *ἄκων* (hasta) *ἄκαινα*.

Περσηίς Oceani Sch. Prom. 140. Antaei *'Αλκηίς* Sch. Pind. Pyth. IX. 183. etc. sed haec tamen multo latius patet. Nam *Θησηίς* carmen dicitur, *Θυμαιτίς* vestis, sed *Θησεῖδαι* homines solum.

§. 13. Jam alio transire paranti succurrunt aliquot solitariae formae, de quibus veterum sententiae in diversum tendunt. Theodosius illo loco quem §. 1. indicavi, tradit *ὄφις* marem dici, [56] feminam *ἔχιδνα*, Aelianus vero H. Ann. X. 9. *ἔχιν ἐχίδνης οἱ μὲν τῷ γένει διαφέρειν, οὐ μέντοι τῇ φύσει φασί· τὸν μὲν γὰρ εἶναι ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν*, quae ipsa nomina ambigua sunt saepeque non sexus sed species, ut antea dixi, significant. Sic Strabo XV. 706. narrat alicubi *ἐχίδναν* unam visam esse novem cubitorum sed *ἔχεις πολλοὺς ἐλάττους* cf. Sprengel. ad Diosc. p. 429. Poetae vero *ἡ ἔχις* pro *ἔχιδνα* usurpant, neque terminatio indicium praebet; namque unum simile est herbae nomen *ἄραχος* et *ἀράχιδνα*, sed id quoque nescimus quid differat. Latini quidem *ἔχις* in *anguis* verterunt, unde denominata est anguilla *longae cognata colubrae* Juven. V. 103. quae graece *ἔγχελυς* dicitur ab eodem primitivo, ut apparet ex fabula quae est de Cadmo et Harmonia ad Enchelenses transvectis ibique in angues mutatis. Non minus singularia illa sunt motionis exempla *γέρην ἡ θήλεια γέρανος* Ael. Dionys. ap. Eust. 231, 35. *χλωρίς ὁ θῆλυς ὄρνις, τὸν δὲ ἄῤῥενα χλωρίωνα καλοῦσι* Aelian. H. Ann. IV. 47. Quanquam hunc Schneiderus turpiter errasse insimulat idemque alio loco Plinium castigat quod pardum marem esse dixerit, pantheram feminam. Mihi vero his temporibus, quibus ex universitate graeci sermonis vix aliquot tesserulae relictae sunt, perarduum videtur contra antiquos contendere scriptores linguae patriae moderandae arbitros. Ac si vulgo *πορφυρίς* et *πορφυρίων* avium diversarum fuere vocabula Athen. 322. E. aut *ἀμπελίς* et *ἀμπελίων* ejusdem Poll. VI. 52. id non obstitit quominus aliquis his terminationibus, si usus ita veniret, sexus notaret diversos; id quod Oppianus facere coactus est quum animalium amores et conjugia expingeret Cyn. I. 384:

---

56) *Θῆλυς ὄφις ξύουσα* — Nonn. XXV. 522. sic dicitur ut *θῆλυς ἀρνειός* Apollon. III. 1032. etc. Alii illud generis nomen esse volunt, *γένος μὲν ὁ ὄφις, εἶδος δὲ ὁ δράκων καὶ ἔχις καὶ τὰ λοιπά* Schol. Eur. Or. 469.

Εἴαρι καὶ τρήρωνες ἐπιθύουσι πελείαις,
ταῦροι δ' ἀγροτέρας ἐπὶ πόρτιας ὁρμαίνουσι.
καὶ κάπροι πυρόεντες ἐποχμάζουσι σύεσσι
καὶ χίμαροι λασίῃσιν ἐφιππεύουσι χιμαίραις

quo loco quum effugere non posset quin columbos et columbas nominatim distingueret, vocabula in alium usum reperta transtulit ad sexum. Soletque hoc polyonymis accidere ut pro necessitate scribentium varientur sicut *φάψ* et *φάσσα* cf. Gloger. de avibus ab Aristot. commemor. p. 47. *περιστερά* et *πέλεια*. Nec solum in hoc genere, sed etiam *δρῦς*, *πρῖνος*, *φηγός*, modo hanc modo illam differentiam significant v. Schol. Nic. Ther. 411. et nonnunquam nullam sed genus ipsum. Verum haec pars disputationis nostrae absoluta erit si addidero intestinae motionis exemplum ab Apione, ut videtur, vel inventum vel ementitum: *Ἀπίων πόρδαλιν μὲν τὸ ἀρσενικὸν εἶναι, πάρδαλιν δὲ τὴν θήλειαν* Apollon. Lex. addita inepta etymologia a *παράλλεσθαι* et *προάλλεσθαι*. Alii illam formam Ionibus, hanc Atticis assignant v. Spitzner. ad Il. XIII. 103.

§. 14. Motionis species altera pertinet ad quantitatem vel augendam vel minuendam. Verum augendis rebus nulla propria forma inventa est sed, si res poscit, ad synthesin decurritur *βούπαις ὁ μέγας παῖς* Ammon. ut *βόεια ῥήματα* praegrandia apud Aristophanem Rann. 924. v. Adn. 63. *βουλάπαθον, ἱππομάραθρον διὰ τὸ μέγεθος οὕτω καλοῦσι* Galen. de Simpl. Temp. VII. 12, 68. T. XII.[57] quibus quae Scholiastae ad Soph. Aj. 143. Eur. Phoenn. 28. adjungunt, prorsus aliena sunt cf. Parall. 373. totumque hoc genus intentionis, cui *λαίςπαις* quoque adjicitur, politior sermo declinat. Neque *μεγαλοσοφιστής* et *μεγαλοκήρυξ* (v. Phryn. 600. et 660.) hic commemoranda ducerem nisi avia diceretur *μεγαλομήτηρ* Hesych. sic ut in nostra lingua aliisque praeter romanam; nam hi cognatos majores, quos proprio nomine appellare non possunt, parathesi adjectivi tum absoluti tum per gradus moti

---

57) *Ἱππομάραθρον ἔστιν ἴσως τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀγριομάραθον* Coraes ait ad Strab. p. 355. Silvestria quippe sativis robustiora sunt. *Ἱππολάπαθον*, quod hodie *ἀγριολάπαθον* vocatur, Plinius sativo majus dicit.

distinguunt, *magnus avunculus, amita magna, major, maxima,* eosdemque et posteros praepositionibus nomini additis demonstrant *atavus, atnepos, abamita, abnepos, prosocer* etc. et interdum numeralibus *tritavus, trinepos;* quae nomina quum Theophilus Institutionum interpres graecis vocabulis reddere vellet, facticiis uti coactus est *ἀπόπαππος, ἀπομάμμη, ἀπέγγονος, πρόπαππος, προμάμμη, δίςπαππος, τρίςπαππος, τριςέγγονος, τριςεγγόνη* I. 11. III. 6. nam Graeci perpauca de hoc genere delibarunt *ἐπίπαππος,*[58] *ἐπιτήθη, προτήθη, προςπένθερος, τριτέγγονος* Gloss. *τριτοπάτωρ* v. Aglaoph. 760. His adjungi par est vocabula quibus cardines aetatis designantur; quae omnia sunt heteronyma *παῖς, μειράκιον, νεανίας, ἀνήρ, γέρων, πρεσβύτης,* et in altero sexu *παῖς* s. *παιδίσκη, μεῖραξ, νεᾶνις, γυνή, πρεσβῦτις.* Haec correlativa aetatis dicere possumus sicut illa quae supra §. 4. tractavi (*κόρος, κόρη* etc.) correlativa sexus. Neque latet nonnulla esse utrolibet versa, quae modo sexum, modo aetatem significant, *puer* — *puella, ἤθεος* — *τᾶλις* vel *παρθένος,*[59] *ἀνήρ* — *γυνή*[60] et ut de bestiis quoque dicam, *ἀλεκτορίς* gallinam et pullum gallinaceum ostendit, *χίμαιρα* capram in illo Oppiani loco, alibi capellam. Hoc de argumento fuerunt Aristophanis, Didymi, Alexionis commentarii singulares *ἡλικιῶν ὀνομασίαι* inscripti, quibus non hominum solum sed omnium viventium vocabula comprehensa

58) Cum *παππεπίπαππος,* quod Pollux vehementer improbat, Meinekius in Com. Fragm. II. 854. contulit *λεπτεπίλεπτος* et *φαυλεπίφαυλος,* quae ab emendata locutione pariter abhorrent. Nec multum differt *κυβόκυβος* id est *κύβος ἐπὶ κύβῳ* ut *ἐπίπαππος* explicatur *πάππος ἐπὶ πάππῳ, ἐπίτειχος* i. q. *τεῖχος ἐπὶ τείχει* etc. — Quod Festus dicit ***Abavus dicitur quia est avus avi, Atavus quia est atta avi,*** parum probabile est, sed improbior tamen Doederlini sententia in Etym. ling. lat. s. h. v. ***Abavus — reduplication von avus.***

59) *Ἤθεος* proprie de aetate dicitur: *παῖς ἦν* (Narcissus) *μᾶλλον δὲ ἤθεος* Callistr. Statt. V. 896. Oppian. Hal. I. 199. interdum etiam feminarum ut Eupolis *κόρη ἤθεος* dixit, quam posteriores poetae *ἠιθέην* vocant; nec me offendit *ἄῤῥην ἤθεος* v. Jacobs. ad Anth. 697.

60) *Γυνή ἡλικία παρὰ Πυθαγόρᾳ* Hesych. ut Aristaen. I. 13, 62. *κόρη καὶ γυνή* nupta innuptave. Quanquam *κόρη οὐ μόνον ἡ παρθένος ἀλλὰ καὶ ἡ γεγαμημένη* Sch. Od. XVIII. 279. *Τρεῖς παρθένοι* Euripides Iph. A. 49. pro *κόραι* dixit.

fuisse testatum faciunt reliquiae longe dispersae: *τῶν αἰγῶν οἱ τέλειοι τράγοι καὶ ἴξαλοι, ἡ δὲ ἐχομένη ἡλικία χίμαροι, τὰ δὲ νεώτατα ἔριφοι. Προβάτων τὰ μὲν τέλεια ὄϊες καὶ κριοί καὶ ἀρνειοί· τὰ δὲ νέα ἄρνες καὶ ἀμνοί* — quae subtilius distinguit Ister ap. Suidan s. *Ἀμνός*, tenerrimos quosque *ἄρνας* vocari, adultiores *ἀμνούς καὶ ἀμνάς* — *Βοῶν οἱ τέλειοι ταῦροι, αἱ δὲ θήλειαι βόες μόνον, τὰ δὲ νέα δαμάλαι καὶ δαμάλιες καὶ μόσχοι καὶ πόριες ἢ πόρτιες καὶ πόρτακες* Eust. 1625, 32 — 43. *δέλφακες οἱ νεώτατοι χοῖροι, οἱ τέλειοι καὶ ἐνόρχαι κάπροι* p. 1752, 10. *ἐλάφων τὰ νέα νεβροί, τὰ μέσα κεμάδες, τὰ δὲ τέλεια ἔλαφοι* p. 771, 38. Non est dubium quin haec discrimina a multis neglecta sint et saepissime omnium a poetis, sicut Oppianus *ἀρνειόν*, quo Grammatici adultum significari consentiunt Schol. Il. III. 119. Cram. I. 33. ad subrumum transfert Cyn. IV. 89. et 93. eundemque *χιμάρου γόνον* vocat v. 216. sublato non aetatis solum sed etiam generis discrimine, et contra Nicander Al. 150. *ἀμνὸς κεράστης* dixit *οὐκ ὀρθῶς* ut Scholiastes ait, quia *ἀμνός καὶ ἀμνή τὸ νεογνὸν καὶ ἄρτι τεχθέν* Anecd. Bekk. 205. sed etiam in Orph. Arg. 319. Anth. IX. n. 150. ovis lac praebens *ἀμνός* vocatur ibidemque *ὄϊς*, quae aetatis intervallo distincta esse docet Sch. Theocr. I. 6. nec minus fluxa sunt nomina *σκύμνος*, *νεβρός*, *μόσχος* v. Schol. Eur. Hec. 202. Schol. Il. XXII. 189. Ubi vero ad rem pertinet aetatis gradus et incrementa corporis propria quadam nota signari, tunc illa nominum varietas plurimum opportunitatis habet. Neque in necessariis substitit haec subtilitas sed progressa est ultra: *οἱ μὲν μείζονες αὐτῶν ὀνομάζονται πλατίστακοι, οἱ δὲ μέσην ἡλικίαν ἔχοντες μύλλοι, οἱ δὲ βαιοὶ ἀγνωτίδες* Athen. III. 118. C. *ἡ πηλαμὺς θυννίς καλεῖται, μείζων δὲ γενομένη θύννος, ἔτι δὲ μείζων ὄρκυνος, ὑπερβαλλόντως δὲ αὐξομένη κῆτος* VII. p. 303. B. quae cetariorum inventa esse crederes. Ac ne is quidem variandi finis, sed et fructuum maturescentium et marcescentium vicissitudines distinguuntur nominibus propriis: *πρῶτον γάρ ἐστιν ὄλυνθος, εἶτα φήληξ, εἶτα σῦκον καὶ λοιπὸν ἰσχάς* EM. 479, 19.[61] *βότρυς οἱ μὲν ὀρ-*

---

61) Paullo aliter Schol. Lyc. 428. *φήληξ τὸ ἄγριον σῦκον, ὄλυνθος τὸ ἥμερον μὲν ἄωρον δέ, σῦκον τὸ ὥριμον.*

γῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν, οἱ δὲ ὄμφακες, οἱ δ' οἰνάνθαι Philostr. Iconn. II. 17. unde qui eleganter loqui amant, multiplices similitudines ducunt: *ὥςπερ ἐπὶ συκῆς πρῶτον μέν ἐστιν ὄλυνθος, εἶτα φήληξ, σῦκον, ἰσχάς, οὕτω πρῶτον ὀργή, θυμός, χόλος, κότος, μῆνις* Schol. Il. I. 1. *ὄμφαξ, σταφυλή, σταφίς, πάντα μεταβολαί* M. Anton. XI. 35. Epict. Diss. III. 24, 91. Anth. V. 304. Jam explanata omni hujus generis varietate considerare libet quaenam ei formae cum superioribus communes sint. Primum igitur apparet vocabula, quibus crescendi vices adumbrantur, praeter *σταφυλή* et *σταφίς*, omnia inconjuga esse, animantium vero pullos nonnunquam a parentibus denominari, *ἄρκιλοι τὰ τῶν ἄρκων νεογνά*, cujus forma aliquid simile habet deminutivis, ceterum solitaria est abundante copia eorum quae typum patronymicum habent *ἀετιδεύς, λυκιδεύς, πορδαλιδεύς* etc. quae Aristophanes Eust. 1625, 46. cum *ἄρκιλος* aliisque idiotypis congregat. Secundo cum nominibus affinitatium a praepositione compositis *ἐπίπαππος* etc. comparari potest *ἐπιπρητήν ἡλικία αἰγός* Hesych. Tertio loco memoranda sunt parathesis exempla. Quomodo enim sexus discriminantur apposita adjectivorum *ἄρσην* et *θῆλυς*, sic aetates, quae proprio nomine instructae non sunt, extrinsecus definiuntur. Varro de R. R. II. 5. *in bubulo genere aetatis gradus dicuntur quatuor, prima vitulorum, secunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum.* Postremo quod supra §. 3. non sine haesitatione posui appositionis exemplum *αἶξ τράγος* nomen *γενικόν* addito *εἰδικῷ* hoc est certi sexus appellatione accuratius determinatum esse suspicatus, specie par est illa aetatis significandae ratio qua Aristophanes usus videtur Avv. 1555. *κάμηλος ἀμνός*, quod nobis dicere licet *Kameellamm*, sicut dicimus *Hirschkalb* simillimum graecanico *λαφιμόσχι* et alia hujusmodi, duo diversorum animalium nomina ita copulantes ut uno genus, altero aetatem significemus. Sed ista tamen Aristophanis oratio tota ludicra aculeisque abditis ita perplexa est ut vim testimonii imminuat. Interdum vero Graeci animalia in certo quodam aetatis gradu constituta ab aliis cognominant animalibus, quorum ad magnitudinem accedunt ut *μοσχίας ὁ τριέτης κριός* Eust. 1627, 17. cui simile Hesychius profert *Λάδας ἔλαφος*

νεβρίας id est hinnuleus qui alibi *ἐλαφίνης* vocatur v. Dissert. IV. Vitae humanae gradus notum est designari nomine aetatis apposito ei, quo sexus declaratur *παῖς υἱός* Alexis Fr. p. 456. Vol. III. *υἱεῖς ἢ θυγατέρες παῖδες ἔτι* Plat. Legg. IX. 877. B. *υἱεῖς ἄνδρες* Demosth. c. Arist. I. 796, 19. *παῖς ἔτι μειράκιον* Appian. Civ. III. 51. idem quod *μειράκιον υἱός* c. 58. *ἱέρεια γυνὴ παρθένος* Aelian. H. Ann. XI. 2. ubi perperam *γυμνή* editum est; *θυγάτηρ παρθένος* Plut. V. Ages. c. XI. *ἀνὴρ νεανίας* Eur. El. 346. *πρεσβῦται ἄνδρες* Herod. I. 128. *γραῦς γυνή* Dem. Fals. Leg. 432, 12. etc. eaque nomina nonnunquam etiam ad quadrupedes transferuntur *κύων νεανίας* Aelian. H. Ann. XIV. 27. infans catulus,[62] lea virgo, cerva anus, adeoque charta anus. Compositionis in hoc genere exemplum nullum praeter *βούπαις*[63] et *καρόπαις παῖς ἔπακμος* Hes. aut mendose scriptum pro *κορόπαις* aut doricum (ut *καρίς*) pro *κουρόπαις* hoc est *παῖς κοῦρος* ut *παῖς κόρη*. Sed barbara aetas celebravit hujusmodi syntheta: *τὸ ὀρνιθόπωλον* Symeon Seth. c. VI. *ψαρόπουλον, ἀετόπουλον, ἀλεκτορόπουλον, περιστερόπουλον, ἐλαφήπουλι* etc. dehinc translata ad homines juvenes,[64] quos jam antiqui *πώλους* vocarunt, et quod magis absonum, ad res inanimatas *σουβλόπουλον* subula, *κρεβατόπουλον, σιδηρόπουλον, ταργόπουλον, τζουκαλόπουλον*. Animalium species appositione declarari documento sunt nomina quae in Parall. 344. attuli *σῦς κάπρος* i. q. *σύαγρος* et *ἴρηξ κίρκος* accipitris species, quae *κιρκίας* nominari poterat terminatione assimilativa v. Dissert. de nomm. in *ιας*. Compositionis exempla ambigua sunt. Velut *ἱππότιγρις* incertum est utrum ex obliquo et recto compositum sit ut *ἱππο-*

---

62) *Canis catulus*, ut in cod. regio scriptum est Ammian. XXII. 16, 16. aetatem significare videtur ut *equus juvencus*. Catus ipsum fortasse idem est quod *κάττος*, catta, *κτίς* (*ἰκτίς*).

63) Hoc non ita interpretor ut comicum illud *βόεια ῥήματα* id est *praegrandia* sed magis proprie *puerum juvencum*, *παῖδα βοῦν*. Scimus enim homines pro aetatis gradu dici *πώλους, σκύμνους, μόσχους, βοῦς, ταύρους*. Novitium *παιδόπουλον* aequiparatum est Scythae Aristophanei verbo *γεροντογρᾴδιον* sed pleonasmus excusatur eo quod pars altera compositi latius patet: *σκυλόπουλον* catellus, *πετεινόπουλον* pullastra etc.

64) *Τοῦρκοι καὶ Τούρκισσαι καὶ Τουρκόπουλοι* Panaret. Chron. p. 399, 70. ed. Tafel (Eust. Opusc.)

σέλινον an ex duobus rectis ut *λυκοπάνθηρ* videtur et *τραγέλαφος* aliaque in Parall. 367. tractata.[65] Mire vero et insolenter conformatum est *ἀνδροπορφυρεύς ἀνδροκογχυλευτής* Hes. nec simile germanicis *Wassermann*, *Leyermann* (nam haec composita sunt ut *Beutelthier*) sed ex appositione *ἀνὴρ πορφυρεύς*, ut nostra *Bauersmann*, *Rittersmann*.[66]

Jam ipsa rerum series nos deducit ad deminutionem. Sed hujus tot sunt formae et tam longe evagatae, ut in transgressu tractari nequeant. Quare hanc quaestionem differo in illud tempus, quo omnis terminationum varietas exposita erit.

CAP. III.

De denominatione.

§. 1. Motionem per genera, cujus species ea quae ad substantiva pertinet, jam explanata est, Grammatici modo paraschematismi nomine significant, modo etiam paronymiae. Sic *ἀσβέστη*, *εὐποιητή*, *ἀμφιρύτη*, *παγκάλη* et similia *παρώνυμα* vocant Schol. Il. XIV. 372. XVI. 123. et 636. Arcad. 102. et *παρώνυμον χαρακτῆρα* Il. XXII. 51. Sed eodem etiam derivationis comprehendunt species varias; primum eam qua substantiva ab adjectivis formantur et contra: *γλῶσσος ὁ λάλος παρὰ τὸ γλῶσσα παρωνύμως γέγονε* Arcad. p. 76. *παρὰ τὸ ἀφανής ὄνομα ἀπετελεῖτο θηλυκὸν κατὰ παρώνυμον σχηματισμόν ἡ ἀφάνεια* Apollon. de Synt. IV. 12, 334. *ἐπὶ τῶν πλείστων ποιότητος ὀνομάτων τὰ κατ' αὐτὰς παρωνύμως λέγεται, ἐνίοτε δὲ οὔ, οἷον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ὁ σπουδαῖος* Aristot. Categ. IX. p. 10, 26. quod supplet defectum paronymi; *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς οὐκ ἀρεταῖος, ἀλλὰ ἑτεροζύγως λέγεται σπουδαῖος* Procl. in Crat. p. 44. B. quod Eustathius p. 84, 29. *ἑτερωνύμως* appellatum dicit. Secundo intransitivam, a paribus in paria, partim eadem significatione: *πολλά ἐστι παρώνυμα κατὰ τοῦ αὐ-*

---

65) Nomina propria, quibus addendum est *Ἡλιοσάραπις*, Grauertus explicuit in Mus. Rhen. T. II. 58. sq. cujus memoria me fugerat.

66) *Ἀνδροπορφυρεύς* secundum communes dicendi leges significat *ἀνδρῶν πορφυρεύς* et sunt aliqui *ἁλιεῖς ἀνθρώπων* Marc. Ev. I. 17. sed illud nimis absonum foret.

τοῦ σημαινομένου παραλαμβανόμενα, ἐργάτης ἐργατίνης, ἄπειρος ἀπείρων, ἅμαξα ἁμαξαία Apollon. de Adverb. 570. Schol. Il. XXI. 141. partim diversa: *οἱ γραμματικοὶ τὰς ἀπὸ ὀνομάτων πρωτοτύπων παραγομένας λέξεις φασὶ παρονομασίας ὡς ἀπὸ τοῦ λευκοῦ Λεύκιος καὶ τρυφή τρυφῶν (Τρύφων) καὶ θεός θεῶν (Θέων)* Joann. Sic. ad Hermog. II. 5. p. 410. T. VI.[1] Qui vero nomina universa generibus describere conati sunt, quum derivativa in quinque redegissent ordines, patronymicorum, deminutivorum, possessivorum, comparativorum, superlativorum, dehinc, quidquid reliqui erat, quasi censum agentes in sextam constiparunt classem eaque dixerunt paronyma, non quo cetera alium quam a nominibus ortum habeant sed quia haec *non ab aliqua speciali significatione ut supra dictae species appellari possunt, quippe formas plurimas et diversas significationes complexa* Priscian. IV. 1. VIII. 13, 407 (822) *τὸ παρώνυμον πολλὰ ἐδήλου — ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐδύνατο ἐξ ἑνὸς τὴν ὀνομασίαν ἔχειν, ἐκ τοῦ παρεπομένου πᾶσιν ἐκλήθη* Schol. ad Dion. Gramm. 850. Nihilo secius hujus miscelli generis quinque differentias, quae prae ceteris eminent atque apparent, propriis inscripsere nominibus: *περιεκτικά, ἐθνικά, μετουσιαστικά, κύρια, κατὰ τοῦ αὐτοῦ* (ut *ἐργατίνης*) Schol. Dion. l. c. Haec vero descriptio, qua genera nominum disparia distantibus e locis colliduntur, nihil ad nos attinet qui substantiva a substantivis ducta tradere constituimus opera tripartita. Quumque in prima parte exposita sint quae diversis flexibus idem significant, in secunda quae masculina positione mares, muliebri feminas, superest tertium genus, cujus sunt quinque species principales, patronymica, gentilicia, comprehensiva, amplificativa, nominalis.[2] Sed superat ingens derivatorum caterva, quorum nec nomina tradi possunt nec regula apparet, quia non una via derivata sunt sed pluribus et non ad amussim directis nec raro confusis. Jam illas quatuor species, quae in scholis tractari solent, non ultra attingam nisi qua cohaerent his erra-

---

1) Quin etiam verbale *ἐλάτης* Demetrius in Hieracosoph. p. 137. dicit *καλεῖσθαι παρωνύμως διὰ τὸ ἐλαύνεσθαι.*

2) Intelligi volo *κυριωνυμικήν*, qua communia mutantur in propria *Μῦς, Οἰωνός, Ἀγλαός, Σάμος, Ἴδη* etc.

ticis formis quas adhuc nemo ad curam revocavit, eorum quidem qui de graeca arte scriptitarunt; nam aliarum linguarum investigatores hunc locum ea qua par est accuratione dignati sunt.

§. 2. J. Grimmius, vir praestantissimus, in Gramm. Germ. T. III. 347. vocabulis in sexus motis quodammodo aequiparat feminina ex masculinis neutrisve conversa hujusmodi: *Stein* (lapis) *steinna* (olla lapidea) *tan* (pinetum) *tanne* (pinus, abies) et hodie usitata *Laub Laube, Rohr Roehre.* Graeci magistri modo masculina a femininis repetunt: *στέφανος ὁ κύκλος ἀπὸ τῆς στεφάνης τῶν γυναικῶν* Sch. Il. XIII. 736. modo haec ab illis *ἑσπέρα ἀπὸ τοῦ ἕσπερος* Sch. Il. XXII. 318. appellatione duplici *οἶνος — οἴνη ἡ ἄμπελος κατὰ παραγωγήν* Theognost. II. 22, 25. *τὴν βίαν παράγοντες ὠνόμασαν βίον ὥςπερ τὴν ἑσπέραν Ὅμηρος ἕσπερον, ὅθεν ἀντίφωνον τοῦ βίου ὄνομα γέγονε* Themist. in Stob. Serm. CXIX. 28. [3] *Μάρπησσος παρώνυμον ἀπὸ τοῦ Μάρπησσα ὡς μέλισσα Μέλισσος* Theogn. 73, 3. Arc. 77, 5. *Στάφυλος παρώνυμον ἀπὸ τοῦ σταφυλή* Arc. 57, 5. quod Ammonius disceptat s. h. v. *λάχνος παρωνύμως τῇ λάχνῃ* Sch. Od. IX. 445. quae nos nominibus denominatorum et paraschematistorum distinximus. Si vero quaeritur quaenam ratio aut illos duxerit aut nobis sequenda sit, res ipsa nos in hanc sententiam ducere videtur ut eam formam primitivam dicamus cujus significatio simplicior et a sensibus propior, usus antiquior crebriorque est. Itaque *σάλος*, quo corporum motus aestuosus declaratur, prius natum judicabimus quam *σάλη φροντίς*, et *κάπνος* antiquius quam *κάπνη* fumarium, et *κυνδάλη ὁ κυνδαλισμός* a *κύνδαλος* (*κοντός*) natum, eademque de causa *κνημός* a *κνήμη*, *ἄκανθος* ab *ἄκανθα*, spinus a spina, guttus a gutta, alapus ab alapa derivatum videbitur. Hoc confirmant nomina animantium a partibus corporis ducta *κέφαλος*, *κόρυφος*, *κόττος*, *ἥπατος*, *ὠτός*,[4] barbus, aut a locis *κύψελος ὅτι ἐν ταῖς κυψέλισι νεοττεύει* Aristot. aut ob alias rationes ut *κίθαρος*

3) Hoc simile Heracliteo *τῷ τόξῳ ὄνομα βιός* (*βίος*) *ἔργον δὲ θάνατος* EM. 198, 24.

4) Sic in omnibus codd. Aristotelis scribitur quasi diastolae causa; *ὦτος* ap. Athen. et Eustath. sic ut andronymicum *Ὦτος*, nec distiguuntur proxima a propriis *Κύψελος, Κόρυφος, Κόττος.* Arcadii sententia non liquet.

piscis citharae similis, a *ληνός Αηναί* v. Jacobs. ad Anth. Pal. 875. a *Κυβήβη Κύβηβος ὁ κατεχόμενος τῇ Ῥέᾳ* Eust. 1431, 47.[5] a pandura, ut Hesychius significat, *πάνδουρος ὁ μεταχειριζόμενος τὸ ὄργανον*, ab avia *Φοίβη* Apollo *Φοῖβος*, si Aeschylo fidimus, cujus auctoritate hoc nomen inter *μαμμωνυμικά* refertur Schol. B. ad Il. I. 43. (transscriptum ex Heraclid. Alleg. VII. 23.) et Etym. Gud. 555. a struma strumus herba, a lacerta lacertus pars brachii musculosa, a neutris masculina et feminina *βάραθρος, φαρμακός, ἀχυρός*, ab utroque genere neutra, ut a pila (*ὅλμος*) pilum (*ὕπερον*), a vallus (varus vara) vallum, sic ab *ἠλακάτη ἠλάκατα τὰ περὶ τὴν ἠλακάτην ἔρια*, a *κέραμος κέραμον* opus figlinum, a *σπάρτος σπάρτον τὸ σχοινίον* Schol. Eur. Or. 526. quod et *σπάρτη* dicitur. Ac si fruticis nomen posterius est opere hinc confecto, certe *οὖσα τὰ ἀπὸ τῆς οἰσύας σχοινία* Sch. Lyc. 20. ab *οἶσος* denominata videntur sicut alia quae ex arboribus confiunt *ἐλαία ἔλαιον*, olea oleum, quo genere Romani arborum fructus distinguunt *malum, pirum* v. §. 5. et ligna *buxum, citrum*. A nominibus primae et secundae declinationis oriuntur tritoclita *ἠλακατήν, κωλήν*, a tritoclitis alia vel ejusdem ordinis *τελμίς ὁ ἐκ τέλματος πηλός* EM. vel diversi: a *δέλτα δέλτος*, a *πέλεκυς πέλεκκον*, ab his quae in *ῡ* excidunt *μήκων Μηκώνη* EM. *Zena est Jovis avis quam Graeci vocant astragalinum, nos vero carduelem* Cyranid. p. 122.[6] a genitivo *τοῦ ποιμένος*, ut ille tradit, *ποίμνη* per concisionem ut *λιμένος λίμνη*. A *πῦρ πυρά, ὕδωρ ὕδρος* et *ὕδρα, ἀθήρα* sive *ἀθάρη* (quod nonnulli aegyptiacum putant v. Sprengel ad Dioscor. p. 456.) *ἀπὸ τοῦ ἀθέρα* sive *ἀθῆρα* Anecd. Bekk. 351. hoc est ab accusativo, unde veteres *γάστρα, μήτρα, πάτρα, φρήτρη, αἴθρη* repetere solent EM. 584, 52. Eustath. 665, 8. sed postremum una cum masculino *αἶθρος* fortasse a verbo ortum est unde *ἀήρ, αἰθήρ* et *αὔρα*. Neque improbabile videtur

---

5) Si *Κυβήβη* non solum deae nomen fuit sed ministrae quoque ut *κυβέλαι γυναῖκες* Athen. 636. A. et *βάκχος, κορύβας*, masculinum ab hoc loco alienum est.

6) Hoc sumtum est ab auctoribus graecis, quos Du Cangius producit s. *Ἀστραγαλῖνος*.

θήρα et *φώρα* a masculinis esse progressa. Ex nominibus, quae in sigma innituntur, Stephanus huc refert *Κρήτη παρὰ τὸ Κρής ὡς Θρᾴκη*, et *Φοινίκη ἀπὸ τῆς φοίνικος γενικῆς*, cui simillima sunt *ἰχθύα* et *ὀφρύη*, sed *οἰσύς* et *οἰσύα*, *ἰγνύς* et *ἰγνύα* voce solum, non etiam significatione differunt.[7] A *χρώς χροία* ut *Τρώς Τροία* boeotica, ut ajunt, trope. A *ξίφος ξίφη*, a *τῖφος τίφη* Arist. Ach. 920. quae vulgo *τύφη* vocatur planta palustris v. Schneider. ad Theophr. Hist. IV. 10, 5. et, ut idem suspicatur, *τίφη* insectum aquaticum, quod Latini tipulam vocant, indidemque urbs Thespica ad lacum sita *Σιφαί* sive *Τίφαι* accentu variabili v. Wass. ad Thuc. IV. 76. Siebel. ad Paus. IX. 23, 3. a pes peda ut a *πούς πῆδον πηδάλιον*, quod Pindarus dicit *ποὺς ναός*.[8] Postremo ab his quae in duplicem exeunt *θρίξ θρίσσα* (et *τριχίς*) *φάψ φάσσα*, et retenta consona quae in genitivo emergit *Βομβύκη* tibicina a *βόμβυξ* tibia, *Καλύκη* a *κάλυξ*. Ex altero sermone huc revocari possunt mel mella, cicer cicera, merges merga, lix lixa, mors morta (nisi graecum est *μορτή*) os ora (unde orea, aureax) vis virus. Hic nemo mirabitur cur ego *φάψ φάσσα* denominativis adscripserim vocabulo ad speciem simili *ὄψ ὄσσα* inter paraschematista relato; nam illa raro idem significant, haec saepius, idque mihi satis visum cur in tautosemis numerarem, etsi nequaquam contendam ubivis unum pro altero substitui posse. Nec propterea quod *σικύα*, si cucurbitulam medicorum significat, non licet cum *σίκυς* commutari, nec *κόγχος*, si conchidem, cum *κόγχη*, haec nomina ad denominativa transferam. Sed huc magis propendet quod Schol. Hes. Scut. 291. affert *ἡ ἅλως καὶ ἀλωή λέγεται, οὐ μέντοι πᾶσα ἀλωή καὶ ἅλως*, quaeque alia a Grammaticis propter confusionem notantur: *ἄστρον κακῶς εἶπε τὸν ἀστέρα* Schol. Pind. Ol. I. 9. Schol. Arat. 11. *αἴθραν τὸν αἰ-*

---

7) Pro *σμινύδας* Poll. X. 173. Hemsterhusius dubitat an *σμινύας* scribendum sit, quod tacito auctore probat Berghius Fragm. Aristoph. Holc. II. 1116. Dindorfius Fr. XIX. silentio praetermittit tanquam opinabile. Attici sane *σμινύας* vocasse dicuntur v. Schneider Cur. Post. ad Nic. Ther. 385.

8) Indidem *πέδον* et *πέδη παρὰ τὸν πόδα ὡς ὀβολός ἡμιωβέλιον* Schol. Il. XIII. 36. quae scriptura remanet in monimentis inscriptionum vulgo obliterata; et pedes ut ales.

θέρα λέγει Schol. Lyc. 700.[9] γάστρα ἀντὶ τοῦ γαστήρ Anecd. Bekk. 88. quibus ex adverso ponam primitiva pro derivativis posita μήτηρ pro μήτρα Hippocr. Epp. p. 826. T. III. ἀὴρ πυροφόρος pro αὔρα Hesiod. Opp. 549. ὀφρύς pro ὀφρύη id est ἐξοχή Mosch. II. 48. item si χρὼς αἵματος dicitur pro χροιά Orph. Lith. 654. et εἵματα χροιᾶς in Cyprior. Fragm. XIV. pro χρωτός, quae qui distinguunt, regulam sequi videntur, qui confundunt, licentiam. Valet tamen in universum quod in proverbio dici solet, ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη, quia ex paucis, quae forte fortuna in notitiam nostram venere, testimoniis haud liquido patet quae sit uniuscujusque vocabuli propria potestas, quo sine abusionis sensu transferri et ultra quem finem progredi non possit quin naturam suam exuat. Cujus rei quanta sit difficultas, facillime sentietur si quis constituere conetur de duabus formis utra sit antiquior τύλος an τύλη, σικυός an σικύα, κραῦρος boum morbus an κραύρα suum v. Schneider ad Arist. T. III. 652.[10] ac pariter ambigua βράγχος βράγχη, ὄῤῥος οὐρά, ὀρός sive ὀῤῥός serum, οὖρον urina, κόρυμβος κορύμβη, quae Lexicographi perperam pro synonymis accipiunt, latinaque arcus arca, portus (angiportus, sacriportus) porta, glomus (globus) gleba, tubus tuba (v. Varr. de L.L. V. 35.) animus anima, postremo duorum nominum, de quibus Schol. Plat. 405. ed. Bekk. loquitur τίτθη ἡ τὸν τιτθὸν παρέχουσα, utra forma et utra significatio principatum teneat, decernant qui velint. Nos haec et alia in medio relinquentes apertioribus insistemus paronymiae vestigiis, quumque hactenus de appellativis dictum sit, nunc propria ad partes vocabimus. Sed antea de finibus homonymiae, synonymiae et paronymiae, quos non dialectici solum sed grammatici quoque mirifice permiscent, pauca praedicenda sunt.

§. 3. Theo in Progymn. IV. 187. T. I. ὁμώνυμα inquit, ἐστὶν ὧν φωνὴ μὲν καὶ ὄνομα τὸ αὐτό, ἕτερον δὲ τὸ σημαινόμενον οἷον παῖς ὁ υἱός καὶ ὁ δοῦλος. Et Schol. ad Dion.

---

9) Haec in Odyss. VI. 44. librariorum errore confusa putabat Rhianus; sed confudit etiam Anaxilaus Ath. XIII. 538. E. ὑψοῦ πρὸς αἴθραν et alii v. Jacobs. Anth. P. 517. Meinek. in Com. Fragm. T. III. 28.

10) Eodem accentu ap. Suid. s. Διάῤῥοια.

Gramm. p. 867. pro homonymiae exemplo affert *κύων ἐπίγειος καὶ θαλάσσιος καὶ οὐράνιος*, quo Jo. Philoponus utitur ad Analyt. Post. p. 30. b. et Eustath. 39, 20. Quintilianus VIII. 2, 13. *taurus animal et signum in coelo* etc. quibus paria ponit Priscian. de XII. Verss. VI. 315 (1245) ac jam Xenophon Symp. IV. 2. verbum *φιλεῖν* ob duplicem amandi et osculandi significationem *ὁμώνυμον* vocavit. Aptius vero id quod primum est inter plura ejusdem nominis et paene natum cum re ipsa *proprium* dicitur, quae hinc transferuntur *tralaticia ut a pede nostro pes lecti ac betae* Varr. VI. p. 66. *ὡς γὰρ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ μέρος τοῦ σώματος ἀνέχεται ὑπὸ τῶν ποδῶν, οὕτω καὶ ἡ κλίνη* Jo. Philop. l. c. p. 95. Illi porro, si unum e duobus vel pluribus ostendit genus, alterum speciem, eodem trahunt: *ποιμένα ὁμωνύμως τῷ γένει τὸ εἶδος εἶπε ἀντὶ τοῦ νομέα* Schol. Od. X. 82.[11] *arma quum sit homonymon et varias res significet, singulae earum habent sua nomina* Prisc. l. c. II. 279. Nos vero, ne res diversissimae in unius appellationis angustias compingantur, homonyma in iisdem continemus finibus, quos Grammaticus in Cram. Anecd. I. 424. constituit, sed octo illas praescriptiones ad pauciora redigimus capita. Primum *ὁ ἐλάτης* et *τῆς ἐλάτης*, *ἔχεις* verbum et *ἔχεις* substantivum homonyma non esse admonitio supervacanea est, quum nemo ignoret hoc nomen ad primas pertinere positiones, non ad fortuitas *συνεμπτώσεις ἀπὸ διαφόρων θεμάτων* Schol. Od. V. 281. neque cuiquam in mentem veniet huc referre *meto* et *Meto* ex Varron. IX. 150. ac ne illud quidem ab Eustathio relatum p. 1558, 5. *Κοῖος ὁμώνυμον τῷ παρὰ Μακεδόσι κοίῳ τουτέστιν ἀριθμῷ*, nam sexcenta sunt quae in diversis linguis idem sonent, nec animadversione digna, *Ἄρτος* et *ἄρτος*, Cinna et *κίννα*, *Ψύλλος* gentis nomen et *ψύλλος*, *Ῥώμη* et *ῥώμη*, hic Vacca, haec Vacca, hic Arsa haec Arsa etc. quae potius homophona dicenda sunt vel certe *ὁμώνυμα ἀπὸ τύχης* Aristot. Nicom. IV. p. 1096. b. 27. Porphyr. Exeg. in Categ. p. 8. b. Denique in univocorum numerum nulla admittimus vocabula nisi quae per-

11) Schol. Nic. Alex. 526. Ther. 512. polyonyma vocat quae ejusdem substantiae differentias significant, *μύκης, ἀμανίτης, βωλίτης* etc.

fecte similia ut *καρπός*, *κήρυξ*, *κόρος*, *κίσσα*, *δῶρον*, *μῆλον*, *ἀσπίς* etc. exclusis omnibus quae vel accentu discrepant ut *Φάκος* mons, *φακός* lens Arcad. p. 50. *βύσσος ὁ βυθός καὶ βυσσός τὸ βάμμα* Schol. Eur. Phoenn. 1605. *καῖρος* et *καιρός*, vel terminatione *κώμη κῶμος κῶμα*, *βρῶμος βρώμη* vel declinatione *ὁ φάρος*, *ἡ φάρος* et *τὸ φάρος*,[12] vel utroque *σφῦρα* et *σφυρόν*, quae etsi prosodiam quoque diversam habent ut *Τύρος* et *τυρός*, tamen nonnullis cognata videntur.[13] Non recte igitur Plutarchus Sertor I. *Ἴος* insulae nomen et *ἴον* violae homonyma dicit, et Schol. Phoenn. 10. *Θησεὺς υἱὸν ἐποιήσατο ὁμώνυμον τῇ Ἱππολύτῃ.* Nec probamus Schol. Theocr. VII. 75. *Ἱμέρας ποταμὸς καὶ πόλις ὁμωνύμως*, nam haec ab illo denominata est ut Duris ait *ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, Γέλα, Ἱμέρα, Σελινοῦς, Φοινικοῦς* etc. Steph. s. *Ἀκράγας*. Haec igitur aliaque quae Vibius Sequester in libro de fluviis adnumerat *Lycus Asiae unde oppidum*, *Xanthus Lyciae unde civitas* etc. si omnibus suis numeris et partibus inter se conveniunt ut *ὁ Τάρας* urbs et flumen, nihil est quo ab homonymis discerni possint, nisi quod amnium nomina primitiva esse dicuntur, urbium derivata, inter homonyma vero nulla intercedit societas neque dici potest ex multis qui Dionis vel Theonis nomen gesserunt unum ab altero appellatum esse.[14] Claris-

---

12) Davides in Arist. Categ. p. 42. b. 15. *οὐδὲ φᾶρος ὁμώνυμον εἶναι δύναται· δηλοῖ γὰρ θηλυκῶς μὲν τὴν πάλην, ἀρσενικῶς δὲ τὸ κτίσμα, οὐδετέρως δὲ τὸ ἱμάτιον.* Illud sine dubio est latinum *far*, cujus vestigia in graeco sermone demonstravi in Parall. 74. De hoc praecipere videtur Herodianus *π. Μον.* p. 35. *ἔχομεν καὶ τὸ βάρος (φᾶρος) ὁμοίως ἀττικὸν ὑπάρχον καὶ ἐκτεινόμενον τὸ ᾱ πρὸς ἀντέμφασιν τοῦ οὐδετέρου*, quod aratrum significat in Antimachi versu p. 36. *ἀεὶ φάρεος χατεύουσιν ἔχων (χατέουσαν Ἐχῖνον).*

13) Quod Phylarchus in Schol. Pind. Nem. IV. 81. narrat Vulcanum *σφῦραν λαβεῖν καὶ πατάξαι εἰς τὸ σφυρὸν τὴν Θέτιν*, lusum etymologicum lusisse videtur. Sed esse quandam utriusque similitudinem probatur eo quod medici recentiores talum *malleolum* vocant.

14) *Quum evenit ut multi eodem nomine proprio nuncupentur, fortuitu et sola voce, non etiam intellectu communis alicujus substantiae vel qualitatis hoc fieri solet* Prisc. II. 5, 73. Haec veterum nonnulli polyonyma dixerunt Simplic. in Categ. p. 4. b. sed hoc nomen melius reservatur

sime vero paronymia apparet in iis quae aliquantum inter se differunt, primum genere, ut urbium nomina *Ἶς, Κίος, Κλείτωρ, Ξάνθος*, feminina sunt, fluviorum homonymorum masculina. Secundo terminatione *ὁ Ἄλαισος* fluvius *τὰ Ἄλαισα* urbs, *Κίλλος* — *Κίλλα* Eust. 34, 1. *Πεῖρος* — *Πειραί* Paus. VII. 18, 1. *Vulturnus a quo oppidum Vulturnum* Vib. Seq. Similiter urbes a montibus, quibus adjacent, nomen sortitae discrepant altero utro: *Τυμφρηστός τὸ ὄρος ἀρσενικῶς, ἡ δὲ πόλις θηλυκῶς* Sch. Lyc. 420. *Μίμαντος ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ὄρους (Μίμας)* EM. *ἡ Σίπυλος* urbs, *ὁ Σίπ.* mons Steph. *τὸ ἄκρον Γάργαρον, ἡ δὲ πόλις θηλυκῶς Γάργαρος* Schol. Il. XIV. 291. cf. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 529. *ἡ Μαίναλος τὸ Μαίναλον*, cf. id. ad Strab. VIII. 321. *ἡ Φάλανθος τὸ Φάλανθον* etc. Quaeque a situ aut a proventibus aliave soli proprietate appellatae sunt mutata primitivi terminatione *Ἄκανθος ἀκάνθαις πεφραγμένη, ὅθεν κέκληται* Steph. *Ἄρνη ὅτι πολύαρνος* EM. *Τίτανον διὰ τὸ λευκόγεων εἶναι* Schol. Il. II. 89. *Καλάθη, Μάραθος* sive *Μαραθός, Πύλος, Πύξα, Ῥίπη*, vel solo genere *ἡ Ἐρινεός, ἡ Ὄλυνθος*, vel genere et accentu *Ἴπνος ἥν τινες Ἰπνέαν* Steph. vel accentu duntaxat *Πρασία*, de quo infra dicetur; et sunt quae trifariam discedant, accentu, genere, declinatione, *Αἰγιάλη*. His autem modis omnibus derivativa a primitivis non minus clare distinguuntur quam terminationibus paragogicis *Ἰπνέα, Ἰπνοῦς, Πυξοῦς* Buxentum, *Καλάθουσα*. Sed est genus paronymorum quod aparaschematiston vocabo, quia significatione modo non etiam voce a primitivo distat, ab *ἴδη Ἴδη*, a *δρέπανον Δρέπανον*, nec solum ab appellativis sed

---

dionymis, trionymis, tetronymis Priscian. l. c. p. 75. veluti *Λιβύη γῆ πολυώνυμος, Ὠκεανία, Ἐσχατιά, Κορυφή, Ἑσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνίς, Κυρήνη, Ὀφιοῦσα* etc. Steph. ***Melos quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam; Callimachus Mimallida, Heraclides Acyton*** Plin. IV. 23. *Σάμος Παρθενία, Δρυοῦσα* etc. v. Panofka Samiac. p. 8. Frequentissima est dionymia heroinarum *Θεώνη Σεμέλη, Ἰνώ Λευκοθέα, Σθενέβοια Ἄντεια* Schol. Il. VI. 160. *Λαοδίκη Ἠλέκτρα* IX. 145. *Ἐριώπη Ἀλκιμάχη* XV. 336. v. Siebelis ad Paus. III. 1, 3. *τὸν Ἀρχέλαον καλοῦσι καὶ Ἀργαῖον καὶ Πανσανίαν* Harpocr. s. *Ἀργαῖος*. De his disseruit Nicanor *ἐν ταῖς μετονομασίαις* v. Vales. p. 211. et nobis propositum est dicere in Dissert. de epithetis deorum.

a propriis quoque ut ὁ *Τάρας*, quod oppidi nomen si feminine dicitur, ad superius genus referendum est. Sed his intercurrunt homonyma tam ambigua specie ut vix dignosci possint. De locorum nominibus habemus Stephani testimonium s. *Συκαῖ — οἱ τόποι ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων ὀνομάζονται, Κυπάρισσος, Ἐλαία*, quibus alia addidi in Parall. 316. Ac si pro vero sumere licet, quod veri simillimum est, hominum quidem nomina etsi non semper, plerumque tamen, sic ut Priscianus dicit, impositicia esse statuemus, urbium vero naturalia magis, Grammaticisque concedemus, ut quibus illa formam simillimam habent, iis agnata dicant, licet de singulis ambigi possit. Sic de illo ipso Cyparissi nomine dubitatum esse colligo ex Strabonis verbis IX. 423. *τὸ Κυπάρισσος* (Il. II. 519.) *διττῶς δέχονται, οἱ μὲν ὁμωνύμως τῷ φυτῷ, οἱ δὲ παρωνύμως*, quorum illis, puto, tota haec similitudo fortuita visa est, hi urbem, ut vulgo creditum, vel ab heroe nomen traxisse rati sunt genere mutato quod evenire solet paronymis, vel non mutato[15] ab arboribus *διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν κυπαρίσσους* Steph. s. *Ἀπολλωνία*.[16] Denique fieri potest ut aliqui *Κυπάρισσα* scribi voluerint, quod significare videntur Scholiastae verba *ὁμωνύμως τῷ δένδρῳ ἀνεγνώσθη* tanquam diversae scripturae indicium. Jam si quis ob haec illam paronymorum et homonymorum distinctionem Dialecticis relinquendam censeat, non negabo equidem illa mente magis et cogitatione quam re separari posse, sed idem vereor ne veterum praecepta tonica commode explicari possint, nisi vocabula, quae in discrimen veniunt, generibus descripta, nominibus designata habemus.

§. 4. Notum est de propriorum et appellativorum in accentu discrepantia et convenientia quantopere certatum sit, tum eorum quae sunt hominum propria, tum localium; qua

---

15) Schol. Od. V. 64. *εἴρηται ὁ αἴγειρος καὶ ὁ πρῖνος, τὸ δὲ κυπάρισσος μόνον θηλυκῶς*, sicut urbs.

16) Strab. VIII. 349. *ὁ Κυπαρισσήεις* (Elidis) *οὐκ οἰκεῖται. Ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακὴ Κυπαρισσία, ὁμωνύμως μὲν οὖν, ὁμοίως δὲ νῦν κἀκείνη λέγεται Κυπαρισσία ἑνικῶς τε καὶ θηλυκῶς· ὁ δὲ ποταμὸς Κυπαρισσήεις*, ubi varie consulit Corais p. 141. Scribendum videtur *ὁμωνύμως μὲν οὔ* —

de re sollertissime exposuit Lehrsius in Aristarch. 301. nos tantum dicemus quantum ad propositum pertinet. Quomodo enim Grammatici strictae observantiae sive antiquo nomine Analogetici *Κρῖος* scripserunt *πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κριός* et *Σκύμνος* distinxerunt a *σκυμνός* (Lehrs. 296. et 276.) ita Eustathius in exemplum mutati cum specie accentus affert *Δρύμος*, *Ῥύμος*, *Δείρη*, *Πρασία*, quibus quae concinant appellativa, ultimam acutam habere dicit p. 1967, 30. et 638, 57.[17] Sed haec ita diversa sunt ut uni regulae subjici nequeant. Nam *δειρή* et *Δείρη* Aethiopiae urbs, *ῥυμός* et *Ῥύμος* Scythiae amnis, cujus primam corripi accentus indicat, homonyma sunt vel potius homophona, quae ut accentu distinguantur nihil causae est. *Δρύμος* et *Πρασία*, graecorum oppidorum nomina, paronyma videri possunt, sed utrius generis incertum, quia tonus non constat; de illo repugnat Arcadius cujus potior auctoritas p. 60. *δρυμός ὀξύνεται ἐπὶ τοῦ προσηγορικοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου*, neque raro *Πρασιά* legitur v. Popp. ad Thuc. VI. 95. sic ut appellativum, quanquam id quoque vacillat. Et plerumque in hoc genere diastole nulla: *Ἀγκών μέρος σώματος καὶ πόλις* Arcad.[18] *Θρωσμός ὀνομαστικῶς*[19] *τόπος*

---

17) Hanc rationem sequuti videntur qui Thuc. III. 96. *Τείχιον* scripserunt; sed quod c. 90. in nonnullis libris *Μυλαί* legitur et c. 105. ter deinceps *Ὀλπαί*, numeri pluralis causa factum videtur ut *Κολωναί* in codd. Palaephati c. XII. et alibi v. Goettling. de Acc. 156. Poppo ad Thuc. P. I. Vol. II. 440. ut *Κλεωναί* Cram. Anecd. I. 48. *Εὐθηναί* Steph. a quo discedunt *Ἀθῆναι* et *Μυκῆναι*, dearum eponyma.

18) Stephanus *Ἀγκών πόλις Πικεντίνων· ἴσως δὲ βαρύνεται κατὰ τοὺς ἐγχωρίους*, quae sine dubio transponenda sunt *Ἀγκών ὡς Ἀντρών, ἴσως δὲ βαρύνεται κατὰ* — Acuitur illud exemplo periecticorum *Αὐλών*, *Μαραθών*, *Οἰνεών*, *Σικυών* etc. gravatur vero ritu italico; quod si fit, canoni non repugnat; nam barbarica *ἀκανόνιστα* sunt et *ἀχαρακτήριστα*.

19) Sic Villoisonus edidit ut et in EM. 457, 2. scriptum est, Bekkerus vero *ὀνοματικῶς* idemque Prellerus ad Polem Fr. p. 16. reponi vult in Schol. Od. IV. 248. *οὐ κυκλικῶς τὸ δέκτης ὀνομαστικῶς δ' ἀκούει*, hoc est ut nomen proprium, quod praecipue dicitur *ὄνομα nomen*. Hesychius *Κάβηλος ἀπεσκολυμμένος, οἱ δὲ ὄνομα·* idemque pro eo quod Schol. Arist. Pac. 1078. *ἀκαλανθὶς ὄνομα κυνὸς ἐπισήμου*, scripsit *Ἀκαλανθίς ταχεῖα κύων ὀνοματικῶς*. Sic Eustathius Prooem. Pind. p. 15. *Παγώνδας ὀνοματικῷ τύπῳ βοιωτίῳ κατὰ τὸ Ἐπαμεινών-*

πρὸ τῆς Ἰλίου Schol. Il. X. 160. *Αἰγιαλός κώμη ὁμοφωνοῦσα τῷ προσηγορικῷ* Sch. Il. II. 592. aliaque urbium nomina *Ἀνθηδών, Κορυδαλλός, Ἐρινεός, Ἰσθμός, Πορθμός.* Neque solum transitione appellativorum in propria accentum mutari vult Eustathius, sed etiam contrario motu p. 391, 34. *Ἶρις* dea *ἰρίς* planta multicolor instar arcus caelestis ut Dioscorides ait; etsi appellativa ab alia in aliam significationem transeunt *ῥίνη ὁ ἰχθῦς, τὸ δὲ ὄργανον ὀξύνεται* Arcad. p. 111. Theognost. II. 113. et Etym. Gud. 492. *καρκίνος τὸ ἐργαλεῖόν τινες προπαροξυτονοῦσιν οὐχ ὑγιῶς* Herodian. *π. Μ.* p. 20. qui non magis *ῥίνη* probasse videtur. Nam quum plurima sint instrumentorum, vasorum et animalium terrestrium nomina ad pisces translata sicut limae nomen ad squatinam, nulla tamen accentum mutant, neque barytona *βελόνη, κέστρα, κίχλη, λύρα, σκυτάλη, γέρανος, ἔχινος, ἵππος, λύκος, ὄνος, τράγος, κόκκυξ, ἀλώπηξ,* neque oxytona *ἀετός, στρουθός, τρυγών, χελιδών, σωλήν.* Quod quam fixum sit in omni genere et ratione metaphorae demonstrat polysemantorum in uno accentu constantia: *κορώνη, χελώνη, λύκος, ἴουλος, κάνθαρος* etc. De propriorum vero accentu quid statuendum sit pendet ex illa superiore quaestione utrum derivata sint ab homophonis an casus tulerit ut diversis in locis et temporibus nata easdem literas acciperent. Ve-

---

δας, Κρεώνδας, andronymicum distinguit a patronymico, sed ad Il. p. 325, 42. *Δάρδανον ἄνδρα ὀνοματικῶς τουτέστι κατὰ κύριον ὄνομα* a gentilicio, Sextus X. 266. *Μένων ὀνοματικόν* a participio *μένων.* Hic tamen plerique libri et in Strab. IX. 431. *Ἄργος οἱ μὲν πόλιν δέχονται — οἱ δ' οὐ πόλιν ἀλλὰ τὸ τῶν Θετταλῶν πεδίον οὕτως ὀνοματικῶς λεγόμενον* (hoc est proprie, non ut quaevis planities *ἄργος* dicitur) codex Paris. (de quo Coraes tacet) *ὀνομαστικόν — κῶς* praebent, quod saepius legitur *Αἶα πόλις ἐν Σκυθίᾳ οὕτω καλουμένη ὀνομαστικῶς* Sch. Eur. Med. v. 2. *Ἐρέμβους Ἀρίσταρχος τοὺς Ἄραβας ἀκούει, τινὲς δὲ γράφουσιν Ἐρέμνους — κράτιστα δὲ ἀποδιδόασιν οἱ ὀνομαστικῶς ἀκούοντες τοὺς Ἐρέμβους* Sch. Od. IV. 84. *Ἀργείαν εἶπε τὴν Δηιπύλην καθὰ ἐξ Ἄργους ἦν. Ἦν δὲ καὶ ὀνομαστικῶς Ἀργεία καλουμένη* Sch. Theocr. XVII. 53. *Νιφάτης παρὰ τὸ νείφειν, ἀλλ' ὀνομαστικῶς διὰ τοῦ ῐ γράφεται* Steph. *Τρέμων ὀνομαστικῶς χωρίον παρὰ τῇ Δήλῳ* Sch. Lyc. 402. Equidem putaverim utrumque dici posse, illud a nomine ductum, hoc a verbo unde *ὀνομαστὶ καλεῖν τινα.* Et *Ὀνομαστικά* quid sunt tandem nisi *Ὀνοματολόγοι*?

lut in homerico versu *Καρδαμύλην*, *Ἐνόπην τε καὶ Ἱρήν* Il. IX. 150. nonnulli *Ἴρην* scripserunt, quod concedi potest; minus vero causae habent qui *Ἐνόπη*, ut Eustathius, gravari censent *πρὸς διαστολὴν τῆς ἐνοπῆς*. Nam credibilius videtur urbem Messeniam sic ut *Ἐπώπην* Corinthiam a specie potius quam a voce nomen habere; neque non dici potest id femininum esse ab *Ἔνοπος* ut *Τρίοπος*, *Πελόπη*. Tertio vero quod idem p. 1414, 32. tanquam homonymum apponit *καρδαμύλη* placentae vocabulum (Athen. 114. F.) id certe ex eo genere est quod *ὁμώνυμον ἀπὸ τύχης* vocamus, nullamque causam praeberet mutandi in proprio accentus, ne si oxytonon esset quidem, quia diu post Homeri tempora invectum est. Num Sesamos urbs a sesamo et Lyciorum dux Prytanis num a primatu vocatus sit, non quaeram scrupulosius. Habemus enim certum fortuitae synemptosis exemplum, Alectryonis nomen eodem accentu notatum quo appellativum solet, et recte quidem, nam avis persicae nulla tum fuit notitia; quare paronymon esse negatur: *Ἀλεκτρυών οὐκ εἴρηται παρὰ τὸν ἀλεκτρυόνα τὸ ζῶον· οὐδέπω γὰρ ἔγνω* Schol. Il. XVII. 602. Ejusmodi multa apud illum leguntur heroum nomina *Ἀσκάλαφος*, *Κάστωρ*, *Κεβριόνης*, *Μέροψ*, *Τενδρηδών*, *Χρόμις*, *Ὦτος*, et feminarum *Ἀηδών*, *Κίρκη*, quibus si quis zoologiam homericam locupletatum eat, causam explicet oportet cur nemo *Ταῦρος* vocetur vel *Λύκος*. Equidem contendo poetam homines animantibus cognomines nosse nullos. Illam in Ithaca *Κόρακος πέτραν* a Corace quodam vocitatam esse traditur fide nulla, quum appellativum esse possit ut *Ἵππου ἄκρα*, *Ἵππου κρήνη*, *Αἰγὸς ποταμοί*, *Κυνῶν νῆσος* etc. *Φοίνιξ* heros a colore potius quam ab ave fabulosa; *Ἀλκυόνη*, ut Meleagri uxor, nulla tunc avis dicebatur sed *ἀλκυών*, cujus illud paronymon, vel ut ipse dicit, eponymon fuit ut *Κόρωνος* a *κορώνη* declinatum vel ab adjectivo *κορωνός*. Si vero horum aliquidpiam apud Hesiodum legeretur, non dubitarem ab appellativo homophono denominatum esse; hujus namque in carminibus gliscit illud genus, quod apud Homerum reperiri negavi, *Κύκνος*, *Κῆϋξ*, et deinceps magis magisque pullulat vel ex eponymia quadam vel impositione fortuita; nam haec discerni amplius non possunt. Perquam credibile videtur eum qui primus Lupus vel

Mus vel Leo appellatus est, ex aliqua similitudine ita appellatum esse. Sed haec in hominibus tota extabuit, in locorum nominibus obscuratur per gradus. Etenim si torrens Achajae vel Argolidis fama notus praecipue *Χάραδρος* nominatur, si Laconicae regio palustris *Λίμναι* sive *Λῖμναι*, si loca Pelei cavernosa *Ἰπνοί*, causa nominationis non clare quidem sed interlucet tamen. Si vero alveus aqua defectus et circum loca nomen *Χάραδρος* retinent, si Athenarum suburbium *Λίμναι*, si locus, ubi quondam arundinetum fuit, *Κάλαμοι*, ubi palus, *Ἕλος* et similiter Castra, Tabernae, Forum, Velabrum, si titulum antiquitus acceptum continuant ratione amissa, tum *quod fuit ante, perit* et ex naturali fit impositicium.[20] Idem valet de hominum nominibus. A primitivo *ἅλιος* uno quasi gradu distat *Ἅλιος* Neptuni cognomen Anth. Plan. n. 214. quod si pro proprio ponitur, pronominatio est; duobus *Ἁλία* Nereidis nomen proprium *παρὰ τὴν ἅλα* Sch. Il. XVIII. 40. cf. Lehrs. de Arist. 274. tribus *Ἅλιος* andronymicum cuilibet aptum. Idem etiam de substantivis. *Αἰετός*, *Ἱέραξ*, *Κέραυνος* regum eponyma fuere, *Ἵππος* Hermogenis cursoris Paus. VII. 15. parasitorum *Κάραβος*, *Κόρυδος*. Haec appellativis proxima, longius vero disjuncta sunt propria *Ἵππος*, *Ἱέραξ*, *Χοῖρος* Herod. VII. 170. et in Inscr. Thasia Corp. Inscr. n. 2161. quae quum proferimus, nulla primae impositionis memoria subit.

§. 5. Illustrium parasitorum eponyma connexuit Alexis Fragm. p. 461. Vol. III.

> *πρῶτον μὲν ἦν σοι Καλλιμέδων ὁ Κάραβος,*
> *ἔπειτα Κόρυδος, Κωβίων, Κυρηβίων,*
> *ὁ Σκόμβρος, ἡ Σεμίδαλις,*[21]

quorum nonnulla integra appellativa sunt, alia ab his derivata;

---

20) ***Corneta a corneis**, quae **abscissae loco reliquerunt nomen ut Esculetum et Fagutal*** Varr. L. L. V. 42. *Παρακολουθεῖ τοῖς ἐτύμως πρότερον λεγομένοις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τοπικῶς νῦν μὴ λέγεσθαι τοπικῶς* Strab. IX. 406.

21) His similia sunt coquorum et laniorum Deliorum nomina *Χοίρακος* (Porcius), *Ἀμνός*, *Σήσαμος*, *Μαγίς* Ath. IV. 113. A.

ultimum feminina positione marem significat ut quod Meinekius apponit *Φιλόξενος ἡ πτερυγοκοπίς*, aliaque virorum cognomina ludicra *Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς*, *Γλαυκέτης ἡ ψῆττα*, *Εὐρυμεδοντιάδης ἡ ποντοχάρυβδις* Ath. XV. 698. B. Demetrius Phalereus *Λαμπετώ* ab amica v. Meurs. ad Hesych. Miles. p. 19. ed. Orell. Mnaseas *Σάλπη* a pisce ut quidam tradunt v. Ebert. Dissert. Sicul. 210. veterum potorum aliquis *χώνη* vel *κοτύλη* v. Preller. ad Polem. 125.[22] ipseque Timaeus *παρωνομάσθη γραοσυλλέκτρια* Suid. Sed *Κόπαινα* et *Μύριλλα* non *θηλυκὰ ἐπώνυμα* esse videntur ut Herodianus dicit Cram. IV. 334. sed alterius sexus vel nomina vel cognomina aeolice terminata ut *ἱππότα* et talia, quae Eudaemon his confert ap. Eust. 1457, 27. illud Illyrii cujusdam nomen *Κοπαίνης* interpretans. Neque plus causae Varroni fuit cur X. 166. Perpenna et Caecina figura muliebria esse diceret; nam quod Romanorum nomina sic finita pleraque feminina sunt non impedit quominus hanc terminationem masculinam esse putemus tum in Tuscorum lingua, cujus sunt Ergenna, Porsenna, Sisenna, Tarquenna Varr. R. R. I. 2, 27. Vibenna, Spurinna, tum in aliis Italorum dialectis, unde fortasse illa sunt quorum etymon non apparet Laeca, Mamurra, Sanga, Santra, Saserna, Saxa, Tarpa, Thalna; nec desunt quae a Graecis sumta videantur Nacca sive Nacta a *νάκτης*, Atta sive Appius ab *ἄττα* et *ἄππα* potius quam *παρὰ τὸ ᾄττειν*,[23] Lamia a *Λαμίας* (v. Dissert. VIII.) ut Glaucia et quae a latinis secundae declinationis declinata dici possint Furius Furia, quod a deae nomine prosodia distinctum est, Bestius Bestia, Caracallus Caracalla v. Tzschuck. ad Eutrop. VIII. 20.[24] Graeci quidem istis termi-

---

22) L. Varius Cotyla, Antonii compotor, cujus Cicero saepius meminit, a Plutarcho *Κοτύλων* vocatur.

23) Festus *Attae qui attingunt magis terram quam ambulant*, *παρὰ τὸ ἅπτειν* (*ἅπτεσθαι*) cogitasse videtur, non *παρὰ τὸ ᾄττειν* ut Weichertus vult Poett. Latin. Rell. 345. Rectius sentit Drumannus Hist. Rom. T. I. 167.

24) Tzetzes sagum *καβάδην ἀπὸ Καβάδου Πέρσου* appellatum dicit sed exploditur a Salmasio ad Vopisc. Aurel. c. 45. p. 544. fortuitumque videtur quod *σάραπις* dei nomen est et vestimenti, sed *καλάσιρις* fortasse a Calasiriis appellatus est vel contra.

nationem masculinam attribuunt *Κόττας*,[25] *Περπέννας*, *Καλιγόλας*, *Πάσνας* Parall. 132. circumducta nonnunquam ultima *Κορωνᾶς* Dio Cass. XLVI. 49. *Μουσᾶς* Galen. Meth. Cur. V. 10, 356. T. X. et Priscianus IV. 2, 168. masculina esse dicit *quae apud Graecos assumunt sigma Κατιλίνας*, *Σύλλας*, *'Ακύλλας*. Aliter vero Romani, ut Quintilianus I. 4, 24. *Muraena et Glycerium feminina positione mares, neutrali feminas significant.* Quorum alterum negari non potest translatione ad mulierem ex neutro femininum factum esse ut *Λάβδα* mater Cypseli, *Ὤκιμον* meretrix Athen. XIII. 587. C. *Γυμνάσιον*, *'Ελάφιον*, *Κωνώπιον*, *Κρουμάτιον*, *Φιλημάτιον*.[26] Sed Licinium Muraenam et quem huic adjungunt Sergium Oratam a piscibus nomen accepisse etsi asseverant non ignobiles auctores, tamen dubium reddit veterum in comminiscendis appellationum causis levitas incredibilis, cujus specimen praebet Macrobius Sat. I. 6, 231. Asinae et Scrofae nomen edisserens cf. Plut. Sull. c. II. et quod alpha non insolita est masculinorum appellatio scriba, scurra, lixa,[27] sculna, nepa, verna, gumia, hibrida, ocella, rabula, vacia. His vero consentanea sunt andronymica, quae cum animantium vocabulis solo genere discrepant, Capra, Cornicula, Merula, Mula, Musca, Mustela, Noctua, Pica, Scrofa, Vacca, Vespa, quibus speciem similem habent germanica *Gans*, *Taube*, *Henne* et francogallica *la Caille*, *l'Alouette*, *Labiche*; et communia plantis Beta Phot. CXC. 251. Cicuta, Lactuca, unum arboreum ut Plinius observavit physicorum literatissimus L. XV. ult. *unius arborum laurus latina lingua nomen imponitur viris*,[28] quo non derivativum

---

25) *Κόττας* fortasse est graecum nomen quod *Κόσσας* scribitur, a *κόττα* derivativum ut Schneiderus in Lex. suspicatur, vel a *κόττος*.

26) His, quorum appellativa extant, aptius usus esset quam Glycerii nomine, quod nisi proprie non dicitur.

27) Quae Phocas II. 324. ed. Lind. addit praetermisi, quia aut graeca sunt, ut *popa*, aut composita aut generis communis. Verpa fortasse est graecum *ἕρπης* serpula; nam illa pars graece *σαύρα* dicitur, et in Gloss. *ὄρπηλος* (lumbricus) exponitur *verpa* et *verpus*. Omisi etiam **madulsa** et alia aeque incertae interpretationis.

28) Quae Feus (Fée) in Comment. sur la botaniq. de Plin. I. 278. contra hunc affert **Vinucius**, **Piso**, **Cicero**, diversi sunt generis. Sed A.

Laurea, ut Dalecampius censet, designari videtur, sed primitivum Laurus Sil. Ital. IV. 175. Gruter. Inscr. p. 878. n. 3. Neque solum rerum naturalium simulacra hic obversantur sed cujusvis generis: Arvina, Canina, Porcina, Columella, Dolabella, Fenestella, Costa, Flamina, Gibba, Gutta, Lacerna, Massa, Merenda, Pansa, Mera, Ruga, Scapula, Spongia, Schola, Stella, Stola, Trabea, Tucca.[29] Horum fortasse aliqui vel arbitrio parentium vel facetiis popularibus feminine sunt appellati, sed omnia illa ex hoc fonte manasse parum veri simile nihilque causae est quin ab eodem *myrus* duo statuamus procrevisse nomina, femininum *muraena* et masculinum *Muraena*, idque non intellectu modo masculinum esse, ut *Φιλημάτιον* femininum, sed etiam voce. Si tamen ille a pisce cognominatus est, ea non antonomasia dici debet ut lupus Lupus, ἵππος Ἵππος, sed quoddam singulare paronymiae genus, quod in una generis mutatione consistit sed eandem vim habet quam formae variatio, ut in graeco sermone Ἵππις, Ἵππυς, Ἵππων, auctisque syllabis Ἱππίας, Ἵππασος, Ἵππυλλος, in latino asinus Asinius, asellus Asellio, caepe Caepio, aquila Aquilius, caliga Caligula, fibra Fimbria, et saepe transgressio ab adjectivo in substantivum calvus Calvena (ut levis levenna) laevus Laevinus (Crassinus, Rufinus etc.) *a ravis oculis dicti Ravillae ut a caesiis Caesullae* Fest. a rarus rallus (ut varus vallus) nomine syllabarum non aucto Ralla (sura Sulla), ab aliis Casca, Galba, Helva, Scaeva; ab absoluto in modificatum Scaevola, Mammula, Barbula, Vaccula, Capella; aut ab una declinatione in alteram, nervus Nerva, cinnus Cinna, retroque vacca Vaccus, penna Pennus, saxum Saxa Appian. Syr. c. 51.[30] similiter

Cornelius Palma v. Fabric. ad Dion. Cass. LXVIII. 14. p. 1131. aut fugit Plinium aut ab homonymo palma (*παλάμη*) nomen habet.

29) Vacerra Martial. XI. 78. nomen viri ficticium videtur assimilatum substantivo vacerra, quod et de homine vacerroso dicitur genere non mutato ut matula de timido, vappa de vano; *εἴπατε τῇ ἀλώπεκι* id est Herodi Evang. Lucae XIII. 32.

30) A laena, si Varroni credimus, Laenas, quem Appianus saepe *Λαίναν* vocat, Dio Cass. *Λαινᾶν*, sed Asprenatem idem *Ἀσπρήναν*. Verum hoc multo uberius edisseruit Wanowskius in Dissert. *de ratione qua Graeci nomina Romanorum scripserunt.*

graecis δάφνη Δάφνος v. Lehrs. Arist. 202. Adn. Fieri potest ut horum aliquammulta non ab his, quae opinamur, principiis ducta sint sed ab obliteratis peregrinisque sicut Galbae nomen Suetonius dubitat utrum a Gallia oriundum sit an domesticum; latine enim vermiculi, qui in aesculis nascuntur, appellantur galbae a colore gilvo sive galbano, ut opinor, unde etiam γαλεός, namque is mustelae color v. Donat. ad Eun. IV. 4, 21. Idemque significare videtur nomen Helva, cum helvolus helveolus comparatum.[31]

§. 6. Connexum his est paronymiae genus illud quo feminarum continentur nomina propria appellativis propriisque masculinis adjuncta Γεράνη, Ἐρίφη, Ἵππη, Κοσσύφη eponymumque Χοίρα Herod. Μον. p. 8. Cram. III. 263. cujus duplex principium χοῖρος et Χοῖρος. Varro L. L. VIII. 2, 85. *a maribus*, inquit, *feminae declinantur, ut est a Terentius Terentia*, quibus similia sunt quae Grimmius Gramm. T. III. 333. ex vetusta Germanorum consuetudine profert *Alamannus Alamanna*, *Amalafridus Amalafrida*, et graeca Κλύμενος Κλυμένη, Κλύτιος Κλυτία, Γλυκέριος Γλυκερία, Ἀσπάσιος Ἀσπασία, Θεοδότιος Θεοδοτία, neque ab hac solum declinatione sed etiam a prima Μάνης Μανία et a tertia Ἀλκμάν Ἀλκμήνη, Σίμων Σιμώνη, Τρύφων Τρύφαινα, Κρέων Κρέουσα, Κράτης Κράτεια, a compositis Ἑρμοκράτεια, Διόκλεια, Ῥοδόκλεια, Καλλιάνασσα. Haec sunt imitamenta motionis sexualis qualem supra C. II. §. 6. descripsi; proprie mota dici non possunt. Nomina namque individuorum, ut Priscianus ait II. 5, 73. communione na-

---

31) In illo andronymicorum numero reperiuntur quae cum nominibus topicis conveniant; nam Cinna fuit oppidum Samnitium v. Wesseling. ad Diod. XIX. 76. Merula Liguriae fluvius Plin. III. 7. Cecina Etruriae Mel. II. 4. et quomodo Romani distinguuntur apposita nota patriae ut *N. Magius Cremona* J. Caes. Civ. I. 24. ita suspicari licet illorum quoque nonnullos ab urbe vel tribu vel pago nomen accepisse ablativo in nominativum converso, exempli causa illum C. Verris familiarem, quem Cicero nominat, Aemilium Albam ab oppido, unde fictus est Alba rex. Sic ille nobilis Prochytae insulae civis etiamnunc vocatur Johannes Procida, doctus Veronensis, qui de vita pontificum Romanorum scripsit, Bartholomaeus Platina a patria Platina sive Piadena, ut pictor Germanus ab urbe, ubi natus est, Lucas Cranach.

turali carent, non solum quae ille significat sed etiam diversis assignata sexibus *Antigonus Antigone* etc. nec aequiparanda his quae ad aliquid dicta vocantur ἀδελφός ἀδελφή, sed similia tamen ut idem dicit V. 1, 3 (167) *sunt alia quasi mobilia quum a se non a masculinis feminina nascuntur ut Helenus Helena, Danaus Danaa, liber libra, fiber fibra* et aliquanto post VIII. 10, 58 (401) *saepe diversa significatio in similibus invenitur vocibus, liber libra, Tullius Tullia*, iteratque propria non esse naturaliter mobilia sed ex se nasci. Quae sententia unde fluxerit docet Schol. Dion. Gramm. p. 842. *οἱ στωικοὶ τὰ κύρια λέγουσι μὴ ἔχειν θηλυκά.* Exempla vero Priscianus parum apte comparavit; nam appellativa ista casu aliquot literas easdem habent ut ἀσκός ἄσκη, κισσός κίσσα, et sexcenta hujusmodi quae scrutari desidiosae cujusdam fuerit sedulitatis; propria vero communis originis vinculo, quo omnia conjugata, inter se apta et connexa sunt. Sed eorum ratio duplex; nam ubi diversi homines eodem nomine nuncupantur fortuitu nullaque inter se communione generis morumve, homonymia est, ut masculina Sostratus, Alexander, sic feminina Sostrata, Alexandra. Sed quia qui nomina non habentibus impondituri sunt, plerumque ex proximo sumunt, eadem paronyma esse possunt ut si qui avorum acceperunt nomen *Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας*,[32] vel ab alio quo honoris et memoriae gratia nuncupati sunt v. Lucian. Tim. §. 52. feminae a maribus et contra, ut Hedylus poeta filius Hedylae Athen. VII. 297. B. *Ἁβροτέλεια Ἁβροτέλους θυγάτηρ* Jambl. V. Pyth. XXXVI. 219 (532) *Ἀριστοτέλεια* Aristotelis filia Anth. VI. 266. *Ἀντιοχίς* Antiochi Appian. Syr. c. 5. Pythodori *Πυθοδωρίς* Strab. XIV. 649. Menandri *Μενανδρίς* Inscr. 2843. Asclepiadae *Ἀσκληπιάς* n. 1061. *Χειλωνίς* Chilonis Jambl. l. c. Procula Proculi Anth. App. n. 172. Nausiclea Nausiclis Heliod. VI. 18. Agathoclea Agathoclis *soror* Justin. XXX. c. 21. Philoclea Philoclis Corp. Inscr. 1056. Phrontonis rhetoris *Φροντωνίς* Suid. s. *Φρόντων*, Aristotelis frater Arimnestus, soror Arimneste in Vit. Arist. a Menagio edita ad

32) Eur. Phoenn. 769. *Μενοικέα σοῦ πατρὸς αὐτεπώνυμον* id est *ὁμώνυμον* Schol.

Diog. V. 35. et ubicunque nomen quaeritur recens nato imponendum nihil prius in mentem venit quam cognati affinesque. Et hac gentilitatis ratione ducti veteres fabulatores Hippolytae filium ediderunt Hippolytum v. §. 3. Chryseidis Chrysen Schol. Lyc. 183. Medeae Medum, Clesonis filiam *Κλησώ* Paus. I. 42, 8. Tritonis Tritaeam VII. 22, 5. Cranai Cranaen,[33] Pliadum matrem Pleionem, Melaenae Melantho Schol. Aesch. Eum. 16. Palladis patrem Pallantem Sch. Lyc. 355. Hyadum fratrem Hyantem Sch. Arat. 254. paresque nomine et natalibus Alexandrum Priami et Alexandram s. Cassandram, Telchinem et Thelxionem Apollod. Romulum et Remum. Quin etiam uxoris nomen assimilatur marito ut Plutonis conjux *Πλουτωνίς* in Orac. Phleg. Trall. X. 70. Et in nuptiarum solemnibus edici solebat *ubi tu Cajus, ego Caja*;[34] inque veterum fabulis Clite Clito nubit, Sthenele Sthenelo *δι' ὁμωνυμίαν*[35] Apollod. II.

---

33) *Αἰακὸς μίγνυται Ψαμάθῃ εἰς φύκην ἠλλαγμένῃ καὶ τεκνοῖ Φῶκον* Apollod. III. 12. 6. ubi Clavierius recte *φώκην* scripsisse videtur pro *φύκην*.

34) Casu concinunt nomina conjugum *Ἡρώδης* et *Ἡρωδιάς*, *Κλεάδης* et *Κλέα*, cujus alia forma est *Κλέεια* in Hesiod. Fragm. utrumque a masculino *Κλέας*, *Πυῤῥιὰς Πυῤῥίου γυνή* Inscript. n. 852. Neque non fortuitum quod Helenus Helenam appetivit Conon. XXXIV. Quint. X. 346. ubi pro *μῆτιν ἀνιηρὴν Ἑλένοιο καὶ χόλον* scribendum videtur *μῆνιν*. Sed Eumathius Hysmenian et Hysmenen lege quadam homoeomeriae consociavit.

35) Strabonem L. VIII. 375. quum dicit Aeginam olim Oenonen vocatam esse *ὁμωνύμως δυσὶ δήμοις τῆς Ἀττικῆς*, aut a librariis corruptum esse aut ipsum errasse putant. Equidem non dubito quin veteres sibi permiserint nomina ab eodem etymo ducta *Οἰνόη* et *Οἰνώνη* quamvis dispari flexu homonyma appellare. Strabonemque arbitror sensisse hoc loco quod in alio expressit VIII. 342. *ὁ Τευθέας ἀρσενικῶς καλεῖται ὁμωνύμως πολίχνῃ, πλὴν ὅτι Τευθέα λέγεται θηλυκῶς αὕτη.* Nec satis accurate discernunt synonyma; qua in re Hippocratem castigat Galenus Comm. in L. de Offic. III. 25, 869. T. XVIII. P. II. *οὐχ ὁμώνυμον ἀλλὰ συνώνυμον εἰρῆσθαι βέλτιον ἦν*, idque copiosius exsequitur dialecticorum vestigia premens, quos consectantur Aristotelis interpretes a Brandisio excerpti p. 41. sq. Ad Nic. Al. 4. *ποσίεσσιν — ἅ φῶτας δαμάζει* Scholiastes adnotat *ἐπὶ τὸ ὁμώνυμον οὐδέτερον μετῆλθεν ὁμηρικῶς* qui sive *ποτὰ* significavit sive *φάρμακα*, quo ipse utitur, *συνώνυμον* dicere debebat ut homericum *νεφέλη τὸ μὲν οὔποτ' ἐρώει* dicitur a

l. 5. Hujus rei observatione ductus Pausanias II. 13, 3. Ganymeden deam a Phliasiis cultam Heben interpretatur velut in serium vertens quod ille jocatus est *στρέψας Μηνοφίλαν εὐίσχιον ἕξεις ἄρσενα Μηνόφιλον.* Patet igitur, quam similitudinem ad marem habet femina, eam habere *Γανυμήδη* ad *Γανυμήδης*, quo convenit Suidae glossa *Ἀγαμήδης κύριον, τὸ θηλυκὸν Ἀγαμήδη.* De accentu cum sexu mutando veteres non consentiunt Schol. B. ad Il. XVIII. 44. *Δεξαμένη — τινὲς ὀξυτόνως διὰ τὸ Δεξαμενός, ἀλλ' ἀντιτάσσεται αὐτοῖς τὸ Δανάη καὶ κολώνη*, quod quia propter characterem gravatur, ad probationem nihil confert; *Δανααί* hoc est Danai filiae oxytonon est in Hesiod. Fr. LXXII. Goettl. ut Cranai filia *Κραναή* eodem quo adjectivum accentu Apollod. III. 14, 5. fortasse ut a gentilicio distingueretur quasi patronymicum. Ac sunt etiam quae quasi deminutiva dici possint, nomina mulierum propria in *ιον* desinentia, utique non omnia sed quae ab aliis derivata sunt propriis. Nam si *Γλυκέρα* a blandientibus appellatur *Γλυκέριον* Aristaen. 489.[36] *Δημώ* eadem *Δημάριον* Anth. XII. 173. *Κυβέλη* Heliod VII. 9. mox *Κυβέλιον*

Schol. Od. XII. 75. et ab Apollonio Synt. III. 4, 199. etsi *νέφος* et *νεφέλη*, si utrumque a *νέφω* derivatum est, systoecha potius vocari oportet, si alterum ab altero, paragogum vel paronymum; nam synonyma dicimus quae diversam originem habent. *Ἡσυχῇ ὁμωνύμως ἀντὶ τοῦ νωθρῶς* Schol. ad Plat. Charm. p. 324. Bekk. pro *συνωνύμως*. Contrariam in partem aberrat Photius ad Amphil. in Maji Auct. Vett. T. I. 315. *αἱ συνώνυμοι λέξεις κάλος καὶ κάλος τὸ σχοινίον, ὄρος ὁ λόγος καὶ ὁ ὑψηλὸς τόπος, ὀρός δὲ τὸ ὑδατῶδες τοῦ γάλακτος*, quamquam haec neque synonyma sunt neque homonyma.

36) *Μύρτιον καὶ Μουσάριον καὶ Γλυκέριον ἀττικοί εἰσιν ὑποκορισμοί, τὸ μὲν ἐπίπαν μαχλώσαις ἀνακείμενοι γυναιξί· διέβη μέντοι ἡ χρῆσις καὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ θήλεος γένους. Τὸ Μύρτιον μὲν οὖν τοῦ Μυρτώ ὑποκορισμός, τὸ Μουσάριον τοῦ Μοῦσα, τοῦ Γλυκέρα τὸ Γλυκέριον ὡς τοῦ Εὐφημία τὸ Εὐφήμιον* Schol. Lucian. T. IV. 243. ed. Jacobitz. et in Bachmanni Anecd. T. II. 343. ubi etiam *Εὐπραξία Εὐπράξιον* affertur p. 324. Ut *Μύρτιον* hoc loco, sic *Νάννιον* Ath. XIII. 587. saepius proparoxytonon est contra quam *Χρυσίον* Alciphr. I. 39. et appellativa hujus mensurae. Illa meretricularum nomina sunt, *Ζωσάριον* vero (a *Ζωσώ*, ut *Δημώ Δημάριον* etc.) in Inscr. n. 788. *Σιμάριον* n. 684. *Νικάριον* n. 728. mulierum ingenuarum et quidem atticarum.

φίλτατον c. 10. neptisque Gnathaenae *Γναθαίνιον*, ea et voce et intellectu deminutiva sunt perinde ut masculina *Εὐριπίδιον*, *Πριαμύλλιον*. Sed voce solum si propriorum locum in perpetuum obtinuerunt; quo facto ab illis tantum distant quantum virorum propria *Ἑρμαΐσκός*, *Λυκίσκος*, *Παρμενίσκος* a deminutivis *Ἡρακλίσκος*, *Πανίσκος*.

§. 7. Paronymiae quatuor, ut dixi, species, quae prae ceteris eminent et apparent, motusque magis ordinatos habent, propria nomina sortitae sunt, ceterae sicut ignes fatui hinc inde emicant ac rursus e vestigio evanescunt. Sed inter haec tamen est genus quoddam minus volaticum, illud quo continentur arbores et fructus arborei. Id autem cum nostra causa hoc arctius cohaeret quod in eo omnes fere variandae rei suppositae rationes confluunt, quas in prioribus generibus observavimus. Primum enim dividuntur generatim, ut nomina affinitatum et sexus, in heterozyga et syzyga. Quod discrimen declarabo Amphidis verbis Ath. II. 50. F. *ὁ συκάμινος συκάμιν', ὁρᾷς, φέρει, ὁ πρῖνος ἀκύλους, ὁ κόμαρος μιμαίκυλα, κράνεια μέσπιλα*, et Theopompi p. 77. E. *τὰς συκᾶς σῦκα, τὰς δ' ἀμπέλους βότρυς, τὰς δ' ἐλαίας φέρειν ἐλαίας*. Heterozygis quae his versibus continentur, adjungenda sunt haec: *βάλανος ὁ τῆς δρυὸς καρπός* Anecd. Bekk. 373. *τὸν καρπὸν τῆς πίτυος μετεξέτεροι στρόβιλον, οἱ δὲ κῶνον καλοῦσιν* Herod. V. Hom. §. 20. v. ad Phryn. 396. *ὁ καρπὸς τῆς κρανείας καλεῖται πίτταξις ἢ βάρβυλον ἢ μάρον* Schol. Od. X. 242. *μηλέας μηδικῆς ὁ καρπὸς οὐκέτι μῆλον μηδικὸν ἀλλὰ κιτρίον ὀνομάζεται* Galen. v. ad Phryn. 470. Pleraque vero arborum et fructuum nomina eadem sunt: *τὸ ζίζυφον — τὰ ζίζυφα* Geopp. X. 42. *ἐρινεὸς ἡ ἀγρία συκῆ καὶ ὁ καρπὸς ὡς ἐλαία τὸ φυτὸν καὶ ὁ κ.* Eust. 653, 54. *ἄρκευθος τὸ δένδρ. καὶ ὁ καρπ.* Sch. Nic. Th. 379. *τῶν φοινίκων τὸν καρπὸν οἱ Ἕλληνες ὁμωνύμως τῷ δένδρῳ, τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν φοινικοβαλάνους* Galen. de Succ. prob. c. 4, 779. T. VI. *φοίνιξ ὄνομα δένδρου καὶ καρποῦ πρὸς ὁμοιότητα ἐλαίας καὶ ῥοιᾶς* Eust. 1558, 7. *ῥοιά ἢ ῥόα ὁ καρπὸς καὶ τὸ δένδρον* Thom. Haec igitur homonyma sunt, alia semihomonyma et id ipsum quod postremo loco posui, nonnulli *ῥοιά* scribunt si arborem significat, *ῥοά* si fructum Ammon. Poll. Anecd. Bachm. II. 379. *ἐλάα ὁ καρπός, ἐλαία τὸ*

δένδρον Suid. quae ad mesallagen pertinent sed plerumque non observantur. Alia plus quam unam literam mutant Ἀχράδας τὰς ἀχέρδους λέγουσιν — ἴσως δ' ὁ μὲν καρπὸς ἀχράς, τὸ δὲ δένδρον ἄχερδος Anecd. Bekk. 475. de quo dissentit Galenus de Fac. Alim. II. 38, 619. T. VI. ὁ θάμνος τῆς ἀχέρδου καὶ τῆς ἀχράδος. Sunt alia quae differentiae significationis causa mutent genera, pirus pirum, malus malum, arbutus arbutum, prunus prunum, quae Priscianus, cujus haec verba sunt V. c. 1. quasi mobilibus subjicit. Eadem Graecis in distinguendis arborum et fructuum nominibus ratio: οἱ παλαιοί φασιν ὅτι ἔρινος ἀρσενικῶς τὸ δένδρον, οὐδετέρως δὲ ὁ καρπὸς καὶ ἡ κέδρος τὸ φυτόν, τὸ κέδρον ὁ καρπὸς Eust. 1536, 15. ὄη τὸ δένδρον, ἧς ὁ καρπὸς ὄα καλεῖται Galen. de Simpl. Med. VIII. 14. p. 87. T. XII. ut apud Latinos sorbus et sorbum, aliaque graeca ἡ προῦμνος τὸ προῦμνον, ἡ κερασία τὸ κεράσιον, ἡ πιστάκη τὸ πιστάκιόν, ὁ et ἡ πρῖνος, τὰ πρῖνα Galen. de Fac. Alim. II. 38, 621. ὁ et ἡ κόμαρος, τὸ κόμαρον, ἡ ἄπιος τὸ ἄπιον, σησάμη σήσαμον, μεσπίλη μέσπιλον, καρύα κάρυον, de quo aliter statuit Schol. Nic. Al. 108. κάρυον ὁμωνύμως λέγεται τὸ δένδρον καὶ ὁ καρπός, ὥςπερ ἐλαία τὸ κότινον καὶ τὸ ἐσθιόμενον. Κοκκύμηλον ὁ καρπός, ἀρσενικῶς δὲ ἡ μέση κωμῳδία τὸ δένδρον Poll. I. 232. alii vero arborem κοκκυμηλέαν dixerunt Ath. II. 50. B. fructum βράβηλα Anecd. Bekk. 103. In his igitur duorum generum alterutrum differentiae causa cum neutro permutatur. Sed idem etiam distinctione masculini et feminini efficitur ἡ κόκκος arbor, ὁ κόκκος granum[37] v. Friedemann. ad Strab. p. 610. ῥοῦς ἐπὶ τὰ ὄψα καρπός ἐστι τῆς ῥοός Dioscor. Mat. I. 148 (147) quae etiam ὁ ῥοῦς dicitur sed fructus semper masculine cf. Schneider. Gramm. II. 138. ὁ στρόβιλος pinus, ἡ στρόβιλος nux pinea v. Niclas ad Geopp. XI. 1. Accentus ob significationem mutati exemplum praebet Thomas Κερασός τὸ δένδρον, κέρασος ὁ καρπός, sed aliter Arca-

37) Granorum nomina saepius heteronyma sunt: κόκκους οὐ δικαιοῦσι λέγειν ῥοιᾶς ἢ σταφυλῆς ἀλλὰ ῥᾶγας Anecd. Bekk. 103. Κεγχραμίδες τοῦ σύκου καὶ τῶν ἐλαιῶν οἱ πυρῆνες Suid. Sed σίκυον dicitur cucumeris vel cucurbitae (κυκύου) granum. Baccae deminutive appellantur: ἀρκευθίδες, κεδρίδες, δαφνίδες.

dius κερασός φυτόν, τὴν δὲ πόλιν βαρύνουσι, saepeque arboris nomen barytonon reperitur. Nec firmatius est quod Philoponus tradit ap. Eust. 1536, 15. ἐρινεός τὸ δένδρον, ἐρίνεος δὲ ὁ καρπός. Sed maxima sententiarum diversitas circa amygdalae nomen, quod Trypho et Pamphylus, si fructum significet, ἀμυγδάλη scribi jubent, si arborem ἀμυγδαλῆ ut ῥοδῆ, Aristarchus vero utroque intellectu acuta ultima, Philoxenus circumducta Ath. II. 52. F. quae controversia hoc minus componi potest quod fructus etiam ἡ ἀμύγδαλος dicitur Lucian. Merc. Cond. §. 5. et saepius τὸ ἀμύγδαλον, ad quae arboris nomen ἀμυγδαλῆ eam rationem habet quam ῥοδῆ, μηλέα aliaque possessivi characteris exempla (v. Parall. 337.) ad primitiva sua ῥόδον, μῆλον.

§. 8. Ab hoc paronymiae genere, quo fructus ab arboribus derivantur et contra, non longe illud distat quod plantarum differentias complectitur, neque tamen sic ut illud simplici terminationis conversione constat sed cum paragoge syllabica conjunctum est, simileque eorum, quae supra exposui. Quemadmodum enim ἔχις — ἔχιδνα serpentum species significat v. C. II. §. 12. sic ἄρακος sive ἄραχος Galen. de Fac. Alim. IV. 27, 541. ἀράχιδνα plantarum. His vero synonyma vel affinia sunt ἀρακίς sive ἀρακίσκος et ἀρακοειδές, quorum figura discrepat, nam hoc copulatum, illud simplex, sed significatio una est, quam assimulativam vel imitativam dici licet. Simplici illi comparanda sunt ἀμωμίς amomum adulterinum, καρδαμίς cardamo similis, κυπειρίς cypero, item κολοκυνθίς, μυῤῥίς, σησαμίς, a plantis, quibus aliqua tenus similes sunt, denominata sicut ἐλαφίς avis cervi colorem gerens. Magis vero expressa similitudinis significatio in compositis, quorum duplex species: ἰσόβρυον, ἰσόπυρον, isocinamon, — δικταμνοειδές, μυρσονοειδές, πολυγονοειδές (omiss. in Thes.) Galen. de Simpl. Temp. VII. 31. T. XII. σησαμοειδές i. q. σησαμίς, ὠκιμοειδές, quod H. Stephanus a Latinis ocimastrum vocari ait. Equidem hoc praeter novitios artis herbariae auctores non reperio sed multa pariter terminata alicastrum alicae simile Isidor. apiastrum ἀγριοσέλινον, mentastrum menthae genus silvestre Plin. porcastrum, siliquastrum, quae, in quantum de etymis constat, res significant similes iis unde denominata

sunt, vel aliam quam familiaritatem ut salicastrum quia in salictis nascitur Plin. apiastrum apibus gratum, quare Graeci *μελισσόφυλλον* vocant. His apposita sunt arborum nomina masculina oleaster, piceaster, pineaster, eademque terminatione hominum hypocorismata Antoniaster, Fulviniaster, pueraster *ἀντίπαις* Gloss. catulaster, qualia Itali frequentant *medicastro, poetastro*, et affinitatum vocabula nonnulla patraster, filiaster et filiastra, cui simile apiastra avem significat apibus infensam, tum neutra palliastrum serperastrum, *falcastrum a falcis similitudine* Isidor. Origg. XX. 14.,[38] et adjectiva canaster, calvaster, formaster, fulvaster, laetaster, novellaster, surdaster eadem significatione qua francogallica *jaunâtre*, *rougâtre, blanchâtre* etc. Eandem vim assimilationis habet alia terminatio, qua plantarum nomina gaudent, cunilago (cunilae similis), ferulago (narthecium), tussilago (*βήχιον*), solago (heliotropium), plumbago (molybdaena), vitrago a vitri similitudine, quod ex Oribasio affert Salmasius Solin. 180. A.; citrago, farrago, unde illa existimari possunt quorum etyma ignotiora sunt caprago, lappago, lactilago, ostriago, selago, trixago. His aequipares virago h. e. *ἀῤῥενωπός* sive *ἀνδρώδης*, et piscium appellationes ancorago, milvago (idem fortasse milago ab Isidoro dictus v. Schneider. Gramm. II, 86.) et morborum a partibus corporis, quibus accidunt, denominatorum *coriago, lumbago, ossilago*, aliarumque rerum quae ad unum genus revocari nequeunt: carrago, capillago, serrago, similago i. q. simila, *pissago, pix liquida* Gloss. ut ea omittam quorum causae dici non possunt cartilago, sartago, forago. Terminatio *ugo* non aliena ab herbis, mollugo (lappagini similis) et asperugo, sed crebrior in aliis quae attigi in Parall. p. 29. et 139. propria vero illis *aca*, lingulaca, portulaca, verbenaca, pastinaca, quam pastinaceum vocat Glossa, intellecto substantivo *pes*, ut pes malvaceus et absolute malvaceus, quod veteres ita usurpasse apparet ex Prisciani L. III. 7, 138. (Charis. I. 24. II. 128.) ubi exemplis mutati in deminutivis et denominativis generis (ensis

---

38) Syntheton est seliquastrum i. e. sella quadra ut castrum et castra de munitione quadrata, et caterva pro casterva: castellatim Plinius dixit pro catervatim. —

ensicula, unguis ungula) addit *praeterea haec beta hic betaceus, haec malva hic malvaceus*, haud aliter quam mustaceus et mustaceum, vinaceus et vinacea et vinaceum scil. acinus vel acina vel acinum. Nam terminatio ipsa adjectiva est avenaceus, ampullaceus, bulbaceus, cacabaceus, ferulaceus, foliaceus, herbaceus, hederaceus, lappaceus, lymphaceus, membranaceus, oleaceus, porraceus, rutaceus, surculaceus, violaceus etc. ac plerumque quidem similitudinem ut graeca in *ικος* et *ηρος*, *φρυγανικός*, *λαχανηρός* etc. sed saepe etiam materiam[39] declarat adeoque laxa est ut hordeacea pira (et hordearea pruna) nisi Plinius doceret a tempore maturescendi nominata esse, nemo dicere posset unde vocata sint. Sed eadem conditio est substantivorum quae in imitativis numerari possunt, *σφήκειον σφηκὶ προςαλίγκιον* Nic. Th. 738. *μυρμήκειον ὃ δὴ μύρμηξιν ἔικται* ib. 747. *σμυρνεῖον* (sic) *ὅτι ἐμφερὲς τῇ σμύρνῃ* Schol. v. 848. *ἐχίειον ἀφομοιοῦται πρὸς τὸν ἔχιν* ib. 65. aliorumque cujusvis generis et terminationis, quorum exempla pauca apponam ex comparibus juncta: *πελεκᾶντι καὶ πελεκίνῳ* Arist. Avv. 883. *πύῳ καὶ πυαρίτῃ* Vesp. 710.[40] *ἔτας καὶ ἑταίρους* Il. VII. 295. *δωρεαῖς καὶ δώροις* Philostr. Vitt. Soph. II. 10, 589. *παρακεῖται νῆσος Κέρκιννα καὶ ἄλλη ἐλάττων Κερκιννῖτις* Strab. XVII. 834. Lero et Lerina Plin. v. Wessel. ad Itiner. 504. Uckert. Geogr. T. II. P. II. 462. *τὰς καρκινάδας καὶ τοὺς καρκίνους* Aelian. H. An. VI. 28. *οἱ κοχλίαι καὶ οἱ κόχλοι* Aristot. H. An. IV. 4, 1. *αἱ τευθίδες καὶ οἱ τεῦθοι*, IV. 1, 5. *αἰγυπιοὶ γῦπές τε* Nic. Th. 406. cui simile plantae nomen *ὁ μὲν νάρθηξ γίγνεται μέγας, ἡ δὲ ναρθηκία μικρά* Theophr. Hist. VI. 2, 7. Verum de omni harum paragogarum vi et ratione singulatim dicturus sum; nunc quoniam summa rei exposita est, perorabo brevi. Quemadmodum Empedocles fabricando mundo duas praefecit naturas, Concordiam et Dis-

---

39) Ramshornius in Synon. T. I. p. LXII. sola complexus est materialia sed parum accurate eorumque quae ab animantibus ducta sunt (pavonaceus, Geryonaceus etc.) unum affert *gallinaceus*.

40) Comicus in Schol. ad h. l. *πῦον δαινύμενοι κἀμπιμπλάμενοι πυριάτῃ*. Eubulus Mein. T. III. 241. *πῦος πυριάτη*.

cordiam, ita formandi sermonis duo sunt contraria principia, Analogia et Anomalia; quarum illa similia similiter fingit, haec, ne omnia eodem tramite decurrant, sermonem multiplici ratione variat et colorat. Hae autem non statis vicibus ut nox et dies sibi invicem succedunt sed altera alteram saepe numero intercipit vimque suam in ditionem transmittit alienam. In declinatione sicut dixi parilitas dominatur, in derivatione imparilitas, sed et illa non raro officio cessat et derivatorum pars haud exigua communes sequitur regulas, maxime patronymica, periectica, amplificativa, deminutiva ac nonnulla quoque eorum quae proprie paronyma dicuntur, utique minore quam illa constantia sed ita tamen ut speciem quandam proportionis relinquant. Quare haec etiam *κατὰ συζυγίαν*, ut veteres instituerunt, tractari possunt.

DISSERTATIO SECUNDA.

DE

NOMINIBUS QUORUM CHARACTERISTICA EST LAMBDA.

(PRIMUM EDITA INEUNTE ANNO MDCCCXLI.)

CAP. I.

De nominibus in — $\overline{\alpha\lambda}$ — deflexis.

§. 1. Inter varia pleonasmorum genera, quae Grammatici tractant, non ultimum locum obtinent syllabae epentheticae, quibus terminatio a stirpe divellitur, et harum syllabarum nulla tam celebris est quam quae ex literis $\overline{\alpha\lambda}$ constat, inter stirpem et terminationem, ut illi opinantur, interjectis. Orion. p. 48, 8. δαίς — δαιτεύς καὶ πλεονασμῷ τῆς $\overline{\alpha\lambda}$ συλλαβῆς δαιταλεύς. EM. 769, 25. παρὰ τὸ τρέφω τρεφίς καὶ τροπῇ τροφίς καὶ πλεονασμῷ τροφαλίς. Quem pleonasmum per omnem occasionem ingerunt, non solum nominum explicandorum causa sed et verborum; Orion 62, 23. τρέπω τροπίζω καὶ πλεονάσαντος τοῦ $\overline{\alpha\lambda}$ τροπαλίζω ὡς πύκτης πυκταλίζω, cui Schol. A. ad Il. IV. 472. δνοπαλίζω comparat. Eustathius 672, 4. τοῦ Ἐρευθαλίων πρωτόθετον τὸ Ἐρευθίων· ἡ δὲ $\overline{\alpha\lambda}$ συλλαβὴ ἐπλεόνασε διὰ λειότητα φωνῆς ὅπερ ἐν τοῖς ὀνόμασι γίνεται τοῖς διὰ τοῦ $\overline{\alpha\lambda\varepsilon o\varsigma}$ καὶ ἐν τῷ μάσσω μαλάσσω, στάζω σταλάσσω, quibus p. 527, 15. addit πάσσω παλάσσω, pleraque, puto ex Philoxeni libro de diplasiasmo, quem in hac causa Orion saepius testem facit; παρὰ τὸ εἴκιος ἐνείκιος καὶ χωρὶς τοῦ $\overline{\varepsilon}$ καὶ προσίοντος τοῦ $\overline{\alpha\lambda}$ καὶ πλεονάσαντος τοῦ $\overline{\gamma}$ ἐναλίγκιος p. 63. παρὰ τὸ εἶδος εἴδιμος ὡς πεύκη πεύκιμος, κῦδος κύδιμος, καὶ πλεονασμῷ εἰδάλιμος, πευκάλιμος, κυδάλιμος p. 62. repetita ab EM. 465, 20. Eust. 1006, 35. Zonar. p. 613. quibus similem sententiam profert de ἄκαλος (sic) p. 24, 10. sed omisso libri et auctoris nomine, quod servavit Etym. Gud. 24, 35.[1] Verum syllabam

---

1) Hic et ap. Orion. 62, 22. additur πάλιν πλεονάσαντος τοῦ $\overline{\alpha\lambda}$, continuae tractationis indicium.

integram $\overline{αλ}$ in ipsam verbi omnibus suis partibus perfecti substantiam insinuatam esse, id adeo veri simile non est ut dubitari oporteat an omnino verum non sit. De nominibus certe quae illi afferunt, *κυδάλιμος* etc. controversia nulla est quin extrinsecus creverint sicut alia paragoga tum hujus literae *διψαλέος*, *πειναλέος*, tum aliarum *λεπτακινός*, *δεψακερός*, *πευκεδανός*, *πυράμινος*, de quibus scripsi ad Aj. p. 403. Ac ne de verbis quidem concedimus. Nam ut *ἁρπαλίζω*, *κροταλίζω*, *ῥυπαλίζω*, *στροφαλίζω*, *τροχαλίζω* a nominibus ducta sunt quae omnes norunt, sic illis verbis quae hoc fundamento carent, *ὀρταλίζω*,[2] *ποιναλίζω*, *πυκταλίζω* novitiaque *καψαλίζω* et *ῥογχαλίζω* sive *ῥουχαλίζω*, et circumflexa *καγχαλάω*, *ἀρταλέω* (*Ἠρταλέοντο ὡπλίζοντο* Hes.) nomina substrui possunt oblivia, obliterata aut etiam cogitata magis quam usu percepta; nam Graeci in derivandis vocabulis non semper ad id quod dictum est sed ad id quod dici potuit animum dirigunt. Ac nominis, unde *δαμαλίζω* pendet, memoriam unus servavit Hesychius *Δάμαλος* sive *δαμάλης ὁ δαμάζων*, saepiusque liquida aut in primitivo anticipata est: *βρύλλω* — *βρυαλίζω*, *στωμύλλω* — *διαστομαλίζομαι*, aut in confinio latet: *ἁρμαλόω* — *ἁρμαλιά*, *κογχαλίζω* (*ἀπὸ τοῦ ἤχου τῶν κόγχων*) — *κογχύλη* et *κοκάλιον*. Difficilior est enodatio trium verborum quae Eustathius affert; nec desperanda tamen. Sic enim statuo, *μαλάσσω* non a *μάσσω* profectum esse sed utrumque a *μάω*, quod eandem depsendi, subigendi et molliendi significationem habuisse apparet ex Hesychii glossa *Μάσσαι φυρᾶσαι*, a *μάω* certe, non a *μάσσω*. Hinc igitur *μάσσω* extitit ut ab homonymo *μάω* (*μαιμάω*) *μαιμάσσω* et a *θλάω* *θλάσσω*, *δράω* *δράσσω* (*δρήσσω*), *τμάω* *τμήσσω*. Quod si sermonis architecti a *μάω* primum *μάλλω*, dehinc *μαλάσσω* propagassent, sic ut a *ψάω* — *ψάλλω* — *ψαλάσσω*, suus cuique constaret ordo; sed illi interrupto, ut saepe fit, rerum

2) *Ἀπὸ τοῦ ὄρω ὀρτός καὶ πλεονασμῷ ὀρταλίζω* Schol. Arist. Eqq. 1555. Hortensii cognomen Ortalus Valckenarius in Callim. p. 60. graecum esse putat ut *ὀρταλίς*, *ὀρτάλιχος*. Mihi rectius Hortalus scribi videtur ut Fundanius Fundulus, Furius (Fusius) Fusus v. Sigon. ad Liv. XXXIX. 7, 10. Marcus Marcellus, Titus Tatius, hisque similia Hostus Hostilius, Vibius Vibianus, Claudius Claudianus, Aelius Aelianus, Aelia Aelias etc.

tenore a primo transiluerunt ad tertium. Duo quae restant, *σταλάζω* sive *σταλάσσω*, *ἀνασταλύζω*[3] et *παλάσσω*, si ad *στάζω* et *πάσσω* referimus, inevitabilis est epenthesis concessio. Sed effugium qualecunque praebent Philoxeniana themata *στῶ* et *πῶ*, quae quamvis ab aurium consuetudine abhorreant, tamen non negem fieri posse ut et verbis illis materiam praebuerint et nominibus *στίλη*, *σταληδών*, *πηλός*,[4] cujus synonymon *πάσκος* limus indicium praebet verbi puri *πάω*, unde et *πάσσω* oriri potuit et *πάλλω* ut a *σῶ*, cui *σείω* successit, *σάσσω* et *σάλλω*.[5] Fundus hujus texturae et quasi stamen est lambda, quod ut in omni vocabulorum fabricatione partes magnas agit, ita saepissime verbis inseritur puris: *ψάω ψάλλω*, *βδέω βδύλλω*, *βύω βύλλω*, et a thematicis *σκάλλω*, *σάλλω*, *στέλλω*, *σκύλλω*. *Φάλλω* *video* si fidei satis habet[6] certe a *φάω* *luceo* ductum est, unde

---

3) Hinc *νεοστάλυξ νεοδάκρυτος* Hes. ut flentes verba singultim et quasi guttatim proferunt. Calpurnius ***stillantes voces*** et ***singultantia verba*** balbutientibus tribuit. Et corvi glutientes *τοὺς σταλαγμοὺς μιμεῖσθαι* dicuntur v. Voss. ad Arat. 972.

4) Hesychius *Παλάξαι βρέξαι· ἔνθεν καὶ πηλὸς γῆ βεβρεγμένη.* Hinc fortasse *πάλμα* palus, quod et *πέλμα* scribitur v. Du Cang. et antiquum *τέλμα* et *τελμίς ὁ ἐκ τελμάτων πηλός* EM. Similiter variant *τερμησσός* et *Περμησσός* v. Hermann. Opusc. T. VI, 1. 153. *Τενθεύς ὁ Πενθεύς παρ' Ἑκαταίῳ* Phot. *ταώς* pavo, *κάλλαιον* palea etc.

5) *Κατασεσαγμένα κατασεσεισμένα* Hes. ubi *κατασεσαλαγμένα* corrigunt contra ordinem literarum nullaque idonea ratione. Nam *σάσσω* ***confercio*** nihil aliud est quam *σείω* ***conquasso***; quassando enim laxa raraque stipamus, id quod Graeci dicunt *κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν* Harpocr. s. *Παρακρούεται.* Hinc *μέτρον σεσαλευμένον* in Evang. Lucae VI. 38. quod Lutherus vertit ***ein geruettelt Maass***, significat *σεσαγμένον* sive *κορυστόν* plenum. Eoque intellectu Agathias *σαλάσσω* posuit Anth. XI. n. 57. *γαστέρα μὲν σεσάλακτο γέρων εὐώδεϊ Βάκχῳ*, non pro *σεσάλευτο* ut Jacobsius statuisse videtur ebrios *οἴνῳ σαλεύεσθαι* demonstrans Animm. T. XI. 70. sed pro *σέσακτο* ***plenus erat***, cujus significationis raritate Scaliger permotus est ut *ἐσέσακτο* corrigeret.

6) *Φάλαι ὅρα σκόπει*, Hes. quod incertum utrum tertia persona sit *φαλᾷ ὁρᾷ σκοπεῖ*, an imperativus *φᾶλαι* similis homerico *φῖλαι*. Hinc ortum est *παμφαλᾶν τὸ μετὰ πτοιήσεως περιβλέπειν* Schol. Ap. II. 127. quod fit crebro motu et nictatione oculorum, motum autem spissum et vibrantem exprimit verbum *ἀμαρύσσειν*, unde *ἀμάρυττα ὀφθαλμοὶ* et *κιλλαμαρύζειν ἰλλώπτειν* Hes. idemque *ἀμαρύσσειν* et *μαρμαρύσσειν*

et φαλός lucidus et φάλη sive φάλαινα papilio, italice *farfalla* a volatu trepido et crispante, quem declarat epitheton παιφάσσουσα φάλαινα Nic. Ther. 760. cf. Menag. Origin. p. 557. et verba quibus oculorum nictatio omnisque motus creber et coruscus exprimitur παμφαλάω, παιφάσσω. Eademque consona etiam ad paragoga transit σαλεύω, σαλάσσω, σκαλεύω, ψαλάσσω, et non rare cum his nascitur. Ita a σπάω processit σφαλάσσω pungo, unde σφάλαξ spina acuta et ἀσπάλαθος παρὰ τὸ σπῶ EM. indidemque σπαλύσσω, cujus synonymum σπαράσσω a primitivo σπάω diremtum est interpositu formae secundariae σπαίρω. Neque non credibile videtur verbis πάλλω et παλάσσω praestructum esse πάω id est παίω, cujus significatio duplex, una transitiva tundendi, altera neutralis irruendi, ut Lycophro dixit εἰς ἄρκυν ἐμπαίει[7] βρόχων v. 104. Utramque vero habet verbum derivatum; activam in Callim. Del. 78. Ἀσωπὸς πεπάλακτο κεραυνῷ id est ἐπέπληκτο, alteram in Thuc. VII. 84, 3. περὶ τοῖς δορατίοις καὶ σκεύεσιν ἐμπαλασσόμενοι[8] id est ἐμπίπτοντες ut Suidas ex h. l. interpretatur, aliisque locis ubi aves piscesque τοῖς δικτύοις ἐμπαλάσσεσθαι vel ἐμπλάσσεσθαι hoc est impingi dicuntur; nam παλάσσω et πλάσσω idem est verbum ut ταράσσω et θράσσω, nec diversum πλήσσω in homerico loco ὅταν κίχλαι ἕρκει ἐνιπλήξωσι a verbo herodoteo ἕρκεσιν ἐμπαλασσόμενοι. Quod restat, Hesychii glossa Ἐδαλάχθη ἐδήχθη ἀπώλετο nescio an sic explanari possit, ex verbo δάω, cujus est multiplex metaschematismus δαίω δάπτω δάκνω ἀδάχω, conflatum esse δαλάχω assumto lambda quod in alio hujus familiae verbo δηλέομαι residet. Sic igitur si non omnia, quibus Grammatici syllabam $\overline{\alpha\lambda}$ inferciunt, sed pleraque certe

---

dicitur de tripudiis. Sic etiam germanica *blicken* et *blitzen* principium commune habent *blich*.

7) Ἐμπταίει quod codd. nonnulli praebent, verbum idem est consona auxiliari auctum.

8) Schol. interpretatur ἐμπλεκόμενοι, quod cum illo saepe commutari potest sed re diversum valet. In Aeliani loco quem Suidas s. Ἐμπλασσόμενοι affert τοῖς φίλοις ἐμπλασσόμενοι ἀπέσφαττον αὐτοὺς ὡς πολεμίους, et ἐμπίπτοντες intelligi possunt et ἐμπλαζόμενοι **inerrantes**, quam significationem verbo Thucydideo tribuit Dio Cassius.

liquidam ex vicinia traxisse videntur. Neque haec solum consona asciscitur sed quaelibet aliae modo ex occultis fontibus influunt modo ex contiguis. Ut a σῶ (σείω) σαβάξαι σαλεῦσαι Hes. sic a ῥῶ ῥαίω pavio, unde ῥαιστήρ malleus, productum est ῥαβάσσω et ἀῤῥαβάσσω significandis saltantium tripudiis qui πέδον ῥήσσειν dicuntur; et ab eodem principio sed mutato paullum intellectu ῥαθάσσω, accedente dentali quae in ῥαθαπυγίζω apparet. Ab homonymo autem, quod in ῥάσσατε superest, non solum ῥαίνω sed etiam ῥαθαίνω et ῥαθαμίζω. Quae universa adminiculo nominis destituta sunt, sive id casu evanuit sive nunquam substructum est. Namque sermo, ut paullo ante dicebam, nunc velut ex praescripto alterum alteri affingit et adstruit: φλέω φλῆνος φλανύσσω, πλάσσω (πλήσσω) πλάτη remus, quem Herodotus πλῆκτρον dicit, πλατάσσω Suid. s. Πλαταγώνιον — παίω pavio depuvio πάτος (quasi pavimentum) πατάσσω, κλάω κλάδος κλαδάσσω,[9] θραύω θραῦλος θρυλίζω seu θρυλίσσω; nunc media premit, ut ab eodem θραύω natum est θρανύσσω, et accessu liquidae ab ὀπάζω ὀπαλίζω Ἐνωπάλιζεν ἐνέτεινεν ἐνεδίδου Hesych. quod injuria attentatur, ab ὀπίζω (ὀπίζομαι) ἐνοπηλίζω ἐμβλέπω Hes. ab ἄγω ἡγέομαι ἡγηλάζω. Verum de insitione syllabarum de integro exponam ubi ad extremum pervenero; nunc de accretione dicere propositum est.

§. 2. Primum igitur verba terminationem $\overline{\alpha\lambda\lambda\omega}$ accipiunt, ab ἄγη vel ἄγαμαι ἀγάλλω, ab ἄχος vel ἄχομαι ἀσχάλλω, ab εἴδομαι vel εἶδος εἰδάλλομαι et ἰνδάλλομαι, a stirpibus pure terminatis ἰάλλω sive ἰάλλω, πιάλλω i. q. πιαίνω, interposita nonnunquam consona quae ex derivatis recinit ψάω — ψαδαρός ψαθυρός ψωθίον — ψαθάλλω, quod Pollux II. 174. cum ψαλάσσω, Moeris cum attico ψηλαφῶ componit; κνάω — κνήθω κνίζω κνίδη — κναδάλλω, ut a σπάω σπαδών σπάδιξ σφαδάζω i. q. ἀσπαίρω et σφύζω.[10] A ψόθος ὁ ψόφος Theogn. II. 54.

9) Hoc tamen quo longius discessit a significatione nominis, eo suspectius; neque αἷμα κλαδασσόμενον Empedocles scripsisse videtur sed κλυδασσόμενον, quo Diogenes V. 66. utitur.

10) Ἐσπάρασσεν ἡ καρδία μου Jerem. IV. 19. pro ἔσπαιρε v. Co-

ψοθάλλειν ψοφεῖν Hes. *παρὰ τὸ δαίω παραγωγὸν δαιδάλλω πλεονασμῷ τοῦ δ̄* EM. 251, 8. vel potius anadiplasiasmo. Hinc ad nomina procedimus: *πάσσαλος ἐκ τοῦ πήσσω πλεονασμῷ τῆς ᾱλ̄ συλλαβῆς* Eust. p. 1358, 63. qui paragogen dicere debebat, *αἴθαλος, βράχαλος ὁ χρεμετισμός* Hes. *διδάσκαλος, πτύαλον, πέταλον (πέτω πετάννυμι), ἐκ τοῦ πιεῖν ἡ φιάλη* Eust. 561, 15.[11] Haec a barytonis oriunda. A circumflexis *σπάω ἄσπαλος ἀσπαλιεύς* et *ἄσπαλον τὸ σκῦτος* (cutis corpori detracta) Hes. *ἀμάω ἀμάλη* et *ἄμαλλα*, a *φυσάω (φῦσα) φύσαλος*. A futuris Grammatici arcessunt *ἴξαλος* quod melius ignoratur, et *κονίσαλος* Eust. 375, 25. EM. 528, 53. *ἀνίψαλος ἀβλαβής ἀπὸ τοῦ ἴψω* Cram. I. 205. A verbalibus quae perfecti medii formam sequuntur, *Ῥόπαλος* Paus. et *ῥόπαλον* i. q. *ῥόπτρον, στρόφαλος* v. Fabric. ad Marin. p. XXVIII. *τρόχαλος* cum adjectivo *τροχαλός*. *Κρύφαλος*[12] et *κεκρύφαλος ὁ κορυφιστήρ* utrum proprie capital declaret a *κορυφή*[13] an *καλύπτραν* a *κρύφω*, in incerto habetur; sed *σκάφαλος ἀντλητήρ* Hes. manifesto a *σκάφη*. Cum verbis cohaerent etiam *κρότος* unde *Κρόταλος*[14] et *κρόταλος* (omiss. in Thes.) Theophylact. Epist. X. 16. ed. Meurs. et *κάπη (κάπτω) καπάλη, κύμβη* sive *κύμβος (κύπτω) κύμβαλον*. Ad aliud nominum genus pertinent *βυσσός — βύσσαλοι βόθροι* Hes. *γυῖον τὸ κοῖλον — γύαλον* Schol. A. ad Il. XVIII. 517. δρῦς — *Δρύαλος* Centaurus (ut *Δρύας*) dama — *δαμάλη, Κνώδη θηρία* Hes. *κνώδαλον, σκύτος (σκῦτος) τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα καὶ ἡ*

---

raes ad Plut. T. IV. 429. *Ἀποσπαράσσειν* et *ἀποσπαρθάζειν* Glossographi interpretantur *σφύζειν*. Photius *Ἐσπάριζεν οὐκ ἐσκάριζεν*.

11) Fortasse ab *ὕαλος*, quod Schneiderus a *χύω* repetit; alius cum *σίαλος, σιγαλόεις, φιαρός* composuerit, quibus omnibus inest significatio splendidi.

12) *Κρύφαλον σαβακάθιον* Hes. *τοῦ κρυφάλου* Oribas. de Fract. XIX. 102. et pro *Κεκρυφαλία* Aristid. Panath. p. 155. cod. Barocc. *Κρυφαλία* praebet.

13) *Παρὰ τοῖς νεωτέροις ἐκτείνεται τὸ ῡ τοῦ κεκρύφαλος* Schol. Il. XXII. 469. fortasse quia concisionis (ex *κορυφή*) speciem praebet. Apud Hesychium *Κροβάντιον πόλιον* scrib. *πιλίον*. Alibi *κορυβάντιον* dicitur v. ad Aj. p. 374. not.

14) *Κρόταλος* et *Κρόκαλος* miscentur Sch. Pind. Ol. I. 127. ut crotalistriae nomen *ἡ Κροκάλη ἐκρότει* Lucian. Dial. Meretr. XV.

κεφαλή EM. *σκύταλον* collum vel cutis colli Sch. Arist. Avv. 1284. et *σκυτάλη* scutica nisi errat Hesychius. Homericum *οὐδ' ἄλα δοίης* nonnulli *οὔδαλα* scripserunt hoc est *κόπρια ἃ παρὰ τῷ οὔδει κεῖται* Sch. Od. XVII. 455. inepte quidem. Ab adjectivo *κυφός* Meletius de Nat. Hom. I. 52. *κεφαλή* derivatum putat, cujus nominis species plurimae sunt: *γαβαλή* et *κυφή* ap. Hesych. *κυβή* Schol. Phoenn. 1151. in sermone vulgari *κόβη*,[15] *κύμβη*, *σκυφίον*, *σκουφία* v. Du Cang. s. *Κόβη* et Coraes ad Plutarch. T. I. 441. Adjectiva autem ipsa partim a verbis oriuntur homoteleutis *αἴκαλος*, *δαίδαλος*, *ἀταλός* et *ἀτάσθαλος*, quanquam de his dissident doctorum judicia v. C. II. §. 1. partim ab adverbiis: *ἀπὸ τοῦ ἦκα παραγωγὸν ἤκαλος καὶ κατὰ συστολὴν ἄκαλος* Suid. et EM. (ubi rectius *ἀκαλός*) a *χαμαί χθαμαλός* vel ut nunc dicunt *χαμαλός* v. Coraes ad Strab. p. 212. et ab *ἀγκάς* non solum *ἀγκάζομαι* sed etiam *ἄγκαλος*, *ἀγκάλη*, *ἀγκαλίζομαι*. Pars etiam ab adjectivis: *βαύκαλος παρὰ τὸ βαυκός* EM. a *σιμὸς σίμαλος* Tzetz. Posth. 377. (omissum in Thes.) et proprium *Σίμαλος* Anth. IX. n. 744. Anacr. Fragm. CXXI. *ὁμός ὅμοιος ὁμαλός*, *στραβός στραβάλος* (sic) Hes. *εὔτροχος εὐτρόχαλος*, *ὑπέρβιος ὑπερφίαλος*, quod alii pro *ὑπερφυής* accipiunt v. Nitzsch. ad Odyss. IV. v. 659. ab *ὠκύς ὠκύαλος παραγωγή ὡς Ἄταλος*, *Βάταλος* Schol. Il. XV. 705. v. Adn. ad Aj. 708. De duobus hariolantur Grammatici: *ἀμάνδαλον Ἀλκαῖος τὸ ἀφανὲς ὑπερθέσει ἀντὶ τοῦ ἀμάλδανον ἀπὸ τοῦ ἀμαλδύνω* EM. et *ἀμίσαλλος ἀντὶ τοῦ ἀμίσγαλλος ὁ μὴ ἄλλῳ μισγόμενος κατ' ἔνδειαν τοῦ γ̄ οἷον ἀμίσαλλοί τε γέροντες* EM. quo qui usus est sive Callimachus ut Naekius suspicatur in Mus. Rhen. T. V. p. 4. sive quis alius, non video cur consonam verbi nativam exscindere quam *ἀμίξαλλος* fingere maluerit vel

---

15) *Κῶθος ὁ κωβιός* Theogn. Cram. II. 54 quem piscem a capite ita nominatum esse ostendit epitheton *κωβιὸς ἠϋκάρηνος* Marcell. Sid. v. 24. *Κάπια σκόροδα* Hes. latinum *caepe* vel porrum *capitatum*. *Γαβαλή* illud accentum habet synonymi *κεφαλή*, quod tamen unum in *αλη* oxytonon esse tradit Herodianus *π. Μον.* p. 39. *τὸ γὰρ ἀλαλὴ οὐ φύσει τρισύλλαβον*, quo apocopen *τοῦ ἀλαλαγή* significare videtur. Alii *ἀλάλη* scripserunt EM. sed Arcadius sine dubio *ἀλαλή*, non ut editum est p. 105. ubi pro *δειμάλη* praestat *δαμάλη* ponere quam cum L. Dindorfio Thes. *Δυμάλη* urbis Illyricae nomen obscurissimum.

ut compositum ab *ἄλλος* (quanquam haec insolita est compositio) vel ut simplex a *μίξω* derivatum producta penultima ut *τετρακέφαλλος*. Sic et *ἀμιχθαλόεσσα* pro *ἄμικτος* sive *ἀμιγής* dici volunt interposito theta ut *ἄχιθος*, *μόχθος*. Alii vero *μιχθαλόεσσα* scripserunt et *ὁμιχλώδης* interpretati sunt.[16] Ac res certa est ante hanc terminationem primitivorum formas varie interpolari vix ut recognosci possint. Nam consonae mutantur *στρέφω* (*στρεύγω*) *ἀστράγαλος* *verticillus* et indidem *στραγγάλη*, unde *στραγγαλοῦται συστρέφεται* Hes. *κοντός κύνδαλος*, *ὄμπνη* (*ὄμπνιος*) *ὀμφαλός* Schol. Nic. Al. 7. nisi potius ab *ἄμβη ἄμβων* umbi-licus. Nec raro interponuntur, modo dentales: a *βύω βύθαλον βύσμα* Hes.[17] a *σπάω σπατάλη*, a *ξύω* (*ξύλον*) *σκυτάλη* ut Nitzschius censet in Hist. Hom. I. 75. et *σκύταλον* clava, a *σανίς σάνδαλον* sive *σάμβαλον*, a *σκάνος κώλυμα* — *σκάνδαλον ἐμποδισμός* offendiculum, proprie quidquid in transverso positum est, praecipue transenna sive linea transversaria tendiculae, cognatum cum *σκαιός*, *σκαμβός*, *σκάζω*, quibus omnibus inest significatio transversi et obliqui. Modo labiales: *κρούω κρούπαλον*, *κάρα κραιπάλη* cognata caro, *δονεώ δνοπαλίζω*, *σκάς σκώρ σκύβαλον*, *κρέκω* (*κρούω*) *κρέμβαλον*, *βοῦς βούβαλος*, *ὗς ὑβάλης* sive *συβάλης λάγνος* Hes. i. q. *σύβαξ συώδης*.[18] Gutturalis accessione increvisse videtur *γραύκαλος ὄρνις τεφρός* Hes. a colore cineraceo sive ravo, quasi *γραῖος* gravastellus, nam haec sine dubio inter se continuata sunt; *graculus* autem, quod Kuesterus confert, a clamore potius; nam graculi (*κολοιοῦ*) epitheton consuetum est *κραυγός* sive *κραγέτης*. Quomodo a *πτύω* derivatum est *πτύαλον* pituita, sic ab altera hujus verbi forma *ψύω* *spuo* natum est *σίαλον* *saliva*,[19] ut *ψύττα σίττα*, *ψελλίζω σελλίζω* etc. Dein,

---

16) Heynius ad Il. XXIV. 753. e Schol. Vict. affert versum a Bekkero omissum *αἴ κεν ἀμιχθαλόεσσαν ἀπήεθα ηε θαλάσσης*, fort. *καί κεν ἀμιχθ. ἀπήιε θῖνα θαλάσσης* **abiisset ad** —

17) Salmasius Plin. Exerc. p. 129. D. masculinum ponit *βύθαλος* simile latino **botulus** farcimen.

18) Labialis gliscit etiam in *σύμβρος κάπρος* Hes. *συφεός*, subare, subulcus, nisi hoc homoeosemo bubulcus accomodatum, aut beta utriusque ex digamma, **suvis, bovis,** ortum est.

19) Recte distinguit EM. 712, 3. *πτύαλον τὸ ἀποπτυόμενον κατὰ*

quia pituitosa et pinguia nitere solent, *σίαλος* adeps dicitur et adipatus, *σῦς σίαλος pinguis et nitidus bene curata cute porcus*, uno verbo *λιπαρός*, additaque gutturali *σιγαλόεις* nitidus, *σιαλῶσαι* sive *σιγαλῶσαι* nitidare et *νεοσίγαλος*. Sunt vero alia altius abstrusa: *Σκίταλοι* nequitiae praesides, quod nomen Meinekius Com. Fragm. T. II. 353. cum *σκιτών futilis* comparat, alii cacemphatis *σκίνδαρος*, *σκινθαρίζω*, *σκιμαλίζω* similius putant. In Gloss. *κήδαλον penae* et *penae κήδαλον* corrigunt *penis* ex Hesychio *Κήδαλον αἰδοῖον κέρας σκάλευθρον*, quibus si adhibemus verbum ab eodem relatum *Κηδάζει καθαίρει κηδαλίζει*, et ad haec meminerimus veteres ad purgandas sordes caudis leporinis bubulisque usos esse pro penicillis v. Arist. Eqq. 909. Virg. Mor. 23. non dubitabimus latinum *coda* primitivi loco ducere.[20] Quod vero idem affert *κίδαλον κρόμμυον*, propius accedere videtur ad *κίταλον*, quo Graeci nunc crustam panis significant similem folliculis caeparum aliarumque frugum, quos antiqui *χιτῶνας* et tunicas dicere solent.[21] Interim haec eo minus assevero, quo plura restant inexplicabilia, velut arborum nomina *θραύπαλος*, *πρόμαλος* et animantium *ἄστραλος ὁ ψαρός* Hes.[22] *δάνδαλος*,

---

προαίρεσιν (sputum) *ὁ δὲ σίαλος αὐτομάτως ῥεῖ*, sed non servatur discrimen. *Σιαλίς βλέννος* Hes. vel pituitam significans vel piscem *βλέννον* similem mugili sive *μυξίνῳ*, nam *μύξα* et *βλέννος* idem.

20) ***Codam antiqui penem vocabant unde et peniculi quis calciamenta terguntur**, quod e codis extremis fiebant* Fest. Idem fortasse est *Κόθημα ἐπὶ τοῦ αἰδοίου* Hes. Penis autem, unde pipinna et penita offa, ab adjectivo ***pennus*** acutus ductum videtur, ut et *pennatae agnae* hoc est spicae cum aristis Fest. Spica vero hordeacea quum sit penicilli simillima, non mirum est penem dici *κριθήν* Hes. qui pro *κρίθον ἐπώνυμον ἀνδροκιδάλου* sic scripsisse videtur *κρίθων ἐπώνυμον* (*παιδός*) *ἀνδροκηδάλου* ut *ἀνδροσάθων ὁ ἀνδρὸς αἰδοῖα ἔχων*, uno verbo *σάθων*.

21) Hinc *ἐγκαψικίδαλοι* mihi dicti videbantur famelici, qui caeparum, bulborum farrisque et aliarum frugum glumas et putamina sublegerent. Mendosam scripturam *καψιπήδαλος* Hesychius interpretatus est ut potuit *ὁ μετὰ τῶν τὰ ἄλφιτα διδόντων ἁλλόμενος*, quasi ex *κάψαι* et *πηδᾷν* componi possit *καψιπήδαλος*. Num quis credat mustelam quae inter currendum parere creditur, *θρεξιγένναλον* dici potuisse?

22) Non admodum incredibile est germanicum ***Staar*** latinumque sturnus cognationem habere cum graeco *ψάρ*, ejusque nominis aliam

σπίνδαλος, aliarumque rerum *αἰβάλη ἡ θύρα*, *τρυφάλη* sive *τρυφάλεια*,[23] *ἀμύγδαλον*, *κάκαλον*, *νώγαλον*, *ἠπίαλος*, *αὐτοκάβδαλος*, *μάνδαλος*[24] etc. Nec minus precaria est nominum propriorum interpretatio *Μαίμαλος* a *μαιμῶ* Eust. 1054, 22. *Σκίρταλος* a *σκίρτος σκιρτῶ* v. Aglaoph. 1311. *Πίτταλος* Aristoph. a *πίττα*,[25] cujusmodi multa proferri possunt; sed conjecturarum satis nimiumque.

§. 3. Exceptis paucis, quae carminibus indicta, haec quae enumeravi vocabula alpha breve, lambda simplex habent. Dicam nunc de contrariis. Arcadius praeter ignotum *κίαλλος*, cui *ἴαλλος* vel *Δίαλλος* substitui potest, duo affert trisyllaba *κρύσταλλος* a *κρύος* ductum unde *κρυσταίνω*[26] et *ὄκταλλος ὁ ὀφθαλμός παρὰ Βοιωτοῖς*. Sed extant plura: *θύμαλλος* piscis, cui nomen a flore inolevisse Ambrosius tradit v. Schneider. Hist. Pisc. p. 23. et Isidorus XII. 6. sed herbae nomen, quam alii *θύμιον* vocant, apud Dioscoridem *θύμαλον* scribitur; *κάρταλλος* fiscella simile latino *crates* graecisque *κράδη κράδαλος*, tum *σύκαλλος* Med. Mosq. p. 6. propriumque *Μέγαλλος προπαροξυτόνως ἐν διλαμβδίᾳ* Eust. 1843, 17. quod saepius *Μέταλλος* scribitur v. Meinek. ad Com. Fragm. T. II. 323. ab etymo ignoto ut *μέταλλον* et *μεταλλᾷν*, in quibus mirifice lusit Lexilogus I. 40. Penultimae natura longae exempla ille nulla affert praeter propria; nam *τάβαλος* sine dubio est viri nomen Herod. I. 154. Neutrum *γνάφαλον* sive *κνέφαλον* a *κνάφος* et *κνέφος* ductum saepius per *λλ* scribitur v. Tzschuck. ad Strab. IX. 357. probante Meinekio l. c. T. I. 75. Illis Arcadius continuo subdit quae supra tres syllabas habent *ἀρύβαλλος*, *περίαλλος*,

---

fuisse formam *στάρ* ut *ψία στία*, unde pauculis gressibus illuc quo volumus perveniri potest.

23) Hoc Buttmannus a *τρύω* repetit. Facilius assentiar *ψάκαλον*, quod Herodianus Epim. p. 154. *ψαίκαλον* scribi jubet, a *ψακάς* s. *ψεκάς* derivatum esse (ut *δρόσοι*).

24) Idem *μάνταλος* scribi docet Du Cang. contraque urbis nomen *Μάνταλος* Steph. v. Eckhel. Doctr. III. 167. in cod. Rhed. *Μάνδαλος*,

25) Idemne est nomen *Πύτταλος* Paus. VI. 16, 7?

26) Sic etiam a cruor crusta ut a *πύος* pus, pustula. Sed verba pura alio deflexa sunt in lustrum (*λύτρον*) flustrum.

αἰγίθαλλος, quae proparoxytona esse, oxytona vero quae a kappa ordiantur *κραπαταλλός* et *κορυδαλλός* (bardala) quorum omnium aut etymologia incerta est aut scriptura. *Κορυδαλλός* ex confesso paragogum sed interdum unum lambda et accentum ante ultimam habet longa tamen vocali ut *κορυδάλη* Epicharm. Ath. 398. D. Et *κραπαταλλός* nonnunquam barytonum semelque brachyparalectum esse docet Meinekius Com. I. 288. *Αἰγίθαλλος* contra persaepe *αἰγιθαλός* scribitur etiam ubi caprimulgum significat ut ap. Anonym. de Avib. in Crameri Anecd. Paris. T. I. p. 27. a verbo *θάω* productum ut *αἰγιθήλας*. Sed Arcadii sententiam ratam habet vir doctissimus, quem in hoc sermone identidem appellavi, ad Com. T. II. 826. Huic quod antecedit Hesychius obscure indicat copulatum esse *Περίαλλος τὸ ἰσχίον ὅταν εἰλεῖται* significans *ὅτι εἰλεῖται* vel *παρὰ τὸ εἰλεῖσθαι*, idemque *ἀρύβαλλος* conjunctum esse dicit *ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν εἰς αὐτόν*, quae sane mirabilis est junctura magisque conveniens arytaenae quam marsupio sive crumenae[27] nisi forte balneatorum trullae sive aryballi fuere culei ut saepe crumenae et sacciperia ex corio confieri solent. Transmissum illic *νεκύδαλος* (a *νέκυς νέκυδος*, quod non lectum est) non solum hoc modo scriptum reperitur sed etiam *νεκύδαλλος* in multis libris Aristot. H. Ann. V. 19. p. 551, 12. et alibi acuta ultima v. Boisson. ad Epim. 227. Pro *Ἐρύαλος* in exitu versus apud Homerum et Quintum nunc *Ἐρύλαος* substitutum est v. Spitzner. Observ. ad Quint. p. 175.[28] Brevem penultimam habet *κονίσαλος*, quod qui *κονίσσαλος* scribi jubent, ut et veterum nonnulli et inter nostros Meinekius ad Euphor. p. 72. nescio an compositum

---

27) *Βαλλάντιον* sive *βαλάντιον*, cujus alpha anceps, pariter ad *βάλλω* referunt, quod vocalem brevem habet. Marsupium latine *follis* dicitur, quod Salmasius graecum *θύλακος* esse putat; et follis etiam pecuniae summam significat quam Byzantii *βαλλάντιον* vocant ut hodieque in re numaria Turcarum *Beutel* usurpatur. Errat igitur Corais ad Heliod. 299. hoc *φόλλις* et antiquum *φολίς* idem esse putans.

28) *Ἐρύαλος* quod Welckerus de Cycl. Epic. 362. cum *ἀρύβαλλος* componit tanquam synonymum, nusquam legitur, neque intelligo quo argumento Goellerus de Syrac. p. 56. nomen loci Syracusis vicini *Εὐρύηλος*, quod Livius Euryalum vocat, cum *ἧλος* compositum putet.

crediderint ut πολισσονόμος, ab εἰλέω vel ἀλής eodem fere intellectu quo κονίορτος. Prorsus ignotum κηκίβαλος, utrum compositum sit ut προβαλλός ἡ ἀσπίς Arcad. 54. et semigraeca fundibalus (σφενδοβολιστής) fustibalus,[29] an simplex, et quomodo pronunciandum. De tritoclitis idem p. 31. ὀξύνεται τὰ εἰς δύο λλ εἰ μὴ ἐπιθετικὰ γενόμενα ἀπὸ τῶν εἰς ης, κορυδαλλίς, ἀναβαλλίς, συκαλλίς, μοιχαλλίς, θρυαλλίς· τὸ μέντοι κάβαλλις βαρύνεται, quod femininum esse videtur substantivi καβάλλης ut δαμάλης δάμαλις, namque uno lambda scribitur urbis nomen Κάβαλις ὡς Νάρμαλις Steph. s. Νάρμαλις, sicut aliarum urbium Σύαλις, Φίβαλις, Caralis v. Intt. ad Sil. Ital. IX. 380. paludisque Κώραλις.[30] Συκαλλίς editores praeferunt in Arist. H. Ann. IX. 1. p. 619, 18. Aelian. H. A. XIII. 25. etc. Athenaeus vero II. 65. B. Epicharmum quidem hoc usurpasse metri causa, sed melius scribi δι' ἑνὸς λ ὡς παρώνυμον.[31] Quae si valeret ratio, in vitio essent χρυσαλλίς Arist. l. c. V. 19. p. 551, 19. de Gener. Ann. II. 1. p. 733, 14. θρυαλλίς cujus longa est media, et πυραλλίς eadem ut videtur mensura Ath. IX. 394. D. Med. Mosq. p. 6. Lucian. Dial. Meretr. c. XII. (ubi est mulieris nomen) quod et πυραλίς scribitur et πυῤῥαλίς velut a πυῤῥός. Μοιχαλίς hoc uno modo scriptum reperi ad Phryn. 452. sed sine ulla significatione quantitatis. Praeter haec longam penultimam habent φυσαλλίς et τρωξαλλίς, quae verbalia videntur, plantarumque nomina ἀκακαλλίς et ἀναγαλλίς sive ἀγαλλίς quae et αἰγῖτις dicitur, et proprium Κοναλλίς Comic. Fragm. p. 608. T. III. hoc tamen in Ven. uno lambda scriptum etymo incerto. Nullius poetae testimonio innotuerunt πιφαλλίς ἡ πίφιγξ Hes. quae antea πιπαλίς vocatur et alibi πιπώ, et μαθαλλίς sive μασθαλίς poculi nomen quod Eu-

---

29) In sutriballus et veterivallus i. e. veteramentarius Cramerus ad Juven. Schol. p. 94. nomen *bajulus* sibi agnoscere videtur; de παρδόβαλλος pardorum curator, quod afferre neglexit, res certa est.

30) Minus recte Καβαλλίς in cod. Strab. XIII. 631. et Καβαλίς Steph. s. h. v. nec sine vitio κορυδαλίς herba Galen. Simpl. Med. XI. 361. T. XII.

31) In Schol. Pind. Isthm. IV. 104. Ἡρακλῆς ὑπὸ Σικάλου ἐκαθάρθη scribendum est Συκάλου. Nam ficus arbor lustralis erat v. Aglaoph. 703.

stathius a *μασθός* repetit. Brachyparalecta Arcadius acui dicit si syllaba prima in $\bar{\upsilon}$ exeat sequente consona *πανθαλίς ἡ θεράπαινα, ἐγκαλίς, πενταλίς*, quae sic scribi oportet *Πανθαλίς ἡ θεράπαινα Ἑλένης* ut Pausanias tradit X. 25, 2. *ἀγκαλίς, δενδαλίς*. Hisque adjicienda videntur *καυσαλίς ὁ πυρετός* et *καυχαλίς ἡ φλύκταινα* Hes. hoc est pustula quae gloriantibus et mentientibus enascitur aliter *ψύδραξ* dicta a *ψεύδω* v. Interpp. ad Theocr. IX. 3. quorum etyma in propatulo; tertiumque avis nomen *κερκιθαλίς ἐρωδιός* ut in cod. scriptum est pro *κερκιθαλλίς*, quod magis cum *αἰγίθαλλος* convenit.[32] Tum omnia quae per $\bar{\delta}$ declinantur, *δορκαλίς, καυκαλίς* herba dauco similis, *μαιναλίς*,[33] *μυρταλίς* frutex (ut *Μυρτάλη*) *ὀξαλίς, τροφαλίς*, et fortasse *βωκαλίς* avis nomen et *ἱμαλίς* sive *σιμαλίς* Cereris cognomen, quorum mensura parum constat. Postremo barytona quae accusativum in $\overline{\iota\nu}$ mittunt *βαύκαλις, βούβαλις, δάμαλις, πάρδαλις, κώταλις* tudicula v. Bast. ad Greg. 898. fortasse ut *κωτίλλω* a *κόπτω κόττω* simile proprio *Κώταλος* tibicinis nomini qui in Anth. App. n. 34. inducitur una cum Battalo, Scirpalo et Pancalo. Sed alpha natura longum habet *σεμίδαλις* simila, quod interpretes ad Athen. II. 109. A. cum *ἱμαλίς* et *ἱμαλιά* componunt; positione vero *δρόσαλλις* vitium species semel nominata.

§. 4. Huc exspatiatus congruens crediderim ceteras quoque terminationes attingere: *ὑβάλης* quo supra sum usus, *κυβάλης* cinaedus i. q. *κύβηβος, κιξάλης* sive *κιξάλλης* grassator,[34] et adjectiva *ὁμαλής, νεαλής*,[35] mutata terminatione *αἰμάλωψ, θυμάλωψ, νυκτάλωψ*, quae simplicia esse significavi ad Aj. p. 408. tum *δαιταλεύς, Φοιταλιεύς, Βουταλίων* a *βούτης* id est

---

32) Scaliger ad Varr. IV. p. 56. Bipont. cum *querquedula* confert, sed ea est diversa avis et terminatio propria Romanorum *acredula, ficedula, monedula, nitedula.*

33) *Μαιναλίδες* Nonnus vocat Bacchas XIV. 346. XXXIV. 164. XXXV. 232. XXXVI. 145. pro *Μαινάδας* ut videtur, quanquam Maenalius Liber pater Columell. de cult. hort. 429. ubi Maeonius parum conveniat. Maenalides Dryades v. 264.

34) *Κίβαλος* Hesychius interpretatur *διάκονος*, Suidas *ληστής*, quas significationes complectitur latinum latro *λάτρις*.

35) *Αἰθαλής* Schneiderus finxit ex *αἰθαλέων Βλεμύων* Dionys. v. 220.

ἄγροικος v. Meinek. Hist. Com. 331. et feminina *αἱμαλιά, μαγδαλιά, τρυμαλιά, ἰαλία* et *ἰωλία ἡ φωνή* Hes. ab *ἰά* sive *ἰωή*, unde etiam *ἰάλεμος* ductum videtur ut a *σχίδη σχινδάλαμος*, quae omnia terminationem asciticiam habent, propriumque *Ἀκιδαλίη παρὰ τὸ Ἄκις Ἄκιδος* EM. 48, 21. Cram. II. 127.[36] cui affine videtur nomen fluvii Elei *Ἀκίδας* et *Ἀκίδων* ac fontis Boeotii *Ἀκίδουσα* (omiss. in Th.) Plut. Quaest. Gr. c. XLI. Tertio neutra *πηδάλιον*,[37] *τρωγάλιον*, quaeque Hesychius affert *Κοράλλιον κόριον, Κωράλλιον παιδάριον, Σκυρθάλιον μειράκιον*, eorumque synonyma *κωραλίσκος* et *σκυρθαλίας*. Postremo *ἐργαλεῖον*, a quo differt *τροχαλεῖον ὁ τροχός* Schol. Arat. 529. propter primitivum *τροχαλός*, ut *Ἁρπαλίων παρὰ τὸ Ἅρπαλος* EM. *Μικκαλίων* — *Μίκκαλος* Porph. V. Plot. VII. 104.[38] *ἀσπαλιεύς* — *ἄσπαλος* et *ἱππαλίδης* quodammodo cum *ἱππαλέος* conferri potest.[39] Nonnullis illorum verba adjuncta sunt *ἁρπαλίζω, φυταλίζω, σκινδαλαβίζω* sive *σκινδαλεύω* v. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 109. et adjectiva *ἁρπάλιμος, φυτάλιμος*, praeeuntibus propriis *Ἅρπαλος* (nisi peregrinum est) *Φύταλος*, quibus paria principia assignabimus adjectivis *εἰδάλιμος* (*εἰδαλίς ὄρνις ποιός* Hes.) *ἰδάλιμος, καρπάλιμος, κυδάλιμος, πευκάλιμος*, quae veteres ut in exordio dixi §. 1. ab *εἴδιμος* etc. repetunt. In EM. 803, 3. *φυτάλιμος* (*παρὰ τὸ*) *φυτόν φύτιμος καὶ πλεονασμῷ φυτάλιμος καὶ* (*μεταθέσει*) *φυταλίμιος*, in principio ponendum est *φυτάλμιος* idemque in exitu ut in Schol. Aesch. Agam. 334. *ἐκ τῆς φύτλης γίνεται φυτάλιμος καὶ μετα-*

---

36) Hoc tamen (*Ἆκις*) alpha plerumque longum habet, Acidalia breve, eademque *Κιδαλία* nominatur a *κίδαλον* fortasse ut Boeckhius suspicatus est ad Pind. Fr. N. 136, 634.

37) *Πούς τὸ πηδάλιον* Schol. Pind. Nem. VI. 94. quibus connexa sunt *πῆδον* et *ἀπήδαλος*.

38) His conferenda *ἀσφαλής Ἀσφαλίων, σιγηλός* Sigalion alpha correpto ut *πνιγηρός Πνιγαλίων*. Bambalio fortasse a *βαμβαίνειν* balbutire, quod Menagius in Origg. s. ***Babil*** et Diezius ***Grammat. der roman. Sprachen*** I. 8. cum romanensibus ***babiller, bambino*** etc. componunt. Notabile est *Σιμαλέων* in Corp. Inscr. n. 2905. E. 4. pro *Σιμαλίων* Alciphr. I. 35. (*Σιμάλη* Inscr. n. 1570. b.) et *Ἱμαλέων* Nonn. XXXII. 234. (*Ἡμαλίων* Quint. III. 301. fortasse *Ἠμαθίων* scribendum.)

39) *Λόφος Ὀρχαλίδης ὃν ἀλώπηξ οὔποτε λείπει* in Oraculo Plut. V. Lys. XXIX. fortasse ab *ὄρχος* ut Theocr. I. 48. *ἀλώπηξ ἀν' ὄρχους φοιτῇ*.

θέσει διὰ καλλιφωνίαν φυτάλμιος.[40] Nam φυταλίμιος illud quod Reisigius Comm. Oed. C. p. 49. exemplo parum apto ἐπωνύμιος defendit, non minus barbarum est quam μονίμιος foret vel κυδαλίμιος aliudve his simile. De metathesi quod dicunt, idem dici potest de ψευδάλμιος Hes. ubi Vossius ψευδάλιμος scribi vult, deque similibus ἀκέσμιος et ἀκέσιμος, γεράσμιος et Γεράσιμος, nisi potius quae in σιμος exeunt, a verbis ortum habent, quae in σμιος a substantivis, qualia isoteleutis δέσμιος, ἐράσμιος,[41] πλήσμιος, ἀποδάσμιος etc. vel ex usu vel ex arte praestructa sunt. Deinde ut ab ἄχυρον interposito my ἀχυρμιά et ἀχύρμιος, et a θάλλω βιοθάλμιος, ζωθάλμιος, πολυθάλμιος, sic a φύταλος ortum dici potest φυτάλμιος. Pro φυτάλιμος autem in Vit. Arat. p. 440. ed. Buhl. aliisque locis vel φυτάλμιος scribi oportet vel φιτάλιμος, quod codd. praebent Poll. I. 24. Cornut. XXII. et testificatur EM. l. c. verbis postremis πολλάκις δὲ καὶ τροπῇ φιτάλιμος. Nam illud a φύταλος derivatum necessario primam similiter illi haberet brevem; quod repugnat analogiae. Eademque lege tenentur quae in αλεος deflexa sunt tam ubere proventu ut in classes describenda sint[42] praemonstrante EM. et Suida s. Ῥωγαλέος — ταῦτα ἀπὸ τριῶν παράγονται μερῶν, ἀπὸ ὀνόματος δειμαλέος, ἀπὸ ῥήματος οἰδαλέος, ἀπὸ ἐπιῤῥήματος ῥιμφαλέος. Paronyma a substantivis primae declinationis sunt αὐχαλέος Xenoph. Fragm. XX. 65. καμπαλέος, κνισσαλέος, λυσσαλέος, λημαλέος, πτοιαλέος, φυζαλέος, φρικαλέος v. Wernick. ad Tryph. v. 195.

---

40) Quae praecedunt verba Οὐ κατὰ τὸν φυτάλμιον Δία ἐνταῦθα ἡ ἐτυμολογία. Ἐκ τῆς φύτλης δέ etc. nihil dubitationis haberent si ita esset scriptum οὐ κατὰ τὸν φυτάλμιον Ποσειδῶνα, nam hunc deum ab ἅλμη ita cognominatum esse crediderunt aliqui grammatices ignari non hac demum aetate sed Pausanias quoque, si verba ejus satis intelligimus. Forsitan nihil aliud nisi initium mutandum est negatione omissa; nam Ζεὺς φυτάλμιος non aliter dicitur quam φυτάλμιοι parentes idemque φύτιος et Latona φυτία.

41) Hinc proprium Ἐρασμονίδης, quod non proprium sed appellativum esse contendit Bergkius de Reliq. Com. p. 8. ductus exemplis dissimilibus quae ad Aj. 880. attuli.

42) Barkerus, quem Osannus ad Philem. p. 41. de accentu horum nominum egregie disputasse ait, quatuor nudis exemplis defunctus est.

ψωραλέος. A secundae αὐχμαλέος, ἱππαλέος, κρυμαλέος,[43] λιμαλέος, νουσαλέος, ὀζαλέος, ὀκναλέος, ὑπναλέος. A tertiae αἱμαλέος, γηραλέος, δειμαλέος, εὐγμαλέος, ἠθαλέος, θαμβαλέος, ἰκμαλέος, θαρσαλέος, κερδαλέος, πενθαλέος, ῥιγαλέος, ταρβαλέος, ὑδαλέος, χιραλέος, ψευδαλέος. Ab adjectivis αὐαλέος, γυραλέος, ἑφθαλέος, ἠκαλέος, ἰσχναλέος, κραμβαλέος, κυφαλέος, λεπταλέος, πενιχραλέος, πιαλέος, ῥυσαλέος, στυγναλέος Anth. XV. 32. τινθαλέος. A verbalibus αὐσταλέος, νυσταλέος (et νύσταλος) ῥευσταλέος; a tritoclitis τρηχαλέος, ὠκαλέος. A verbis barytonis ἀζαλέος, γηθαλέος, ἐρευθαλέος, ἑψαλέος,[44] θηγαλέος, θηπαλέος, ἰσχαλέος (ἰσχάς) καρφαλέος, κερχαλέος seu κερχναλέος, a perispomenis βρυχαλέος (omiss. in Thes.) Gregor. Naz. Carm. III. 67. A. LVI. 132. D. διψαλέος, πειναλέος, σιγαλέος, φοιταλέος, quorum tamen multa nominibus subjici possunt sicut eorum, quae inter paronyma retuli, haud pauca verbis. Alia a principiis paullo longius distant; παρὰ τὸ ἄγος (ἄγνυμι) ἠγαλέος EM. 418, 7. λευγαλέος παρὰ τὸ λοιγόν[45] Sch. Il. IX. 119. ἀργαλέον ἐκ τοῦ ἔργου ἢ παρὰ τὸ ἄλγος Sch. Hes. Opp. 227. Sch. Arist. Plut. v. 1. σμερδνός σμερδαλέος ἐκβολῇ τοῦ ν̄ Cram. I. 390. vel potius ab ἀμέρδω Sch. Il. XIII. 340. ὀτραλέος quod EM. 637, 3. a ficticio ὀτρής arcessit v. Parall. 235. certe cum τρέω trepido i. e. festino cohaeret, καυαλέος cum καίω et αὔω. Νωγαλέον quod Zonaras λαμπρόν interpretatur, forsitan corruptum sit ex νωγατέον i. q. νηγατέον.

§. 5. Terminationis mutatae exempla pauca parumque certa; ἁπάλιος[46] et γηράλιος Hes. ubi γηραλέος subponunt;

---

43) Eratosth. Fragm. XV. 144. ζῶναι κρυμαλέαι αἰεὶ θ' ὕδατι μογέουσαι, sive potius νοτέουσαι.

44) Hoc Schol. Nic. Al. 565. interpretatur participio ἑψημένον (sic) ut Schol. Il. II. 417. ῥωγαλέον ἐῤῥωγότα et Hesychius Τρηγαλέον (ῥηγ.) διεῤῥωγότα.

45) Propius erat λυγρὸς ut a πυκνός πευκάλιμος, quod qui a πεύκη repetunt, cum δριμύς astutus conferunt Schol. Il. XIV. 165.

46) Ἁπάλιον θῦμα, δελφάκιον Hes. quo exemplo ap. Diogen. ἐρίφοις γαλαθηνοῖς τοῖς λεγομένοις ἁπαλίοις reponunt pro ἁπαλίαις. Sed ἁπαλίας analogiae convenientius quam ἁπάλιος. Nihilo certius est Ἑκαλία πόῤῥωθεν ignoto praesertim demi attici etymo.

ψευδάλιος H. Stephanus sine teste profert, sed *νηφάλιος* multo crebrius est quam *νηφαλέος* Arc. 39. de rebus potissimum (*θυσίαι*, *ξύλα*) sed saepe commutantur v. Coraes ad Heliod. 347. *Ἰκμάλιος* viri est nomen, *Ἐνυάλιος* dei. Mutata consona pro *θηγαλέος*, quod bis in Anth. legitur, Hesychius *θηγάνεος* praebet et pro *καγκάνεος*, quod semel legitur Maneth. IV. 324. accentu incerto, *καγκαλέος* (a *κάγκω*) unoque vocabulo *εἰκαῖος* interpretatur duo *ὑαλής* et *ὑάνεος*. Terminatione variata *διψαλόεις* (omiss. in Th.) Nonn. Paraphr. IV. 29. et *μυδαλόεις* semel Anth. XII. 226. ubi Jacobsius similiter *ὑαλόεις* et *ὑαλέος* dici adnotat; sed hoc *ὑάλεος* scribendum omninoque diversum est; aptius erat *αἰθαλόεις* et *αἰθαλέος* Apollon. IV. 777. quo tamen loco Philemon I. n. 56. p. 42. proparoxytonon invenit ut nonnulli scribebant quatuor numerantes designata *αἰθάλεος*, *ἀτασθάλεος*, *δαιδάλεος*, *κονισάλεος*, quae non ex uno illorum trium fontium sed ab adjectivis *αἴθαλος αἰθάλειος* etc. derivata esse censent Choerobosc. EM. 261, 52. Cram. II. 195. Herodianus vero *π. Μον.* p. 4, 12. et Arc. 39. haud amplius duo excipit *δαιδάλεος* et *κονισάλεος*, eaque possessiva esse dicit ionice figurata, postremum recte, illud secus. Nam propria quidem *Δαίδαλος* et *Δαιδάλη* Homero ignota suum sibi possessivum habent *δαιδάλειος*, quod poetice corripi potuit ut *πορδάλεος* ab Oppiano usurpatur pro *πορδάλειος*. Sed adjectivorum possessiva nulla sunt. Neque recte EM. 33, 30.[47] cum *δαίδαλος* et *δαιδάλειος*, quae idem valent, componit *μεγάλος μεγάλειος*, nam inter haec tantum interest quantum inter magnus et magnalis. Itaque sic intelligi oportet, versificatores *δαιδάλεος* produxisse a *δαίδαλος* interposito epsilo ut *ἀτασθάλεος*, quod Theognostus Cram. II. 51. hujus pleonasmi causa a tribus homotonis distinguit hyphesi imminutis. Omnia vero haec adjectiva undecunque orta et quocunque accentu notata hac, ut dixi, lege reguntur ut tribus brevibus antecedat syllaba longa,

---

47) Sic et Schol. Dion. Gramm. p. 793. *ὡς πτοιαλέον*, *δειμαλέοι*, *θαῤῥαλέον*, *οὕτως ὤφειλε καὶ μεγαλέον*. *Εὕρηται δὲ μεγαλεῖον προσθήκῃ τοῦ ῑ*, quod falsum est; nam iota tam nativum habet quam *ὀξάλειος συκῆ*, *ὀξάλειον σῦκον*. EM. addit *αἰόλειος ὁ ποικίλος*, non verius quam Sch. Pind. Ol. I. 164. *μολπῇ αἰοληΐδι τῇ ποικίλῃ*.

unde sequitur *τρομαλέος ὁ περίφοβος* Moschop. Sched. p. 177. contra analogiam fictum esse, et *μυδαλέος* natura non ictu vocalem quae in *μυδόεις* corripitur, habere longam. Neque alia mensura convenit poetarum usibus qui hisce adjectivis plurimum indulgent inde ab Homero et Hesiodo ad Nonnum usque et Nonni aequales. Secundum hos Hippocrates hoc genere creber: *βραγχαλέος*, *κερχναλέος*, *ἰκμαλέος*, *ὀδμαλέος*, *ὑδαλέος*, *ὑποιδαλέος* etc. Attici vero scriptores pauca hinc delibarunt *θαρσαλέος*,[48] *κερδαλέος*, plura posteriores *ῥωμαλέος* Plat. Axioch. *διψαλέος* Plutarch. *δεισαλέος* Clem. Alex. *κραμβαλέος* Athen. *νηχαλέος* Xenocrat. improbata fortasse Atticistis, quorum unus Lucianus in Lexiphane tria exterminat *ληκαλέος*, *λημαλέος*, *πορδαλέος*. *Σημαλέος* Jovis cognomen, quod ostentorum auctorem interpretantur, haud immerito in suspicionem venit; nam adjectiva haec qualitatis significationem habent. Sed et *ἱππαλέος* Oppiani non satis ad regulam accommodatum videtur, quia a nominibus animantium talia duci insolitum.

§. 6. Hinc ad prius respicio genus; in quo quum multa reperiantur quae a primitivis ejusdem partis derivata sunt, tamen non omnium eadem conditio est. Sunt enim quae forma solum distent ut *κρόκη* et *κροκάλη*, quae glossographi eodem modo interpretantur *ψῆφος θαλασσία* et *αἰγιαλός*, *κράδη* et *κράδαλος* i. q. *κλάδος*, *πάρδος* et *πάρδαλος*, si quadrupes ita dictus est, non avis solum. In adjectivis *ὀπτός ὀπταλέος*, *ἑφθός ἑφθαλέος*, *λεπτός λεπταλέος* aliaque ejusmodi aut nullo inter se discrimine aut ita tenui ut nostram scientiam fugiat. Ac ne veterum quidem judicia consentiunt. Galenus Simpl. Temp. VII. 68. p. 55. T. XII. *κώνου καρπὸς ὃν καὶ κόκκαλον ὀνομάζουσι καὶ στρόβιλον*, sed in Exeg. *κόκκαλον οἱ μὲν πλεῖστοι τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου, Διοσκορίδης δὲ τὸν κνίδιον κόκκον ὑποκοριστικῶς*, cujus hypocorismi in hoc genere vocabulorum nullum animadverti vestigium indubitabile. Neque magis amplificationis, quae non raro deminutivam sibi induit formam. Nam quod Schol. Dion. Gramm. p. 793. dicit *τὰ ὀνόματα, ἃ διὰ τοῦ λεον τυποῦνται, ἐπέκτασιν δηλοῦσι τῶν πρωτοτύπων*

48) Schol. Od. VII. 51. *θαρσαλέος οὐχ ὁ θρασύς· ἐκεῖνος γὰρ ἀναιδής*, scil. *ὁ θρασύς*.

οἷον πτοιαλέος ὁ λίαν φοβούμενος καὶ δειμαλέος ὁμοίως καὶ γηραλέος· οὕτω καὶ μεγαλεῖον τὸ πάμμεγα, id his exemplis nullo pacto comprobatur, quorum pleraque aliam speciem non habent. Quae autem dupliciter proferuntur, aut nihil differunt a primitivis aut non ea ratione ut intensiva dici possint. Neque confirmatior mihi videtur Blomfieldii opinio ad Sept. 229. ἁρπαλίζω, δαμαλίζω, ἐντροπαλίζω verba frequentativa dicentis, quamquam de postremo quodammodo consentit Schol. Il. VI. 496. ἐντροπαλιζομένη interpretans συνεχῶς ἐπιστρεφομένη magis ex sententia loci quam ex proprietate terminationis quae, ut omnes derivationis formae, significationem primitivi colorat quodammodo et expressiorem reddit, neque tamen sic ut verba quae proprie frequentativa vocantur. Accentus regulam (ut id quoque attingam) hanc tradit Arcadius p. 54. quae antepenultimam longam habeant proparoxytona esse κώδαλος, Ἅρπαλος, ἴξαλος, δαίδαλος, exceptis duobus ὀμφαλός et Θεσσαλός, pariterque quae brevem, si sint θηλυκῶν ἐστερημένα καὶ μὴ περιεκτικῇ σημασίᾳ ἐκφέρηται, πίαλος, φίγαλος, δάμαλος· τὸ δὲ Ἰταλός ὀξύνεται· [καὶ τὸ αἰγιαλός περιεκτικόν. Τὰ τριγενῆ ὀξύνεται, ἁπαλός, χθαμαλός, τροχαλός, ἰταλός] σεσημείωται τὸ μεγάλος. Hic quae uncinis circumscripsi, additamenta sunt codicis Havn. quorum prius ad quartum quendam canonem pertinet de quadrisyllabis κονίσσαλος, ἠπίαλος, Κρωβίαλος, Αἰβίαλος etc. quae nisi comprehensiva sint ut αἰγιαλός syllabam ab extrema tertiam acutam habere edicit. Quod editum est εἰ μὴ περιεκτικῇ σημασίᾳ ἐκφέρηται, in ἐθνικῇ mutandum esse indicio est exemplum regulae subjectum Ἰταλός gentilicium; nam appellativum ἰταλός vitulus aut praetermisit ille quod parum compertum habuit aut aliter pronunciandum esse censuit sive producta prima sive gravata ultima. Diversam vero sententiam proposuit Goettlingius, substantiva omnia praeter Ἰταλός, Θεσσαλός, ὀμφαλός, αἰγιαλός, proparoxytona esse de Acc. 186. adjectiva vero acuto finiri sono p. 301. ideoque πίαλος apud Hippocratem substantivum dicit. Sed in Muliebr. II. 799. T. II. πρόςθετον τῆς πιάλου δᾳδὸς (ὡς) πιοτάτης, certa quidem taedae species significatur, sed adjective tamen. Ac veteres accentum non illa ratione sed ex mensura primae syllabae judicasse apparet ex EM. 44, 32.

ἀκαλός ὀξύνεται ὡς ἁπαλός, ὁμαλός, χθαμαλός· τὸ δὲ ἥκαλος προπαροξύνεται ὡς πάσσαλος, κόδαλος, Τάνταλος, ubi vel Κώδαλος restituendum ex Arcadio vel mutata consona Κώκαλος.[49] Itaque δαίδαλος, σίμαλος, νύσταλον γερόντιον Cram. I. 299. quamvis adjectiva sint, tamen eundem cum substantivis dactylicis accentum habent, ipsumque ἄρδαλος ὁ ῥυπαρός Erotian. et αἴθαλος ὁ αἰθαλόεις a substantivis ἄρδαλος ὁ ῥύπος et αἴθαλος non distinguuntur; ex quo colligimus κραδαλός, κροταλός, σπαταλός, τροχαλός, γυαλός, non diastolae causa acui[50] sed mensurae. Brevis autem antepenultimae ejusdemque erectae quae Arcadius promit exempla πίαλος, φίγαλος, δάμαλος, eorum primum dubito an σίαλος scribendum sit; nam si illud longum habet iota ut πιαίνω, Arcadius hallucinatus est; si breve ut πιαρός Anth. XV. 11. oxytonum esse debet. Φίγαλος dictus est Phigaleae conditor Paus. VIII. 3, 1. longa prima, si quidem in Lycophr. 212. sequimur plurimorum librorum scripturam Φιγαλεύς, quod est Liberi patris a Phigalensibus consecrati cognomen amphimacrum; quare Meinekius ad Euphor. p. 72.[51] dubitat an in versu quodam Rhiani pro Φιγάλεια, quia brevi opus est, substituendum sit nomen urbis recentius Φιάλεια, quod Pausanias a Phialo quodam repetit; id autem a brevibus insurgere ostenditur derivativo Φιαλεύς, neque aliter comparatum est φιάλη propriumque nymphae Phiale Ovid. Met. III. 172. unde urbis nomen ductum esse potest.[52] Ergo Arcadium quoque Φίαλος scripsisse crediderim. Φιδάλεια Byzantis uxor Anth. Plan. n. 66. primitivo caret.

---

49) Hesychius Κόγκαλος κονιορτός. Cochlearum nomen κοκάλια Arist. H. Ann. IV. 4. p. 528. a. 9. in codd. κοκκάλια et κωκάλια scribitur.

50) Neque hoc dicere videtur Schol. Il. V. 99. τὸ γύαλον, ὅταν ἐπίθετον ᾖ, ὀξύνεται.

51) Neglexerunt hoc Saalius ad Rhian. p. 27. et Bachmannus ad Lyc. l. c.

52) Similia sunt urbium vocabula Δηκύθη, Κακκάβη, Καλάθη, Κάψα, Κιβωτός, sed fortasse non omnia graecae originis.

CAP. II.

De nominibus in — $\overline{\varepsilon\lambda}$ — et — $\overline{\eta\lambda}$ — deflexis.

§. 1. Nominum, quae in prima parte enumeravimus, nonnulla alpha cum epsilo commutant: *ὕελος*, *φέψελος*, *φιέλη*, *πτύελον*, *σίελον*, et quae plerumque per $\bar{\varepsilon}$ scribuntur, interdum illam recipiunt vocalem *πύαλος* (*πυελίς* pelvis et pala annuli) a *πλύνω* ut putant v. EM. 696, 11. Buttmann. Lexil. I. 75. et anetymon *μύαλος* sive *μύαλον* ut hodieque dicitur v. Coraes ad Xenocr. p. 185. diverso ab attico *μυελός* accentu. *Βράκαλον ῥόπαλον* et *Ῥάκελος* (sic) *σκληρός* Hes. a *ῥήγνυμι*, ut videtur. A *τράπω τραπελιζόμενος ἢ τροπαλιζόμενος συνεχῶς ἐπιστρεφόμενος* Hes. quorum illi conveniunt adjectiva *ἐκτράπελος*, *εὐτράπελος* etc. A *δάω δέελος δίαλος* i. q. *δῆλος* Hes. Eorum vero, quae vocalem non mutant, nonnulla ab EM. explanata sunt: *ἀγέλη ἀπὸ τοῦ ἄγω* ut latinum *agmen*, *εἴδελος ἐκ τοῦ εἴδω ὡς πέμπω πέμπελος καὶ ἐν συνθέσει ἀείδελος* p. 21, 19. *εἴκελος ἀπὸ τοῦ εἴκω ὡς σθένω Σθένελος* p. 297, 28. cui simile est *δείκελον* a *δείκω* vel, si quis testatius quiddam desiderat, a *δεικής λαμπρός* ut a *προςεικής προςείκελος*, *ζοφοείδελος*. *Πέμπελος* illud in nostris libris unam obtinet significationem *vetulus*, quae cum verbo *πέμπω* nullum habet commercium aptiorque est adjectivo *πελός*, *πολιός*, *παλαιός*.[1] *Εὐπέμπελος* vero apud Aeschylum contrarium significat *τῷ δυςπέμπτῳ*. Sed quod eodem revocant *δυςπέμφελος*, a missionis notione longius abest sive de homine dicitur moroso et cui vix satis fieri possit[2] sive de mari impetuoso; quo intellectu quosdam praetulisse puto scripturam ab Hesychio relatam *Δυςπάμφαλος δυςτάραχος*, *δυςκίνητος*, a *φάω* i. q. *παιφάσσω*, nec mirarer si in Orph. H. XVIII. 13. pro *θάλλασσα παμφανόωσα* legeretur *παμφαλόωσα* id est *κυματόεσσα*, unde non multum abest *νὺξ δυςπέμφελος* i. e. *χειμέριος* Nonn. Par. XVIII. 87. Omnino in hoc paragogorum numero reperiuntur

---

1) Hesychius *Πλέμνιος* et *Πλῆμνος* interpretatur *παλαιός*. Eustathius *πέμπελος* cum *πέπων* connectit.

2) Sic Zenodotus accepit Il. XVI. 748. *εἰ καὶ δυςπέμφελοι εἶεν* i. e. *δυςάρεστοι,* fortasse a *πεμπάζειν ad numeros exigere.*

non multa quae de etymo aut nihil mutent aut modo paullum aliquid ut a *κρέκω* videtur *κρέκελος θρῆνος* Hes. a *νέφω* vel *νέφος νεφέλη*, a *σκοπός* vel *σκοπή σκόπελος* Schol. Lyc. 650. Sch. Theocr. I. 69. a *στρόβος* adjectivum *στροβελός* Arcad. Hes. a *σποδός σποδελός* Schol. Od. XI. 539. *θύελλα* a *θύω*, *ἄελλα ἡ φωνή* ab *ἄω* (*αὔω*) sed si turbinem significat sic ut *Ἀελλώ* consonam thematicam habere videtur; *Δίκειν — ἀφ' οὗ δίκελλον* Hes. [3] Cum *κύπη*, *κύμβη*, *σκύφος*, *κύβεθρον* non solum *κύμβαλον* cognatum videtur v. C. I. §. 2. sed etiam *κύπελλον*, *κυβέλη ἡ ὀπὴ τοῦ ὠτός* EM. 543, 57. *κύφελλα* conchae aurium, additoque sigma *κυψέλη* ut *δρύψελον τὸ λέμμα παρὰ τὸ δρύψαι ὅ ἐστι λεπίσαι* EM. pro quo Hesychius *Δρύψαλα πέταλα δρυώδη*, quasi consona themati puro extrinsecus interjecta, qua ratione a *σπάω σφάκελος* processit; a themate, unde *σίαλον* pendet, *σέμελος ὁ κοχλίας* Hes. *κοχλίας σίαλον ἀναπτύων* Suid. cujus synonyma sunt *σελάτης*, *σέσιλος* et novitium *σιάλαξ* v. Coraes ad Plut. T. II. 407.[4] a *πίων πιμέλη*, sed intercedente nomine *θύω θῦμα θυμέλη* ut a *θέω θῆμα θέμα θέμεθλον* et *θέμειλον* v. Jacobs. ad Anth. p. 612. cum adjectivo *θεμέλιος*. *Στυφελός στυφελίζω* cum *στύπος*, *στυπάζω*, *στυφᾶν βροντᾶν* Hes. haud fortuito congruere videtur; *ἔγχελυς* ab *ἔχις* propagatum v. Dissertat. I. C. 2. §. 13. ut a *νύκτερος νυκτέλιος*, *ἀεικέλιος* et *ἀειδέλιος* ab his quae paullo ante scripsi, similiterque *δειελίη* et *δειελιᾶν* a *δείελος*, sed hoc ipsum a *δείλη* natum quod et *δειέλη* dici auctor est EM. per epenthesin vocalis ut *δαελός* et *δάβελος*, ideoque ab hoc loco alienum; nec minus *ἄγγελος*, quod Salmasius ad Lamprid. V. Sever. c. 41. cum *anculus* confert, *ὄβελος* a *βάλλω* sive *βέλος*, *εὐδείελος* ab adjectivo *δέελος* v.

---

3) Probabilius Sch. B. ad Il. XXI. 259. *δίκελλα καὶ μάκελλα ἡ κέλλουσα*, quanquam id quoque dubium reddit laconica glossa *Μάκορ ἐργαλεῖον γεωργικὸν ὡς δίκελλα*, nisi *μάκελορ* scripsit. Illius una haec species est, alterius duplex, *μακέλη* et *μάκελλα* ut *ἀμάλη ἄμαλλα*.

4) Du Cangius etiam *σαλίγγας* refert pro cochlea dici et *σαλάρης* *pituitosus*, in quo iota suppressum ut in *σαλός* pinguis, stupidus, ut *σιαλοπάλλαγος ὁ παράληρος* Hes. ex *σίαλος* et *παλαιός* compositum iota mutato in gamma ut *αἱρέω ἀγρέω* etc.

Nitzsch. ad Od. IX. 21. Multorum origines ne conjectura quidem attingi possunt *ἄμπελος*, *ἀσφόδελος*, *βρίκελος*,[5] *ζαφελός*[6] et *ζαφελής*, *κύφελλον* nubes, *μάκελλον* macellum maceria v. Canter. ad Lyc. 927. *μυελός*, *γεργέλοψ* et *πηνέλοψ* animantium nomina, *νωχελής* et quod Hermannus ad H. H. in Merc. 188. aliquot locis restituit *νωχαλός* sive potius *νώχαλος*,[7] *φάκελος*[8] cui sociata videntur *fascis*, *fascia*, *φάσκωλον*. Parectasis in hoc genere vocabulorum exemplum unum afferunt *παρὰ τὸ ἐνδέχομαι γίνεται ἐνδεχής καὶ πλεονασμῷ τῆς* $\overline{\lambda\varepsilon}$ (vel $\overline{\varepsilon\lambda}$) *συλλαβῆς ἐνδελεχής καὶ ἐνδελεχῶς* EM. 338, 27. quod quum longe aliam atque *ἐνδεχομένως* significationem habeat, ob hoc solum ab *δέχομαι* repetere videntur quia ab hoc verbo *ἐνδυκές* ductum credebant Eust. 1579, 50. hoc autem apud poetas posteriores

---

5) v. Meinek. Com. Fragm. I. 140. In EM. *βρικέλλους τοὺς κελέοντας ἢ ἱστόποδας παρὰ τὸ βρῖ καὶ κέλομαι* (*κέλλομαι*) significari videntur insilia (Webertritt).

6) Id Arcadius et alii proparoxytonon faciunt ut syntheton, accentum adverbii *ζαφελῶς* synecdromae imputantes v. Adn. ad Buttm. II. 339. unde patet illud alicubi lectum esse. Hodie non legitur nisi semel *ζαφελοῖο πυρός* Nic. Al. 567. omissum in Thes. nec prorsus certum, nam Edd. vett. *ζαφλεγοῖο*.

7) Tribrevia acuuntur excepto uno *δέελος*, si id recte pro *δῆλος* accipitur. *Νωχελής*, quod Schol. Orest. 788. a *κέλλω* compositum dicit, simplex esse arbitror ut *νωφαλής*, *νωθής*, *νωθρός*, quibus omnibus inest significatio *debilis*, modo ad visum relata, modo ad auditum; *Νωφαιός ἀφανής — Νυθός ἄφωνος σκοτεινός* Hes. pro quo Herodianus *π. Μον.* 42. *νουθός* afferre videtur: *βαρύτονα Ξοῦθος, Βοῦθος, Νοῦθος κύριον ψόφος ἐν οὔδει. Ἡσίοδος Νοῦθος δὲ ποδῶν ὕπο δοῦπος ὀρώρει.* Ita enim suspicor, post *Νοῦθος κύριον* excidisse tale quiddam *καὶ ψόφος νουθός εἴρηται· Ἡσίοδος Νουθός δὲ —*

8) *Φάκελλος*, quod Jacobsius ad Ael. p. 241. et Poppo ad Thuc. II. 77. non repudiant, infirmatur collatione compositi *κομποφακελοῤῥήμων*, in quo omnes libri consentiunt, et cognominis Dianii ***Phacelitis*** sive ***Phacelina*** originatione nisi vera certe antiqua v. Interpr. ad Sil. Ital. XIV. 260. Utriusque enim secunda syllaba brevis est. *Κεφελός* ab Arcadio inter adjectiva oxytona relatum ignoratur, nec praesto remedium; *κελεφός*, quod G. Dindorfius in Thes. s. *Κελεφία* proponit, terminatione excluditur, *κόπελος* *spurius* accentu et novitate. Ignota etiam origo propriorum *Βούσελος*, *Δέκελος*, *Ἔχελος*, *Πάνελος* Steph. *Πίελος* Paus. I. 11. *Θαῤῥελείδης* etc.

idem valet quod *συνεχές* et *ἐνδελεχῶς*. His neque assentiri neque assensu digniora proferre possumus. — Diphthongum a paragogis excludit Choerobosci canon Cram. II. 229. et 291. *τὰ διὰ τοῦ ιλος βαρύτονα μὴ ὄντα οὐδέτερα ἢ σύνθετα ἀποστρέφονται τὸν ει χωρὶς τοῦ Νεῖλος*, qui neutrorum nomine *χεῖλος* significat, synthetorum *κροκόδειλος ἐκ τοῦ κρόκος καὶ δειλός* scilicet EM. De femininis Cram. II. 303. Etym. Gud. 379, 39. et 507, 3. *τὰ διὰ τοῦ ιλη μονογενῆ ἀποστρέφονται τὴν ει, σμίλη, σπατίλη, μὴ ἔχοντα τὸ ῑ ἀπὸ κράσεως μηδὲ ἀπὸ πλεονασμοῦ*,[9] *χωρὶς τοῦ ὀφειλή, ἀπειλή, ὠτειλή*, nec plura his tribus noverunt Arcadius p. 109. et Herodianus Epim. 227. Horum autem duo paragoga sunt, *σπατίλη* a *σκάς* potius quam ut Salmasio visum ad Tertull. Pall. 304. a *σπατάλη*, et *ὠτειλή* quod Grammatici ex *οὐτηλή* boeotice conversum dicunt; *ἀπειλή* vero compositum est sine dubio, *ὀφειλή* derivatum a verbo; *παστείλη* quomodo figuratum sit nescimus; nam quod EM. de *πᾶς τέλος* narrat, fabula est. Quod vero nunc apud Hesychium legitur *Πεπραδεῖλαι οἱ μὲν τοὺς ἀποπνευματισμούς, οἱ δὲ εἶδος ἰχθύων*, id illi certe aliter scriptum repererunt *Πεπραδίλαι* sive potius *πεπραδῖλαι* ut suspicor. Hoc Hesychii interpretes recte componunt cum alia ejusdem glossa *Πεπρίλος ἰχθύς*, et quia, iste *ἀποπνευματισμούς* reddit, a *πραδεῖν* (*βδεῖν* pedere) derivatum putant; quam conjecturam confirmatiorem reddit simile nomen *Ὀνόπορδον εἶδος κογχυλίου* et auctoritas Photii *Πεπραδίδαι* (sic) *πορδαί ἢ γένος ἰχθύων ὅμοιον μεμβράδι*, unde colligitur hoc quoque et reduplicatione destitutum *πραδίλη* Theogn. 111, 12. cum affinibus *βεμβράς, βεβραδών* etc. propagines esse verbi *πραδεῖν*.

§. 2. Nominum quae pro charactere eta habent accentum tradit Herodianus Schol. Il. XVIII. 580. Propria namque et appellativa gravari: *Στύμφηλος, κάμηλος, φάσηλος*, adjectiva, si femininam positionem habeant, oxytona esse: *σιγηλός, ὑψηλός, ἀπατηλός*, barytona minus mobilia *βέβηλος, κίβδηλος, κάπηλος* (caupo, cocio) eamque ob causam *ἐρύγμηλος* potius scribendum esse quam ut Tyrannio suasit, acuta ultima;

9) Significat *ἕλη εἵλη* et crasis nomine *δεέλη δείλη*.

quibus EM. 379, 27. addit *ἐρυγμήλη δὲ ἐπίθετον ῥαφανίου ἴσως ἀπὸ τῆς ἐρυγῆς*, sed *ἐρυγήλη* scribitur ap. Hesychium. Oxytonorum principia aut in aperto aut in proximo sunt; ab adverbiis *χαμηλός*, *ὑψηλός*, ab adjectivis simplicibus *γυμνηλός*, *αἰσχυντηλός*, a compositis accentu dispari *ἀεργηλός*, *δημεχθηλός*, *φιλύδρηλος*, *ἄϊδηλος*. Alia substantivis adjuncta sunt *ὀκνηλός*, *ὀμβρηλός*, *ὑδρηλός* Theognost. II. 62. nec pauca verbis *μιμηλός*, *κρυβηλός* Hes. *ἀτυζηλός ὀξυτονητέον ὡς Ἡρωδιανός* Sch. Apoll. II. 1058. *ἀπατηλός*, *διψηλός*, *νοσηλός* Hippocr. de Locc. p. 118. T. II. *ῥιγηλός*, *σιγηλός*, *τρυφηλός*, quorum pleraque, sic ut regula poscit, feminina in η mittunt, nullum in ος nisi metri causa ut *ἡ καπνηλός* Nicand. quare et *φύζηλος*, Hes. si accentus suo positus est loco, minus mobilibus adnumerari oportet, et *πέτηλος* i. q. *προπετής* Arat. atque *ἴτηλος*, nec probandum *ἐξιτήλη* quod cod. Lips. in Xenoph. Oec. X. 3. ascivit. Ceterorum barytonorum principia vix per transennam adspicimus: *ἀβέρβηλος* sive *ἀβύρβηλος*, cujus variae interpretationes in notione importuni congruere videntur, *ἀσύφηλος* Sch. Il. A. IX. 647. pro *ἀσόφηλος* insubidus, alii pro *αἴσυλος* accipiunt, Wyttenbachius ad Eunap. p. 241. ab *ἄτη* producit *ἀτύω*, hinc *ἀσύπω*, *ἀσύφω*, *ἀσυφάω*, quae vehementer olent ex indigitamentis Lennepianis; *βέβηλος ἀπὸ τοῦ βῶ βηλός καὶ διπλασιασμῷ* EM. *κάπηλος* a *κάπη ἡ τροφή* id. *ἐρίσχηλος ὁ λοίδορος* ab *ἐρίζω* ut veteres volunt, *ἐνίηλος* et *νενίηλος* stultus ab *ἐνεός* vel *νενός*, de *κίβδηλος* ipse conjecturam proposui illis nec meliorem nec deteriorem Aglaoph. 1034.[10] Quin notissimum *ἔκηλος* nondum convenit utrum cum *κηλέω* conjugatum sit an, quod paullo veri similius, cum *ἀκήν*, *ἀκᾶ*, *ἀκαλός*, nedum ut *Κυνίσφηλος ἀπατητικός*, *Τόρβηλος ὁ μεμψίμοιρος* Hes. et alia hujus mortuarii glossarii expediri posse speremus. Horum positio feminina non extat. Substantivorum pars magna etymo caret *ἄρβηλος* sive *ἄρβηλον*, *βάκηλος*, *θάργηλος*, *κάμηλος*, *τράχηλος*, *φάσηλος*, alia a nominibus propagata sunt, *κέρας* — *κέραμβος* et *κεράμβηλος*, *κόρυμβος* — *κορύμβηλος*, *Στύμφη* sive *Τύμφη* *Στύμφηλος*, quo

---

10) *Στύραξ δένδρον ὀρθηλόν* Strab. XII. 570. quod Coraes Lexicographis commendat, vereor ne pro *ὀρθόκαυλον* subrepserit.

accentu etiam *Εἰξηλός* oppidi nomen Steph. et *Ὀμβηλός* fluvii Nonn. XXVI. 49. notanda videntur.[11] Femininorum duplicem accentum tradit Herodianus Sch. Il. IX. 220. et Arc. 109. *βαρύνεται ἀνθήλη, γαμήλη, κωβήλη· ὀξύνεται δὲ τὸ γαμφηλή καὶ θυηλή*, quorum primum verbale est *παρὰ τὸ ἀνθῶ ἀνθήλη* EM. ut *ἀπὸ τοῦ ξύω ξυήλη παρὰ τῷ Ξενοφῶντι — αἰολικὸν ἴσως· διὸ καὶ βαρύνεται ἄλλως ἢ τὸ γαμφηλή καὶ θυηλή* Eust. 872, 15. tertiumque *Τρυπήλα τορύνη* Hes. nisi latino truela (trulla, truo) similis vox graeca quondam in usu fuit *τρυήλη*. Pro *γαμήλη* reponendum *Γαβήλη πόλις Φοινίκης* Theogn. p. 111. qui plura addit: *καθήλη* nomen urbis, quod apud Stephanum *Κανθήλη*, in Itinerariis Anton. 147. et Hieros. 582. Cathela scribitur, *κωβήλη ἡ συνουσία* eodem modo ab Hesychio et Phot. explicatum, *νοθήλη* mendosum fortasse pro *ἀνθήλη*, quod hoc loco deest, *ὀπήλη* et *βαρβήλη*,[12] ignota mihi peraeque ut *μετῆλαι* sive *μετιτῆλαι* pars currus Poll. postremo *καπήλη*, quod Hesychius per *κοίλωμα* reddit, a *κάπη*, puto, productum; nam hoc quoque cavum quiddam significare ostendit interpretatio *κάπη ἡ φάτνη*, unde *φάτνωμα* lacunar. Similiter a *γαμφή γαμφηλή* EM. 221, 13. a *σῦς συῆλαι τόποι βορβορώδεις* Hes. Accentum nominum tertiae declinationis tradit Arcadius p. 31. *τὰ εἰς ηλις βαρύνεται κάπηλις, κύβηλις ὁ πέλυξ (πέλεκυς) ἔπηλις τὸ πῶμα, τρόπηλις, πλὴν τοῦ φασηλίς*, appellativum significans; nam proprium Herodianus gravabat librariis discordantibus v. Ducker. ad Thuc. II. 69. Coraes ad Isocr. p. 47. His addendum est *φύξηλις παράγωγον ἀπὸ τοῦ φύξω* Sch. A. ad Il. XVI. 143. et *Ὄκηλις κώμη*, Arrian. Erythr. p. 156. oxytonis vero *ὀξηλίς ἡ βοτάνη ὀξυτόνως* Theogn. 14, 6.

---

11) Proparoxytona sunt *Ὄλβηλος, Ὄξηλος* Cram. II. 14, 6. *Ὄρβηλος, Ῥαίκηλος, Κάρμηλος, Φάρβηλος*, aliaque locorum nomina, pariterque virorum *Ἄρβηλος, Θάργηλος* Nonn. XXXII. 234. (omiss. in Th.) *Τράμβηλος, Ὕδρηλος* v. Lehrs. Arist. 291. sed eponymon *Σίγηλος* etiam oxytonum v. Meinek. Com. Fragm. I. 419. In Cram. II. 62. pro *Πάσηλος* fortasse scribendum *Πάμηλος* i. q. *Πασίμηλος* Xenoph., in Herod. Epim. 227. *ἀνθήλη* pro *ἀκανθήλη*. Nomen urbis rectius *Ἀνθήλη* Herod. VII. 200. quam acuta ultima c. 176. scribitur.

12) Cum hoc aliquid similitudinis habet *Ἀρβάλη τήγανον Ταραντῖνοι* Hes.

nescio an eadem quae *ὀξαλίς* dicitur v. C. I. §. 3. et *ὀξίς* Galen. de Simpl. Temp. IV. 3, 631. T. XI. ubi *ὀξύς* vulgatum est, latineque acetaria. Alterum terminatione paragogica auctum est *τρόπηλις*, quod ap. Hes. Phot. et Suid. *τροπηλίς*, in sermone rustici Megarensis Acharn. 820. *τροπαλλίς* (*τροπαλίς* Elmsl.) scribitur quasi doricum; quod vero huic simillimum est *τροφαλλίς* sive *τροφαλίς ἀπὸ τοῦ θρέψαι* v. Jacobs. ad Philostr. p. 401. Meinek. Com. Fr. I. 538. [13] atticum nominat Schol. Theocr. XI. 20. Neque alium accentum habent *πετηλίς ἀκρίς* et *τρυηλίς* nuper restitutum in Lucian. Lexiph. §. 7. pro *τρυήλης*, cujus formae masculinum nullum inveniri puto praeter *εἰςπνήλης*, *ἰσπῖλαι ἀκόλουθοι* Theogn. sed hoc etiam *εἴςπνιλος* scribitur et ambiguis conjecturis nunc ad *εἰςπνεῖν* trahitur, nunc ad *ἑσπέσθαι*. Sunt vero nonnulla in $\overline{\iota o\varsigma}$ producta: *ἀπατήλιος*, cui Eustathius 1755, 32. neutrum *τὰ νοσήλια* adjungit; ab *ἕκηλος*, ut Aristarchus censuit, *ἀεκήλιος*, quod alii ad *ἑκών* referunt v. Schol. Il. XVIII. 77. ut a *κάνθων* synonymum *κανθήλιος* cantherius Eust. 1625, 39. sed sine interpositu nominis *κειμήλιος* et *γαμήλιος* Theogn. l. c.[14] cui EM. 221, 1. *θεμήλιον* addit, sed hujus extat brevior forma *θέμηλον* et *ἀθέμηλον*, saepius tamen per $\overline{\varepsilon\iota}$ scripta.

§. 3. Haec autem omnia multiplices habent vicissitudines. Primum vocalis penultimae: *ξυήλην ἣν ξυάλην λέγομεν* Suid. quod quum Herodianus π. *Μον.* p. 39. cum *φιάλη*, *Μυρτάλη*, *Πετάλη* (Aristaen. I. Ep. 25.) *ἀγκάλη* consociat, alpha breve esse significat; *πέταλον* et *πέτηλον*, *πέταλος* et *πέτηλος*, *προπέτηλος πεποίηται ἀπὸ τοῦ προπίπτω* Hes. vel proxime a *προπετής* ut *πενταπετές* pro *πενταπέτηλον* legimus; *στραβαλός* i. q. *στρεβλός* (nisi forte doricum est ut compositum *στραμβαλοκόμας*) et *στράβηλος* conchae nomen et oleae v. Meinek. Com. Fr. I. 256. *γαμάλη* i. q. *κάμηλος* Hes. incertum longo alpha an brevi. Nec raro alternant $\bar{\varepsilon}$ et $\bar{\eta}$, *δείκελον* et *δείκη-*

13) In Antiph. Fr. T. III. 25. pro *τροφαλίδας λινοσάρκους*, quod Eustathius *λεπτάς* interpretatur, correxeram *λιτοσάρκους*.

14) Hic *ἐτώλιος*, *ἀφώλιος* vulgatum pro *Αἰτώλιος*, *ἀποφώλιος*. Quod Festus dicit ***Camelis virginibus supplicare nupturae solent*** sic accipiendum ***Gameliis virgines*** etc.

λον, ἐρεσχελεῖν et ἐρεσχηλεῖν, quorum illud sine ulla codd. discrepantia legitur Themist. XXIX. 346. C. Clem. Strom. IV. 7, 211. Procop. Arc. II. 10, 14. Schol. in Hermog. p. 184. T. IV. et aliquot aliis locis v. Piers. ad Moer. 159. sed alterum, quod cum ἐρέσχηλος (§. 2.) convenit, Jacobitzius praefert in Lucian. Demon. §. 15. Dial. Mort. XVI. §. 3. Schneiderus autem ad Civ. T. III. p. 11. non unice quidem sed tamen prae illo probat et (si sententiam ejus recte interpretor) a χηλή compositum putat; mihi simplex esse videtur ab ἐρέθω, ἐρίζω, propagatum fere ut ab ἴαμβος ἰάμβηλος λοιδορητικός Hes. nisi verior est scriptura ἰαμβύλος, quod Arcadius propter parilitatem accentus cum ἐρωτύλος componit interpretatione subtracta. Ad hanc vocalium mutabilitatem, de qua iterum in fine hujus dissertationis dicturus sum, accedunt consonae characteristicae vicissitudines. EM. 135, 18. ἄλγος ἀργαλέος μεταθέσει ὁμοίως τῷ ὑδρηλός· ὑδρηρός γὰρ ἀναλογώτερον, σιγηλός σιγηρός, ὑψηλός ὑψηρός ὁ εἰς ὕψος ἠρμένος. Hoc auctori remittimus sed de re ipsa convenit; αἰσχυντηλός Plato saepius scripsit, semel αἰσχυντηρός, quod Moeris minus atticum judicat sic ut σιγηρός synonymumque σιωπηρός, quod Athenaeus apud Xenophontem legit v. Bornemann. ad Symp. I. 9. nostri autem libri hic et Aristot. Probl. XXXI. per lambda scribunt, καπνηλός Nicand. καπνηρός scriptores Byzantii qui et διψηλός asciverunt; τρυχηλός Aldus edidit Eur. Troad. 496. αὐήλη Brunckius Anth. XII. 121. pro αὐηρή, quo usitatius est αὐαλέος, sed similiter variantur ὑπνηλός ὑπναλέος, καρφηρός καρφαλέος, ὀτρηρός ὀτραλέος, λυσσήρης λυσσαλέος. Αἰσάρων fortasse ex dittographia natum pro αἰσάλων, πυδαλίζω pro πυδαρίζω, nec satis constat de κύδαλος et κύδαρος cydarum, σαράβαλλα et σαράβαρα quae eodem modo a Latinis scribuntur, derivata fortasse a vestimenti Persici nomine σάραπις, sed πίαλος eodem loco est quo πιαρός et πιερός (Erotian. s. Πιᾶρ) et quae brevem cum longa commutant νοσηλός Hippocr. νοσηρός Xen. et νοσερός, τρυφηλός et τρυφερός, quorum si qua est significationis differentia, ea certe regulis comprehendi non potest.

CAP. III.

De nominibus in $\overline{\iota\lambda}$ — exeuntibus.

§. 1. Nominum, quae hoc loco tractabuntur, terminatio aut cum ipsis nata aut a verbis praecepta est; in quo et ab antiquis Grammaticis dissentio et a nostris. Illorum unus in EM. 164, 18. *ἐκ τοῦ ἄταλος ἀτάλλω* et eodem modo de ceteris terminationibus *ἀπὸ τοῦ ἵμερος ἱμείρω* 582, 53. *ἐκ τοῦ βάσκανος βασκαίνω* 190, 28. et nostrorum signifer Buttmannus in Gramm. §. 119. Adn. 4. *ποικίλλω*,[1] *ἀγγέλλω* et his similia verba ab adjectivis derivata putat, non contra. Neque tamen omnes in hoc conspirasse docet EM. 582, 34. *ἀπὸ τοῦ μέλι μειλίσσω καὶ ἐκεῖθεν μείλιχος ὡς ταράσσω τάραχος*, et canon antiquus *ὅτι τὰ ὀνόματα τῶν ῥημάτων βραχύτερα ὡς τὸ θάλλω θάλος, ἀγγέλλω ἄγγελος* Sch. Lyc. 84.[2] quo nixi *ἀτάσθαλος, κωτίλος*,[3] *σκέρβολος, στρογγύλος* verbis subjicimus tanquam ortu prioribus. Verum est aliud genus verbalium quod terminationem non aliunde accepit sed quasi *αὐθαίρετον* habet, primum

1) Hoc a *πικός* sive *πεικός*, quod Hesychius *πικρόν πευκεδανόν* interpretatur, proprie autem sic ut latinum *spicus* sive *spica* aliquid aculeatum significasse videtur. Hinc *πικρός* cum ad alia quae sensum pungunt translatum est ut *πικρὸς ὀδμή* Hom. *γλαυκότης πικρά* Plut. V. Sull. II. tum ad amara quoque, sed pungendi significatio remansit in nomine *πεύκη* v. Buttmann. Lexil. I. 17. quod nomen ex etymo interpretor ***aquifoliam*** sive *ὀξύφυλλον* ut *πίτυς ὀξυτόρος* a Meleagro dicitur I. 16. non (ut vulgo accipiunt) quia ipsa in acumen exit sed ob formam foliorum quae nos quoque nominamus ***Nadeln*** et genus arborum universum ***Nadelholz.*** Nec pungendi solum verbum a stirpe graeca repetimus sed etiam ***pingere*** et *ποικίλλειν* id est punctis distinguere et quasi guttis adspergere, unde acu picta *τὰ ποικίλα* dicuntur Theocr. XV. et phrygio *βελονοποικίλτης*.

2) Pro *ἀγκύλεσθαι* ap. Hesych. *ἀγκύλλ.* scribi oportet, pro *Βαμβάλει τρέμει* aut *βαμβάλλει* aut *βαμβαλεῖ*. Nam *βαμβάλω*, quod Valckenarius Moscho tribuebat, graecum non est. Canonis illius usus est multiplex: *ἴσον βραχύνεται ὅτι ἐκ τοῦ εἴδω καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ῥημάτων βραχύτερα* Moschop. Dict. Att. *πιθαρχία τὸ $\overline{\pi\iota}$ ὡς ἴκελον — ὅτι τὰ ὀνόματα τῶν ῥημάτων βραχύτερα* ibid.

3) *Κωτίλον ὄμμα* Anth. V. n. 131. ad catachresin referri potest ut *βρέφη ψελλιζόμενα τὴν βάσιν* Heliod. IX. 11, 366. in quo amoliendo multum laborat Coraes, *χωλὸς τὴν χεῖρα* v. Meinek. Com. Fragm. T. I. 567.

κορυπτίλος ἀπὸ τοῦ κορύπτω Sch. Theocr. V. 142. et fortasse *ὀπτίλος* ab exoleto *ὄπτομαι* potius quam ab usitato *ὀπτίλλομαι*. Deinde adjectiva quae sigma futuri receperunt *δεισιλός* (sic) *δειλός* Hes. *ξύσιλον Σώφρων τὸν γέροντα εἶπε* EM. 737, 3. scabiosum significans, *δαψιλής* dapsilis et *δαψιλός*, quod bis hoc accentu in omnibus Aristotelis libris signatum est, latinumque dapsilus, si uno Plauti exemplo satis sustentatum putamus, a *δαίσω* vel a *δαίς* daps, tanquam paronymon ut *ὀργίλος*; a desueto themate *μύτιλος* proparoxytonon, quod Hesychius bis refert s. *Μίτυλλος* et *Μυτιλός*. Haec subsequitur substantivorum numerus, quibus animalia significantur *κόντιλος* (sic) *ὄρνις καὶ ὄφις* EM. *κόρθιλος ὄρνις ὅν τινες βασιλικόν* (*βασιλίσκον*) Hes. *ὀρχίλος*, *πομπίλος ὁ καὶ ποντίλος καλούμενος* Arist. H. Ann. IV. 1. *σχοινίλος*, *τροχίλος*, *φρυγίλος*. Quorum primum, si serpentem significat, a conti similitudine appellatum videtur, secundum, si regulum, a *κόρυς* ut *κόρυδος*; proximorum ratio in aperto; postremum Salmasius in Plin. p. 315. cum latino fringilla contendit soni imitamentum putans. Alia quaedam suppeditat Herodianus *π. Μον.* p. 21. ubi *κόϊλος* analogiae convenientius dicit quam *κοῖλος*, quia in *οιλος* nullum exeat vocabulum, plurima vero in *ιλος* — *μεμίμηται γὰρ τὸ αἰγιαλός*, *μυτιλός*, *πυτιλός*, *νυκτιλός*, quorum duo prima quomodo scribenda sint apparet ex Arc. 55. *τὰ διὰ τοῦ ιλος ἀρσενικὰ παροξύνεται· εἰ δέ τι προπαροξύτονον εἴη ἢ πάθει* (adde *γέγονε*) *ἢ γένει* (adde *διαφέρει*) *ναυτίλος*, *Τρωίλος*, *Ζωίλος*, *Πενθίλος· τὸ δὲ αἴγιλος θηλυκὸν*[4] *καὶ τὸ κόϊλος κατὰ πάθος. Καὶ τὸ μύτιλος προπαροξύνεται.* Tertium Herodianeorum nescio utrum sit appellativum quod vulgo *πίτυλος* scribitur sed saepe etiam trajectis vocalibus, an proprium *Πυστίλος* Thuc. VI. 4.[5] ultimum *Nyctilus* Calpurn. VI. 1. Miranti autem cur Technographus hujusmodi exemplis uti maluerit quam notis et illustribus, qualia undique affluunt, haec mihi incidit cogitatio, hoc loco proposita esse vocabula quae

---

4) Sic etiam *ἡ Ἄμιλος* urbis nomen Paus. VIII. 13, 4. et *Τράγιλος* Steph. quorum tamen ignota est quantitas.

5) *Πάστιλος* Phot. Bibl. LIX. 26. in cod. *παστῖλος*, alibi *πάστιλλος* v. Du Cang. latinum est pastillus a pasta.

eundem cum *κοῖλος* accentum haberent, *αἴγιλος*, quod sive herbae est nomen sive herois, primam acutam habet, *μύτιλος*, *πύτιλος*, si illud est quod suspicabar, ac *Πύστιλος* quoque in aliquot codd. Thucydidis. Quod vero Arcadius unum *μύτιλος* affert, nemo mihi opponet qui libri hujus ulcera noverit. Ac fuisse inter Grammaticos nonnihil dissensionis perspicuum fit ex Schol. Arist. Avv. 19. *τοῦ ὀρχίλος ἀξιοῦσί τινες τὴν μέσην ὀξύνειν*, aliis, ut apparet, primam acuentibus; ac legitur ita *ὄρχιλος* in omnibus libris Arist. H. Ann. IX. 1. p. 609, a. 12.[6] et *τρόχιλος* in nonnullis p. 609. b. 12. Oppian. Ixeut. II. 3. propriumque *Τρόχιλος* Paus. I. 44, 2. quomodo etiam *Πόρσιλος* scriptum est Eust. 1316, 35. quamvis ab Herodiano Cram. II. 291. inter paroxytona relatum,[7] et *Πένθιλος* Arist. Polit. V. 10. p. 1311. b. 29. *Τρώιλος* Quint. IV. 155. Dio Chr. XI. 338. *Ζώιλος* Longin. IX. 14. *Τρόφιλος* Stob. Floril. CII. 9. p. 551, 39. *Μύρσιλος* Apollon. Mirab. XVII. Heracl. V. 14. Nonn. XXXIII. 293. et XXXVII. 340. sed hic ex Graefii emendatione, *Κύρσιλος* Sopater Diaer. p. 171. T. VIII. quibus tamen hoc minus tribuo quo frequentiora sunt paroxytonesis exempla tum in his vocabulis tum in aliis *Θυμίλος*, *Σπορyίλος* etc. Sed *Τάξιλος* quod bis legitur in omnibus libris Paus. I. 20, 6. IX. 40, 7. fortasse eorum fuit, quae ab Arcadio praetermissa opinabar. Feminini generis et neutrius exempla non multa sunt neque nostris usibus apta *Ἄργιλος* urbs Herod. VII. 115. *Μυρτίλη* Menand. *μαντίλη* quod Meinekius in Com. Fr. II. 111. matulam interpretatur, *μέσπιλον*,[8] *Τρώτιλον*, quo Poppo defendit proparoxytonon *Τρώγιλος* Thuc. VI. 99. sed hoc masculinum est h. l. et femininum ap. Sil. Ital. XIV. 259. illud vero neutrum videtur, de quo genere Grammatici nihil prae-

---

6) Hic etiam *ὀρχῖλος* in codd. nonnullis ut *σχοινῖλος* VIII. 3. p. 594. b. 4. *τροχῖλος* Herod. II. 68. Ael. H. Ann. III. 12. *Πενθῖλος* Strab. IX. 402. *Κυρσῖλος* Hermog. de Id. II. 8. 352. T. III. Sch. ad Aristid. Plat. II. 655. et in cod. Demosth. 296. *Μυρσῖλος* Plut. Conviv. Sept. 147. B. Diod. IV. 73. Apoll. Mirab. V. et in bono adeo libro Soph. El. 498.

7) Editum est *πυρσίλος* h. l. et *Πορσίαλος* in Schol. Od. III. 444.

8) Hesych. *Κόθημα ἐπὶ τοῦ αἰδοίου καὶ κότιλον ὁμοίως*, quod generis neutrius videtur ut *τὸ κούδυλον* in loco mendoso EM. v. Meinek. Fragm. Com. I. 562.

cipiunt quia accentus omnibus idem; nam pro *Δρογγίλου* ap. Demosth. Stephanus proparoxytonon praebet. Tantum de formatione et accentu; quod sequitur, ad significationem pertinet. Scholiasta Dionysii p. 857. *ὁ ἕκτος*, inquit, *τῶν ὑποκοριστικῶν τύπος εἰς λος, ναύτιλος* (sic). Matthiae in Gramm. §. 102. Adn. 3. p. 276. ubi deminutivorum figuras varias edisserit, hujus quoque terminationis meminit in exemplum afferens *Χοιρίλος, Τρωίλος, Πραξίλλα, Τελεσίλλα,*[9] Goettlingius de Acc. p. 184. addit *ναυτίλος, τροχίλος, φρυγίλος* etc. At si quis pressius instet interrogetque ubinam *ναυτίλος* parvum nautam significet vel *χοιρίλος* porcellum et cetera quae allata sunt num a primitivis suis id differant quod a lapis lapillus, vereor quid responderi possit. Ac multa illorum ne a nominibus quidem ducta sunt. *Ἄρκιλοι τὰ τῶν ἄρκτων νέογνα* Eust. p. 1535, 16. p. 1625, 46. speciem quidem praebet vel deminutivae potestatis vel, quae huic proxima, patronymicae; sed pro illo in Poll. V. 15. *ἄρκτυλοι* et *ἀρκτύλοι* scriptum est; *ἄρκηλοι* vel *ἀρκῆλοι* Aelian. H. An. VII. 47. Ath. V. 201. C. quo fortasse diversum ferarum genus significatur; Hesychius *ἄρκηλα* hystrices appellari tradit a Cretibus. Quod vero Candaules Myrsi filius a Graecis Myrsilus sive Myrtilus vocatus est, eo minus ad probationem confert quo plures hoc nomen gesserunt diversis orti parentibus v. Meinek. Hist. Com. p. 100. Jacobs. ad Philostr. p. 630. ac si verum est quod Coraes sumit, Strabonem IV. 633. pro *Κυδρῆλος νόθος υἱὸς Κόδρου* — scripsisse *Κοδρύλος ἢ Κοδρῖλος καθάπερ Μυρσῖλος ἐκαλεῖτο ὁ Κανδαύλης ἀπὸ τοῦ πατρὸς Μύρσου* ad Strab. p. 287. Atact. T. III. 32. hoc nomen certe non idem valet quod *Κοδρίδης*. Sed conjecturam incertam reddit magna scripturae diversitas Paus. VII. 2, 7.

§. 2. Arcadius p. 53. *τὰ τὸ ῑ ἐκτεταμένον ἔχοντα προπαροξύνεται εἰ μὴ ἡ τρίτη ἔχοι τὸ ᾱ οὗ προκατάρχει σύμφωνον· στρόβιλος εἶδος ὀρχήσεως, στροβιλὸς δὲ ἡ συστροφή τοῦ*

---

9) Fischerus et haec attulit et *Θευχαρίλας* Theocr. II. 7. quod a *Θεύχαρις* vel *Θευχάρης* propagatum esse nequit, nam *Χαρίλας* est pro *Χαρίλαος* sed bicompositum *Θευχαρίλαος* a consuetudine abhorret. *Θεοχαρίδης* extat.

ἐχίνου, ἔςβιλος, ὅμιλος, πάμμιλος, ἀλλ' οὐκ ἐν συλλήψει τὰ σύμφωνα· τὸ δὲ Καδμῖλος περισπᾶται ἔχον τὸ ᾱ Eorum igitur quae alpha in principio habent, duo memorantur, quorum utrumque duas post alpha habet consonas, unum in syllepsi Καδμῖλος, alterum in diastasi Πάμμιλος.[10] Nominum, quorum alpha consona simplex sequitur, exempla aut librarii subtraxerunt aut nulla sunt; equidem unum reperio κάμιλος, quod quum Grammatici a κάμηλος distingui jubeant, iota longum habere videtur. Ita si est, verbis illis εἰ μὴ ἡ τρίτη ἔχοι τὸ α οὗ προκατάρχει σύμφωνον, addi oportet ἐπιφερομένων δύο συμφώνων μὴ ἐν συλλήψει (ut Πάμμιλος). Στροβιλός oxytonon non legimus; nec prorsus eadem significatio est in Ionis versu Ath. III. 91. D. ἐχῖνος — στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας. Mendoso ἔσβιλος nihil similius reperio quam σέσιλος et εἴςπνιλος. Καδμῖλος Eustathius 487, 38. a Κάδμος productum sed Schol. Lyc. 219. hoc ex illo contractum esse statuit; Lycophron utroque Mercurium significat; Festus: *sacrorum ministrum κάσμιλον appellabant.* Apertior vero femininorum origo, quorum tria affert Arcadius παστίλη, μαρίλη, μυστίλη, eademque Theognostus p. 111. sed primum rectius σπατίλη τὸ ἀπόξυσμα τῶν δερμάτων καὶ τὸ ὑγρὸν διαχώρημα (Cram. T. II. 303.) a neutro σκάς (σκῦτος) σκώρ v. Parall. p. 80. μαρίλη a μαίρω unde μαραίνω derivatum; Photius Μαρείνη ἡ μεμαρασμένη ὕλη καὶ μαριλευτής ὁ ἀνθρακευτής — Μαρίλη ὁ χνοῦς τῶν ἀνθράκων, quod Schleusnerus vere pro μαρείνη reponit; nam quod Ellendtius noster in Lex. Soph. a μαραίνω putat μαρεινός declinatum esse adjectivum, equidem vereor ut hujus declinationis exemplum reperiri possit; φαεινός et δεινός paronyma sunt. Duo novimus herbarum nomina, unum cunila κονίλη — ὅτι Κονίλος (sic) εὗρε τὴν βοτάνην Sch. Nic. Th. 627. de quo aliam conjecturam feci in Parall.

---

10) Id sine dubio est viri nomen Thuc. VI. 4. pro quo nunc ex aliquot libris Πάμιλλος receptum; illo utitur etiam Grammaticus Cram. II. 291. ubi pro ἀνθόμιλος fortasse Λιόμιλος reponendum ex eodem Thucydide, vel Βανδίλος ex Theogn. p. 62. nam ἀνθάμιλλος a proposito alienius. Theodosius Gramm. p. 71. non plus quam tria recenset χιλός, ψιλός, νεογιλός.

406. alterum χονδρίλη a χόνδρος ductum, quod persaepe apud materiae medicae scriptores hoc modo invenitur, apud Plinium vero chondrilla et condrille lambda iterato, quod solet esse vocalis longae indicium; Theophrasto Schneiderus χόνδρυλλα restituit non sine codicum vestigiis, sed vellem mensura mediae poetarum testimonio confirmari posset.[11] Funditus ignotum est ἀργίλαι τὰ ὑπόγαια οἰκήματα Eust. ad Dion. 1166. uude nonnulli *Argiletum* derivatum putant iota brevi, lambda simplici, etsi veteres ab argilla repetunt cujus origo ab ἀργός. Dubia est scriptura ἀργίλη περιπλάσας Galen. de Medicc. sec. Locc. I. 2, 438. T. XII. nam alibi de Simpl. Temp. IX. 1. 168. ἄργιλος legitur, quamquam et proprium urbis Anth. VII. 194. virique nomen fluctuat Ἄργειλος, Ἄργιλλος. Hujus generis multa affert Arcadius p. 54. τὰ εἰς ιλλος προπαροξύνεται Κύριλλος, Σόφιλλος, δόριλλος· τὸ δὲ ὀπτίλλος παροξύνεται καὶ τὸ νεογιλλός ἔχει θηλυκόν. Theognostus II. 62. et haec praebet et Ἄϊλλος, Δώριλλος, Ἔπιλλος, Μέγιλλος, Πέριλλος, Πράστιλλος, Τήριλλος, ἀνάσιλλος, quod compositum est sine dubio ut νεογιλλός EM. Phot. pro quo nunc in Odyssea νεογιλός scribitur. Cetera fere omnia andronymica sunt, notissima Κύριλλος, quod qui paroxytonon fecere reprehensi sunt Cram. II. 227. Μέγιλλος et Σόφιλλος, quo nomine Sophoclis patrem vocatum esse accepimus. Mendosum est Σόφιλος, quod modo pro composito Σώφιλος (ut Λάφιλος Thuc. V. 19.) subrepsit Demosth. 537, 8. Athen. III. 123. E. modo pro Σόφιλλος Herodian. Epim. p. 130. v. Jacobs. ad Ael. VII. 39. Kayser. ad Philostr. Soph. I. 15, 498. Meinek. Hist. Com. 425. Ἄϊλλος mihi ignotum; Amillus quidam nominatur Martial. VII. 62. Ἄρχιλλος Corp. Inscr. n. 1208. Τήριλλος innotuit ex Herod. VII. 165. et nomen urbis Γράστιλλος ὃ καὶ διὰ τοῦ π γράφεται Πράστιλλος Steph. Quae restant δόριλλος et Πέριλλος, multas habent inter se similitudines et significationis et scripturae; δόριλλος τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου ἢ παρὰ τὸ δέρειν Suid. etc. Verbum hocce in obscoenum intellectum detortum esse sic ut latinum glubere satis constat v. Jacobs. Animm. ad Anall. T. IX. 445.

11) Suidae Κοιτίλας ἐκ τοῦ κοίτη in κοιτίδας mutandum.

unde pars illa δόριλλος vocari potuit et a parte per contumeliam homo Dorillus ut Batalus v. Meinek. Hist. 335. Sed licet etiam contrarium contendere, hoc nomen a Δοῦρις vel Δόρις (quod aliquoties in vasis pictis legitur v. Mueller. de orig. vas. p. 41.) derivatum deinde ad cunnum translatum esse sicut Ἱπποκλείδης τὸ γυναικὸς μόριον Phot. ad posticum Ἀριστόδημος et alia. Quemadmodum vero pro hoc etiam δορίαλος et δορίαλλος, sic Περίαλος invenitur Jambl. V. P. XVII. 74, 156. pro Πέριλλος vel Περίλαος, sicut regis Spartani nomen Χαρίλαος sive Χάριλας saepe Χάριλλος scribitur v. Wyttenb. ad Plut. T. I. 454. Tzschuck. ad Strab. X. 293. Coraes ad Heracl. p. 351. quam formam rejicit Blomfieldius ad Callim. Epigr. XIV. p. 147. sed tuentur metra Tzetz. Chil. VIII. 905. neque detrectat analogia; nam ut a κύριος Κύριλλος, a Μέγας Μέγιλλος, Ἥρα Ἥριλλος, Clem. Strom. II. 21, 179. etc. sic a χαρά vel Χάρις Χάριλλος, idque jam apud Herodotum legitur, nec mirum nomina diversa quidem sed tamen conjugata in eundem collata esse hominem. Neque repugnabo si quis trisyllabum ex quadrisyllabo licentius contractum dicat similiterque ex Περίλαος, quod apud Demosthenem legitur, Πέριλλος, quod Harpocr. et Suidas ex hoc ipso afferunt et Reizius ad Lucian. Phal. Pr. §. 11. dubitat an illa sit germana scriptura, Πέριλλος vero posteriores finxerint ad idioma latinum.[12] A praepositione propagatum esse ut περισσός, nullo ostendi potest exemplo; nam ἔπιλλος Theognosti aut compositum est illud quod Lexicographi afferunt aut depravatum ex Ἐπόκιλλος[13]. Praeterea duo novimus appellativa Ῥόβιλλος βασιλίσκος ὄρνις Hes. fortasse a colore ut rubellio piscis, et ὄπτιλλος idque in obliquis solum casibus, bis acuta ultima τῶν ὀπτιλῶν — τὼς ὀπτιλώς Phint. Stob. T. 74, 6. bis item gravata ὀπτίλους Plut. Lyc. XI. Apophth. Lac. 227. B. simplici ubique lambda ut in derivato ὀπτιλῖτις, quod perperam ὀπτιλέτις scribitur. Sed ex Hesychii glossa Ὀπτοιαλοί ὀφθαλ-

---

12) Significare videtur nomina italica Catillus, Camillus, Herillus, Pompillus Martial. VI. 60. Terentillus.

13) Suidae glossa Πίριλος τὸ αἰδοῖον δι' ἑνὸς λ quo nitatur, scire vellem; ad πηρίν, περίνεον, pertinere non videtur.

μοί verior emergit scriptura ὄπτιλλοι conveniens boeoticae formae ὄκταλλος. Si vox esset in communem recepta consuetudinem, ὀπτίλος, puto, scriberetur quo accentu est ap. Hesychium. Cetera, quae in ιλλος exeunt, paragogis inserere non audeo βάσκιλλος κίσσα a βάσκω fortasse ut loquax, δάσκιλλος piscis, φυσίκιλλος panis genus. Accentus horum fixus est sed natat in femininis. Modo enim paroxytona sunt Αἰθίλλα Conon. XIII. 11. (omiss. in Th.) Μυρίλλα Anacr. Od. LXII. 14. Χρυσίλλα Anth. V. 253. modo rectius proparoxytona[14] Δρόσιλλα, Κύδιλλα Cram. II. 100. Λύσιλλα Arist. Thesm. 374. Λούκιλλα M. Anton. VIII. 25. cujus masculinum est Λούκιλλος et Λουκίλλιος v. Jacobs. in Catal. Poett. Epigr. p. 912. Schneidewin. Paroemiogr. Praef. p. XII. ut Μέγιλλος Μέγιλλα etc. quo accedit urbis Italicae nomen Κήριλλοι Strab. quam Silius VIII. 579. Cerillas vocat prima brevi, et Siculae Ἄκριλλα latine *Acrillae* dictum a vicinis Acris ut suspicor, et appellativa ἅμιλλα ab ἅμα propagatum ut ὅμιλος ab ὁμός, aegyptilla gemma aegyptiaca, ῥυσίλλας τὰς ῥυτίδας Hes. a futuro ductum ut Δέξιλλα, Πράξιλλα, Τελέσιλλα, Ἐράσιλλα, praeterea ἄσιλλα v. C. V. ἕρπιλλα pisciculi nomen in scriptura inconstans, σάτιλλα πλειὰς τὸ ἄστρον Hes. fortasse septentrionem sive plaustrum significans, cui vetus cum vergiliis commercium et stellarum numerus par; id Graeci ἅμαξαν vocant, quo nomine explicari solet σατίνη. Postremo ὤμιλλα, cujus origo nos fugit. Paragoga generis neutrius non reperio praeter πέδιλον, quod Aeoles πέδιλλον dixere. Neque adjectivum aliud quam τόλμιλλος καὶ αὐθαδίας Theognost. p. 1, 25. et uno lambda scriptum θερμιλώτατος (ὁ θέρμος) καὶ θρεπτικώτατος Anon. Cram. II. 448. corrupta fortasse, certe novitia. Verum ne sermo in eodem loco diutius quam satis est haereat, nunc ad vocalium quintam procedam dilata ob certam causam quarta.

---

14) Exceptis latinis Μαξιμίλλα καὶ Πρισκίλλα αἱ ψευδοπροφήτιδες Joel. Chronogr. p. 165. ut Quartilla, Crispinilla, Petrilla, Orestilla. Sic et camella graece scribitur καμέλλα accentu romano etc. Grammatici tamen praeferunt graecum Πρίσκιλλα, Φαλκώνελλα ut ἄελλα, σίβυλλα etc. EM. 19, 50.

CAP. IV.

De terminatione $\overline{υλ}$ —

§. 1. Propter magnam accentus inconstantiam praesertim in trisyllabis primo loco ponam Arcadii praecepta ex inordinatis in ordinem redacta. Pleraque igitur paroxytona sunt; primum adjectiva, quorum prima longa est *αἱμύλος*, *ἀγκύλος* etc. excepto uno *αἴσυλος*, quod nonnulli ex *ἀήσυλος* contractum volunt; secundo appellativa et propria, quae eam syllabam natura longam habent *κρωβύλος*,[1] *Ῥωμύλος*, exceptis paucis,[2] tertio illud genus propriorum, cui prima positione longa *Δερκύλος*, *Βακχύλος*, quarto tribrevia quae neque a nominibus isosyllabis derivata sunt ut *σταφυλή Στάφυλος*, neque in principio iota habent ut *τίτυλος*,[3] *Ἴτυλος τὸ κύριον*. Hujus autem quarti ordinis nulla affert exempla nisi propria *Χρεμύλος καὶ Κρατύλος*, seu casu seu quia nulla extant nisi oxytona. Proparoxytona ergo sunt appellativa quorum antepenultima positione producitur, *κόνδυλος*, *σφόνδυλος· τὸ δὲ Ἄξυλος καὶ Ὄξυλος τούτοις ἠκολούθησε*, propter consonam duplicem, ut dicit Anon. Cram. I. 51. *ἐν ἀμφοτέροις τὸ ξ ὂν οὐκ ἀντιπίπτει.*[4]

---

1) Hoc ex Cram. I. 51. reposui pro *κρόκυλος*. Sequens *ἀκρύλος* auctoritate codicis omisi a re proposita alienum.

2) *Σεσημείωται τὸ αἴτυλος καὶ ὄγκυλος* scrib. *Οἴτυλος καὶ Ὤγυλος* (Steph.). Osanni correctiones ad Philem. p. 55. *Ἴτυλος καὶ Ὄξυλος* res ipsa respuit. Quod Tzetzes scribit ad Lyc. 387. *κηρύλος παροξυτόνως, κείρυλος δὲ προπαροξυτόνως* etc. sumtum est e Schol. Arist. Avv. 300. ubi de accentu nihil sed modo hoc dicitur, *τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κείρυλος λέγεσθαι* (a *κεῖρις*).

3) Goettling. p. 185. *Ἄσιυλος* proponit, sed desideratur hic et ap. Theogn. 61. nomen, cujus prima iota continet ut *Σίπυλος*, *πίτυλος*, *μίτυλος*. *Πίπυλος* alauda, quod Du Cangius ex Schol. Ms. Theocr. X. 50. profert, recentius videtur; *Πίτυλον ὀρνιθάριόν τι ἄγριον* Hes. incertum.

4) In hoc Epimerismo, cujus caput extat in EM. et Gud. quatuor proponuntur canones sed ordine perturbato multisque omissis. Ex illis *οὕτω τὸ Ὄξυλος καὶ Ἄξυλος* conjicias ante *οὕτω* excidisse nomen ejusdem moduli, sed non convenit quod antecedit *παρὰ τὸ δρᾶναι δραμύλος ἐναντίον τοῖς ἀπὸ θέσει μακρᾶς ἀρχομένοις κυρίοις*, nisi fuit *παρὰ τὸ δρᾶξαι Δράξυλος καὶ Δάκτυλος*. Hoc enim nomen nonnulli a *δρᾶξαι* repetunt.

Verumtamen hac ratione carent *Γόγγυλος*, quod saepius legitur proparoxytonon, et *Κρώβυλος* Planudes scripsit Anth. VI. 155. fortasse antidiastolae causa, quanquam appellativum quoque interdum *κρωβύλος* scribitur v. Wernsdorf. ad Himer. Or. VIII. 3, 546. Et *Μίκυλος* Anth. VII. 460. defendi potest ob synemptosin adjectivi, etsi Grammatici ipsi de distinctione propriorum et communium nihil praecipiunt neque servatur in nomine fluvii *Καμπύλος* aliisque. Sed saepe etiam ea quorum nulla est ambiguitas *Ἄκτυλος* Phot. *Ἄρχυλος* Diod. XIV. 52. *Ἄστυλος* Paus. VI. 13.[5] *Δάσκυλος* Apollon. *Δήμυλος* Clem. Strom. IV. 8, 813. *Ἥδυλος* Anth. IV. 1, 45. et *Κάσμυλος* Anth. Plan. IV. 23. quorum accentum Jacobsius ad regulam revocavit, *Σίμυλος* Paus. VII. 22, 2. Lucian. Dial. Mort. IX. 2. Toxar. c. 19. et crebrius in seqq. sed emendatum ab editoribus. Quod in fine canonis apud Arcadium legitur *καὶ τὸ Ἄγκυλος κύριον προπαροξύνεται* mutarem in *Ἄγυλος* Jamblich. V. P. 36, 267. (522.) nisi hoc doricum videretur pro *Ἥγυλος*. Eademque ratione excluditur nomen *Αἰγύλου* in Inscr. Delph. 1690. Sed fuit fortasse proprium *Ἄκυλος* simile appellativo, quod ipsum excidit (quis enim illi ignotum fuisse credat?) cum aliis; *ἔκυλος* herbae nomen, corylus *ἀπὸ τοῦ κόρυλος* (omiss. in Thes.) Priscian. I. 8, 45. (p. 561. Putsch.) *ἄμυλος*, *κότυλος* paronymon *τῆς κοτύλης* ut et proprium *Κότυλος*.

§. 2. Verum non minor quam accentus est derivationis varietas, non solum nominum sed etiam verborum similiter cadentium quae mutuo inter se nentur discursu. *Ὀθύλλω* unde *ὠθύλλετο διενοεῖτο* Hes. ab *ὄθομαι* ductum sine ulla mutatione thematis sicut *εἰδύλλω* ab *εἴδω* vel *εἶδος*, *ὀγκύλλω* ab *ὄγκος*, a *δέρω δέρμα δερμύλλω ἐκδέρω* Suid. a *σαίνω* cum epenthesi labialis *σαπύλλω* adulor, aliaque ambage a *μίω* minuo *μιστύλλω*, nec dubie *ὀκῦλαι ὀκλάσαι*[6] et *ὠγύλλοντο ἐκάμπτοντο* Hes.

---

5) *Ἀστύλος* Jamblich. V. P. c. 36, 267. (524.) sed *Ἄστυλλος* Crotoniates Schol. Plat. Legg. VIII. p. 453. qui a Dionysio Antt. VIII. 1. *Ἄστυλος* vocatur. Ypsilon breve est in versibus poetarum quos nominat Wernsdorf. in Exc. III. ad Grat. Cyn. p. 243.

6) *Κλωκυδὰ τὸ ἐπ' ἀμφοτέροις καθῆσθαι ποσίν* Hes. idem est quod *ὀκλαδὸν ἧσθαι* Apollon. III. 112. ab *ὀκύλλω ὀκλύζω, ὀκλυδά*, cum metathesi et ectasi *κλωκυδά*.

referendum est ad *ἀγή* quod Schol. Arat. 668. interpretatur *καμπή*.[7] Reduplicatione creverunt *κοικύλλω τὸ περιβλέπω παρὰ τὰ κῦλα* Hes. et *μοιμύλλω* a *μύω*, quorum illi adnexum est proprium *Κοικυλίων* Aelian. V. H. XIII. 15. (omiss. in Thes.) ut a *καμπύλλω Καμπυλίων*, sed hoc intercedente nomine *καμπύλος*, ut *ἀγκύλλω ἀγκύλος Ἀγκυλίων*, *μικύλος Μικυλίων* Appian. Civ. V. 78. *Σκονθύλλω*, quod Glossographi *τονθορύζω* interpretantur ut *σκογχούλας γογγυσμούς*, nisi forte a *γογγύζω* deflexum est, etymo caret non minus quam *αἱμύλλω*, quod veteres modo ad *ἅμα* referunt, modo ad *αἵμων* scitus, et alia nonnulla. Ab hujusmodi igitur verbis oriuntur adjectiva parisyllaba, *αἱμύλος, ἀγκύλος, γογγύλος, εἰδύλος* (*ἰδύλημα*) *καμπύλος, ὀγκύλος, στρογγύλος*. Pars major vero terminationem asciticiam habet. Primum verbalia, quae Grammatici futuro subjiciunt: *Ἄξυλος παρὰ τὸ ἄγειν* Sch. Il. VI. 12. *οἴσυλος ὁ προύνικος* Hes. id est bajulus ab *οἴσω* v. Aglaoph. 1325. *Σωσύλος, Ὀνήσυλος* et *Νικάσυλος* Theognost. II. 61. quod pro *Νικασύλης* Pausaniae VI. 14. restituit Siebelis; alterum apud Herodotum V. 108. et saepius in sequentibus *Ὀνήσιλος* scribitur. Aliorum ortum declarat Apollonius de Adv. 583, 13. *παρὰ τὴν εὐθεῖαν ἡδύς ἡδύλος*, quod hodie non legitur nisi proprium, et huic similia *Πραΰλος* Diog. IX. 115. *Ὄξυλος, Δριμύλος* Lucian. Gall. c. 14.[8] adjectivumque *δριμύλος*, a similibus *βραχυλός* Hes. et hoc tutius adverbium *παχυλῶς* Arist. Nicom. I. 1. p. 1094. b. 20. eodem accentu ap. Eustrath. Comm. ad h. l. p. 6. a. et Eust. 570, 8. ex quo sequitur, quod Arcadius silentio praetermisit, adjectiva tribrevia oxytona esse. Ab aliis terminationibus *Ἧγις Ἡγύλος* v. Siebelis ad Paus. VI. 19, 5. *κεῖρις κειρύλος*, si vera est interpretatio Hesychii *κεῖρις ἁλκυών* verique Grammatici qui Atticos *τὸν κηρύλον* sic dixisse tradunt, a *κίῤῥις κίρυλος ἰχθῦς* Hes. ab *ὀσμή ὄσμυλος* Nemes. de Nat. Hom. II. 74. et Ath. VII. 318. E. quod Dindorfius *ὀσμύλος*, ut apud Aelianum legitur, scripsit contra regulam; ab

---

7) Gloss. ***suffrago*** *καμπή*, quod nos dicimus ***Bug, Hinterbug.*** Hinc etiam ***suffragari*** et ***refragari.***

8) Jacobitzius e codd. *Διμύλος* edidit, quod si compositum est ut *δίτυλος*, alio accentu notandum erat.

ἀκή ἄκυλος denominatum ab formam aculeatam v. Schneider ad Theophr. T. III. 243. a *μύρμη* ut Athenaeo visum *μόρμυλος* p. 313. E. *Μειδύλος παρὰ τὸ μειδῶ ὡς φείδω Φειδύλος* EM. 582, 20.[9] quae commodius a propriis *Μείδων* Inscript. Naval. XIII. 439. Suid. et *Φείδων* repeti possunt ut *Δημύλος* a *Δήμων*, *Κρατύλος* a *Κράτων*, *Γοργύλος* Diog. V. 62. a *Γόργων*, vel etiam a *Γόργος* ut *Χαρμύλος* Anth. App. n. 361. a *Χάρμος* vel a *Χάρμις* VII. 519. *Κροκύλος* vero Theocr. V. 11. a *κρόκος* ut *Κροκύλη* urbs in cod. Eton. Il. II. 633. et Theogn. II. 111. quae et *Κροκύλειον* dicitur a *κρόκη* = *κροκάλη*, vel etiam a *Κροκύλος* ut ab andronymicis quae paulo ante attuli, *Δαμύλη*, Phidyle, ab *αἴσυλος* forsitan *Φαισύλη* Hyas, ab aliis adjectivis appellativa *ἀγκύλη* et *γογγύλη*. Sed a bisyllabis: *κόγχη ἡ κογχύλη* Phot. brevi, puto, syllaba quae in *conchylium* extenditur; *βόμβος βομβύλη* et *βομβυλιός* v. Harp. s. h. v. et Schol. Apoll. II. 569. *σηκός σηκύλη* quae et *σηκίς* dicitur, *σταφίς σταφυλή*, *ἁρμός ἁρβύλη* pro *ἁρμύλη* Schol. Theocr. VII. 25. et *ἅρμυλον ὑπόδημα* Hes. ut et *ἀρτήρ* dicitur pro calceus novitioque usu *ἀρτάριον* sive *ὀρτάριον*. *Κορδύλη περιείλημα τῆς κεφαλῆς ὅπερ οἱ Ἀθηναῖοι κρώβυλον* EM. 310, 49. sic ut *κόρυμβος* et *κορύνη*, quae omnia quum globosum quiddam sive nodosum et capitulatum significent, a *κόρυς* derivata videntur; neque aliter comparatum puto *κόρδυλος* piscis nomen, quod et *κούρυλος* dicitur et *κορδύλη*,[10] sed hoc producta (Martial. III. 2.) vocali ut *σφονδύλη*, illud correpta ut *σφόνδυλος*. Neutrorum numerus exiguus est: *ἄμυλον* flos farinae, syntheton fortasse *ab eo quod sine mola fiat* Plin. *μιμαίκυλον*, *ἄρκυλον τὸ δίκτυον* Hes. ab *ἄρκυς*, *στέμφυλον* a *στείβω στέμβω*. Masculinorum

---

9) In Philippidis versibus Stob. Flor. LXVIII. 6. p. 420, 20. vulgatum est *Φίδυλος* quamvis longa syllaba prima et *Μιδυλίδαι* Pind. P. VIII. 53. eadem mensura. Schuchii sententiam *Κρεώφυλος* a *Κρεόφων* (sic) derivatum esse ut a *Φείδων Φειδύλος*, miror quare Schneiderus refutatione dignam judicaverit ad Plat. Civ. T. III. 210.

10) Aristoteles thynnorum foetus *σκορδύλας* vocari dicit H. Ann. VI. 17. p. 571. a. 16. ubi multi codd. *σκοροδύλας* ut *σκόροδον* et *σκόρδον*. Athenaeus ait Numenium piscem *κορδύλην* appellasse *γλαυκὴν κορύδυλιν* VI. 306. C. pro quo *κορυδύλην* scribendum. *Κορδύλος* Arist. de resp. 10. p. 476. a. 6. H. A. VIII. 2. p. 589. b. 27. et Oppian. H. I. 306. contra regulam.

primae declinationis praeter propria: *Ἀρτύλας* Paus. *Διτύλας*, *Κερδύλας*, *Κερκύλας*, *Κορύλας* etc.[11] unum succurrit sed minime certum *βαβύλας πηλός* Hes. Feminina tertiae pleraque derivata *Αἰσχυλίς*, *Βακχυλίς* v. Bast. Epist. 245. *Σερμύλη Σερμυλίς* Schol. Thuc. II. 65. cujus mediam brevem esse ostendit accentus: *τὰ γὰρ συνεσταλμένον ἔχοντα τὸ ῡ ὀξύνεται, γογγυλίς, Θηγυλίς ἐπίθετον Ἀθηνᾶς* Steph. s. *Παμφυλία*. Sic etiam *πηγυλίς ὀξυτόνως ἡ παγετώδης* Schol. Od. XIV. 479. *πηδυλίς πέτρα ἐξ ἧς ὕδωρ ῥεῖ* Hes. ut *πῖδαξ*, ab *αἴξ*, ut suspicor, *αἰγυλίς* vitex. Suspectum igitur *Θέστυλις* proparoxytonos scriptum in secundo Theocriti carmine non semel sed saepius.[12] Verum de specie horum vocabulorum haec satis sunt. Significationis proprietas nulla nisi in doricis quibusdam *δριμύλος* et *μικύλος*, quorum illud Schol. Dion. Gramm. 857. hoc EM. deminutivum dicit, unde aliquantum distat *ἐρωτύλος*, quatenus non paraschematistum est sed pro *ἐρώτιον* vel *ἐρωτάριον* valet, sicut *ἔρως* dicitur pro *ἐρώμενος*. Injuria autem Blomfieldius ad Prom. 214. *ὅσμυλος*, *αἴσυλος* et *αἱμύλος* huc refert, Matthiae Gramm. §. 102. 11. *Ἴτυλος*, quod ab *Ἴτυς* derivatum est ut a *Φίντυς Φιντύλος* Anth. VI. 192. non deminutionis causa sed paraschematismi v. Schol. Thuc. II. 29. *Ἴτυν τινὲς Ἰτυλὸν* (sic) *καλοῦσι*. Nec credimus Donato ad Adelph. III. 2, 54. *Simulus deminutivum a simo vel Simone* cf. Grauert. Anall. p. 145. Facilius huc admiserim verba quaedam *ἐξαπατύλλειν*, *σαπύλλειν*, *ἠβυλλιᾷν*, *ἡδυλίζειν* quo Menander usus est pro adulari, et *ποππυλιάζειν* sive *παππυλιάζειν*, quod Eustathius p. 565, 12. Theocriti exemplo nixus dorice dici affirmat pro *ποππύζειν*. Doricum etiam videtur sed deminutionis expers *Ἐσδραμυλίξαι ἐσδραμεῖν* Phot. simileque superius allato *δαμαλίζειν* etc. nisi quod *δραμύλος* non exstat, parique trans-

---

11) Genitivus *Σιμύλεω* probabili correctione positus est Anth. VI. n. 34. cui similis *Δασκύλεω* VII. 709. a nominativis in *ος* exeuntibus ut *Βάττεω*, vel potius dicatalectis ut *Βράχυλλος* et *Βραχύλλης*. Genitivus ***Dorylae*** Sil. Ital. II. 126. ad compositum ***Dorylas*** (*Δορύλαος*) pertinere videtur.

12) *Βάρδυλις* sive *Βάρδυλλις* regis Illyrici nomen est v. Majus ad Lucian. Macrob. c. 10. Wichers ad Theopomp. 146. *Διήγυλις* regis Thraciae Diod. *Σισίγυλις* urbis Celticae Steph.

gressione ab *ὄνθος* derivatum est *ὀνθυλεύειν* intellectu honestiore sicut verba *χραίνειν*, *μιαίνειν*, *μολύνειν* (*μωλύειν*) et latina *corrumpere*, *violare*, *vitiare* de mutatione coloris odorisve nativi quamvis grata dici solent. Postremum sit adverbium *σπερχυλλάδην παρὰ τὸ σπέρχεσθαι* Hes.

§. 3. Nomina in *ῡλος* exeuntia vocali longa ab Arcadio praeterita neque nobis nota sunt praeter propria Mnasylus Virg. Ecl. VI. 13. nisi Mnasyllus recipiendum ex libris quos Burmannus nominat ab Heynio neglectos, *Καμβῦλος*, *Μασσύλοι* Steph. hoc mendoso accentu, nam Latini mediam producunt, illud incerto; nec satis constat *Μόσυλοι* v. Miller. ad Marcian. p. 144. quomodo pronunciandum sit, et *Γόργυλος* fluvii nomen aliaque poetis intacta *Γαίσυλος*, *Πάσυλος* Diog. VII. 191.[13] quae si brachyparalecta essent, alio scribi deberent accentu; sed brevem penultimam habere videntur *βάκχυλος* panis genus, *βήθυλος* avis Suid. quod Theognosto reddendum pro *θήβυλος* II. 61. *δράκτυλος* sive *δράκτυλον* Athen. II. 71. A. (omiss. in Thes.) aliaque pariter ignota ideoque praetermittenda in hac paragogorum collectione. Feminina ypsilo longo praedita sunt *μιστύλη ἢ καὶ μύστρος λέγεται* Eust. 1368, 52. id est cochlear a *μύαξ* mya i. e. cochlea (v. §. 5.) *κενδυλα* sine accentu scriptum in codd. Anth. XI. 203. ubi Brunckius *σχένδυλα* edidit ad significandum instrumentum quod ab Hesychio *σχενδύλη* dicitur; tum *σφονδύλη* blatta et *σπονδύλη γαλῆ* Hes. haec fortasse a foetore cognominata blattae proprio, nam *σφονδύλη πονηρότατον βδεῖ* Aristoph. idemque dixit *βδεῖν δριμύτερον γαλῆς*, blatta autem ipsa unde nomen acceperit non constat nisi forte a similitudine spondyli; quanquam hujus prosodia diversa, etymon incognitum est. Transmissis aliis, quorum neque quantitas neque notatio certa: *γαγύλη*, *καγκύλη* i. q. *κηκίς*, *κανδύλη* etc. ad neutralia venio, quorum unum in promptu exemplum *τόρδυλον* herbae ignotae nomen quod Schneiderus ex Plinio reposuit Nic. Ther. 841. quo loco codd. etiam *ὄρδιλον* vel *ὄρδυλον* praebent sed in

---

13) *Πάπυλος* Theogn. 61, 19. Papylus in cod. Voss. Martial. VII. 78. pro papilus, penultima brevi. Incerta haec omnia.

Hippiatr. p. 216. τόρδιλον legitur, in Galen. Simpl. IV. 7. p. 646. T. XI. τοῦ τορδύλου, ap. Paulum VII. 3, 235. vitiosius γόργυλον. Id si forte tortile quiddam et glomeris simile significat, non multum distat a nomine ὄρδημα ἡ τολύπη et verbo Ὠρδυλευσάμην ἐμόχθησα Hes. sic, puto, ut τολυπεύειν dicitur et χαλεπὸν πόνον ἐκτολυπεύσας Hesiod. Verbo Ἡρτυλημένος ἠρτυμένος Hes. nomen genitale deest; nam Ἀρτυλία ἡ συνθήκη jam dudum in suspicionem venit v. Meinek. Com. Vol. III. 400. Nunc nihil propius instat quam ut de nominibus duplici lambda finitis dicam, quae pauca sunt; δάρυλλος ἡ δρῦς ὑπὸ Μακεδόνων Hes. fortasse ab hoc ipso natum ut δόρυ. Sed graecum certe ὁ ἕρπυλλος ἀπὸ τοῦ ἕρπειν ὠνόμασται Diosc. Mat. III. 46. pro quo si ἕρπυλος legitur Hippocr. de Nat. Mul. 598. T. II. et alibi, contra pugnat poetarum auctoritas mediam producentium latinumque serpyllum et derivativum ἑρπυλλίς τέττιξ Hes. quod et proprie dicitur Ἑρπυλλίς v. Goeller. de Syrac. 230. et Ὁρπυλλίς Ptolem. Heph. V. 33. ed. Roulez. ut ὅρπετον.[14] Tertium est adjectivum καθάρυλλος, quod Eustath. 1817, 61. ὑποκορισθῆναι dicit non ob aliud quam quia apud Comicos legitur. Verum hi pro καθάριος usurpant, non universe sed de victu rebusque ad victum pertinentibus, et terminatio ipsa vereor ut deminutivis recte adscripta sit. Pro qua opinione unum illud afferi potest quod Eustathii fide nititur, in fabulis satyricis Herculem vocatum esse Ἥρυλλον. Sed de hoc ipso aliisque similibus non plane convenit inter Grammaticos quomodo orta sint; Ἀρίστυλλος ὑποκοριστικῶς ὁ Ἀριστοκλῆς ὡς Ἡρακλῆς Ἥρυλλος, Θρασυκλῆς Θράσυλλος, Βαθυκλῆς Βάθυλλος. Οὕτως Ἡρωδιανός. Διογένης δὲ ἀντὶ τοῦ ἄριστος EM. 142, 56. ubi Ἀρίστων scribendum esse vidit Meinekius Hist. Com. 288. et 348.[15] Jam ut demus Ἄντυλλος Appian. Civ. I, 25. Πόλυλλος Anth. App. n. 150. Φάνυλλος Inscr. Nointel. n. 165. v. 5. nullum aptius habere principium quam Ἀντικλῆς, Φανο-

---

14) Praetermisi quae peregrina videntur βήρυλλος, μόσυλλον v. Sprengel ad Diosc. p. 349. etc.

15) Quae Bergkius T. II. 1162. addi vult, ad Grammatici causam parum necessaria sunt. Apud Hesychium Ἀρίστωνος ὥρα ἀρίστου potius ἀριστητός scribendum ut δειπνητός.

κλῆς etc. tamen *Ἀγάθυλλος*, *Δίυλλος*, *Δάμυλλος* Lucian. Dial. Mer. XI. (omiss. in Thes.) *Ἵππυλλος*, *Μένυλλος* Diod. XVIII. 18. *Χένυλλος* Inscr. Noint. v. 61. *Πίθυλλος* Ath. I. 6. C. non minus apte ad *Ἀγάθων*, *Δάμων*, *Δίων* etc. conveniunt. Atque adeo sunt quae vix alio revocari possint quam quo Diogenianus intendit, *Δράκυλλος*, *Φάϋλλος*, et quae neutram rationem admittant ut *Ἥγυλλος* in Inscr. Iassens. n. 2623. et *Σάβυλλος* Herod. VII. 154. Masculinis illis adjuncta sunt mulierum nomina *Αἴθυλλα*, *Ἄντυλλα*, *Ἀρίστυλλα* Plut. Praec. Conj. p. 427. T. VIII. *Ἥρυλλα* Corp. Inscr. n. 2019. (omiss. in Th.) *Φείδυλλα* n. 155. *Κρίτυλλα*, *Κτήσυλλα*, *Μονάσυλλα* etc. quae nonnunquam paroxytona sunt vitio librariorum v. Siebelis ad Paus. X. 12, 1. Appellativum hujus generis est *φθίνυλλα* apud Comicum non parvam tabem significans sed tabidulam[16] et *ματρύλλα ἡ μαστροπός* Eust. 380, 3. nisi doricum est *ματρύλη* ypsilo brevi ut *ματρυλεῖον* sive *μαστρυλεῖον* in versibus Menandri; sin *μάτρυλλα* scriptum fuit hoc est matercula, quae non incongruens lenae appellatio, id sane deminutivis adnumerandum erit. Nulla vero ejusmodi suspicio est de nominibus tertiae declinationis sive propriis *Ἀμαρυλλίς*, *Πιθυλλίς* Corp. Inscr. n. 996. *Ἀνθυλλίς* n. 2202. *Στρατυλλίς* Aristoph.[17] sive appellativis *ἀνθυλλίς* herba Galen. de Succid. 739. T. IX. Paul. VII. 3, 231. *ἀκανθυλλίς* i. q. *ἀκανθίς*, quod Aeliano redditum est pro *ἀκανθυλίς*, *γενετυλλίς* genitalis dea et hora, *ἀτρακτυλίς ἀπὸ τοῦ ἀτράκτους ποιεῖσθαι ἐξ αὐτῶν* Sch. Theocr. IV. 52. quod in poetae versu rectius *ἀτρακτυλλίς* scribitur ut *τετραπτερυλλίς* a *τετράπτερος*, *γηθυλλίς*[18] a *γήθυον*, *δασυλλίς ἡ ἄρκτος ἡ δασεῖα*. De deminutivis *βρεφύλλιον*, *ζωύλλιον*, *Πριαμύλλιον* etc. dicetur suo loco.

---

16) Coraes ad Isocr. p. 277. italicum *tisicuzza* comparat.

17) *Στρατύλλαξ* quod Fischerus ad Vell. II. 25. *στρατήλαξ* scribendum putat et servi Plautini nomen **Stratilax** praetermisi ob ambiguitatem scripturae.

18) Eadem *ἐπίθυλλις* dicta est fortasse a *θύλλον* i. q. *φύλλον* Hes.

CAP. V.

De terminatione $\overline{o\lambda}$ — $\overline{\omega\lambda}$ —

§. 1. Substantiva secundae declinationis perpauca sunt, nullum paragogae manifestum: *ἄκολος* quod Athenaeus ab ignoto *κόλον ἡ τροφή* repetit, *ἄσβολος* et *ἀσβόλη* ex *ψόλος* ut Eustathius ait 1949, 35. ortum, *ἠπίολος ὁ περὶ τὸν λύχνον πετόμενος* (omiss. in Thes.) Aristot. H. A. VIII. 26. p. 605. b. 14. simile romano *vappo* ut dicitur *animal volans quod vulgo animas vocant* Prob. Institt. II. 1, 109. id est *ψυχὴ πετομένη* sive *φάλαινα*,[1] *φασίολος* a Polluce receptum nec antiquum tamen, cujus originem indicat Galenus de Alim. Facult. I. 28, 542. *ἔνιοι τοὺς δολίχους λοβοὺς καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ φασηόλους* (sic) *διὰ τεττάρων συλλαβῶν καὶ διὰ τοῦτο ποιοῦνται ἕτερον ὄνομα τοῦ διὰ τριῶν λεγομένου φασήλου.*[2] Adjectivorum duo *αἰόλος* et *σκέρβολος* terminationem habent a verbo, tertium *σκίμβολος ἠλίθιος* Hes. productum videtur a *σκιμβός χωλός*, cui assimile est *σκαμβός σκαιός* sinister. Jovem *Ὁμολώιον* Ister Fragm. p. 56. cognominatum ait *διὰ τὸ παρ' Αἰολεῦσι τὸ ὁμονοητικὸν ὅμολον λέγεσθαι*, ab *ὁμός* certe unde *ὁμαλός*, sed nobis propria solum innotuerunt *Ὅμολος* et *Ὀμόλη*. *Δύςκολος* et *εὔκολος* quin copulata sint, nemo dubitat licet simplex non appareat. In *ης* quae terminantur pleraque a verbis propagata sunt *κορυπτόλης*, *οἰφόλης*, *σκωπτόλης*, *μαινόλης* et *μαινολίς* ut *φαινολίς* v. ad Phryn. 613. *Φειδόλας* Corinthius Anth. VI. 135. (nisi syntheton est.) A nominibus *κοιόλης ὁ ἱερεύς*, qui brevius *κοίης* dicitur, *γενειόλης* Cram. IV. 336, 14.

---

1) Salmasius ad Spart. V. Adr. c. 16. culices dictos putat *vappones* a vappa *cujus sunt amantes.* Quidni ab eo quod e vappa nasci credebantur ut *bibiones qui in vino nascuntur, quos mustiones a musto appellant* Isidor. XII. 8. et quae hodie vocantur muscae vinariae ***Weinmücken, Essigfliegen.*** Pappi volantes, quos Lindemannus confert, graece dicti *πάπποι ἀπ' ἀκάνθης*, germanice ***Distelbart***, quia canitiem barbae senilis referunt, cum vapponibus et papilionibus nihil commercii habent.

2) Galenus ipse sic ut alii materiae medicae auctores *φασίολος* scribit de Fac. Simpl. VI. 891. T. XI. ut Puteoli *Ποτίολοι*, ardeola *ἀρδιόλα*, capreolus *καπρίολος*, cereolus (cereus) *κηρίολος* Corp. Inscr. n. 3028.

et gentilicia *Ἀργόλας* et *ἀργόλαι ὄφεις* ab Argis vel ab *ἀργός*, *Ὀζόλαι* ab *ὄζαι δέρματα τῶν ὀνάγρων* Suid. vel ab *ὄζω*. Sed *ἠπιόλης* incubus unde dictus sit nemo patefecit, nec adjumentum praebent variae nominis formae *ἠπιάλης*, *ἰφιάλης*, *ἰφίαλος*, *ἐπωφέλης* v. Jacobs. ad Achill. p. 822. Gies. de dial. aeol. 353. Meinek. Hist. Com. 152. quas omnes ex *ἐφιάλτης* ortas esse haud promta fides. *Αἰθιόλας* Helenae filius Sch. Il. III. 174. Eust. 400, 32. (omiss. in Th.) fortasse ab *αἴθω* derivatum est ut *αἰθίοψ*. Verum haec terminatio saepe dubitationem affert utrum nativa sit an contracta. Etenim urbs, quam Stephanus (nisi accentus fallit) appellat pluraliter *Πρίολα*, a Nicandro Al. 15. vocatur *πόλις Πριόλαο*, sed conditorem Schol. ad h. l. et ad Aesch. Pers. 933. *Πριόλαον* dicunt. Macedonem quendam nobilem Plutarchus Alex. c. 69. *Ἰόλαν*, quod Ebertus in Sicel. p. 94. ex *Ἰόλαον* contractum putat, sed idem Arrian. VII. 27, 3. Vitruv. VIII. 3, 16. *Ἰόλλας* scribitur similiter ut Bithynus ille qui de materia medica scripsit v. Reines. Var. Lectt. II. 162. et Pollux IV. 55. *Βώριμος ἦν Ἰόλλα ἀδελφός*, quod pro composito haberi nequit. Nec tamen negaverim Graecos interdum hujusmodi vocabulis reddidisse speciem compositorum, quae in *λᾱς* contrahere consuessent. De nominibus quidem Doriensium nulla fere est dubitatio, ut *Πλειστόλας* Spartanus Thuc. V. 19. *Παυρόλας* Phalaridis filius Suid. *Πειθόλας* Thessalus Demosth. 1376, 5. *Πρατόλας* Inscr. Spart. n. 1240. pro quo saepius *Πρατόλαος* invenitur, ut *Τιμόλας* Boeotus Polyb. XVII. 14, 4. a Demosthene *Τιμόλαος* dicitur, quin etiam Atheniensis est *Τιμόλας* in Inscr. Naval. X. 385. et *Μισγόλας* pro *Μισγόλαος* v. Meinek. Hist. Com. 387. Pelasgi nomen *Ἀγρόλας* Paus. I. 28, 3. *Σαμόλας* Achaei Xenoph. *Λυκόλας* Aetoli Athen. XIII. 605. B. utri generi adscribenda sint, injudicatum relinquam. Eadem est femininorum ambiguitas. *Κλεόλα* quidem Schol. Orest. v. 5. a *Κλεόλας*, quod est Phliasii nomen Paus. V. 22, 1. declinatum dixeris; *Στρατόλα* Dem. c. Neaer. 1351, 14. Athen. XIII. 593. E. a *Στρατόλας* ut Eleus quidam vocatur Xenoph. sive *Στρατόλαος* ut Atheniensis Corp. Inscr. n. 274. b. in Addend. T. I. p. 910. et similiter *Ἀριστόλα* n. 155. et *Χαρίλα* Plut. Quaest. Gr. XII. quum praesertim in Inscr. Boeot. n. 1597. legatur plenum *Κρι-*

τολάα. De nominibus urbium laconicarum *Ἱππόλα* Paus. et *Μεσόλα* sive *Μεσσόλα* v. Tzschuck. ad Strab. VIII. 165.[3] quibus Stephanus gentilicia assignat diversa *Ἱππολαΐτης* et *Μεσολάτης*, adhuc animi pendeo; nam ut *Μενέλαος* oppidi nomen fuit et urbs Priola a Schol. Paris. ad Apoll. II. 783. *Πριόλαος* vocatur, ita fingi potest loci nomen fuisse *Ἱππόλαος* et femininum *Ἱππόλα.* Sed magis inclino ad simplicitatem, idemque firmius contendam de *Ἰόλη* viola Violantilla. De *Ὀμόλη, ἀσβόλη, ἀπαιόλη* nemo ambigit. His Theognostus p. 111. *θερσόλη* addit, quod scientiam nostram fugit; Arcadius *τριβόλη* id est tribula sive tribulum,[4] a *τρίβω* declinatum iota longo diversum a composito *τρίβολος.*[5] Omissum est illis *Ἀβιόλη σπέρμα τι* Hes. cui simile andronymicum romanum *Aviola.* Neutrius generis exempla nulla nisi obsoleta: *κρέμβολα ἐφ' οἷς τὰς κρόκας ἐντυλίσσουσι* Hes. fortasse ex *κροκέμβολον* concisum, *νάκολον τὸ ἀκάθαρτον* ejusdem glossa, cui propria *Νακόλη* et *Νάκολος* Steph. nihil lucis afferunt; *βίολα τὰ πέδιλα* Suid. suspectum est, *κολοκορδόκολα* Anth. lusorium. Nec multa affinium terminationum *αἰθόλικες αἱ φλύκταιναι ἀπὸ τοῦ αἴθειν* Erotian. et Galen. quod in libris *αἰθάλικες* et *αἰθύλικες* scribitur; sed illud testium plus habet et ad analogiam perinde convenit; nam primitivum est *αἴθη πομφόλυξ* Hes. ab *αἴθω* deflexum ut ab aliis urendi verbis synonyma *καυσαλίς* et *φαύσιγξ* pustula. Consimilem quandam cutis inflammationem significat *πόμφος* in Hipp. Muliebr. II. 775. T. II. *ἐν τῇσι κνήμῃσι πόμφοι ἀνίστανται* i. e. tubercula, quibus similes tumores *βομβῶ-*

---

3) Pro *τοῦ Μεσόλου* Steph. s. *Λεξαμεναί* alibi s. *Σαμυλία* legitur *Μοτύλου. Κρατιστόλου* in Plat. Epist. II. pro *Κρατιστολάου* merito suspectum.

4) Ab Hieronymo *serra* dicitur hoc est *ὁ σταχυοτόμος* quem dicit Grammaticus in Endlicher. Analect. I. 107.

5) Hinc Choeroboscus repetit nomen *τριβολέτηρ· ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης,* nimirum *ὁ τρίβολος,* unde non intelligo quomodo *τριβολέτηρ* existere potuerit, neque id credidit Hermannus nomen hoc interpretans *Wegsperre* (*τρίβου ὄλεθρος*) Opusc. T. VI. 131. Sappho fortasse rusticulum tribulam frumentis deterendis inducere suetum similemve ei rupicem *τριβολελάτην* vel *τριβηλατῆρα* vocavit, addita excusatione *οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα,* ***id apud Arcades probro non est.***

νες sive *βουβῶνες* dicuntur, bulla aquae *βομβυλίς* sive *πομφόλυξ* et praetermissa syllaba paragogica *πεμφίς πομφόλυξ* Hes. *κυρίως μὲν πομφόλυξ ἐστὶν ἡ ἐπιπεσόντος ὕδατος ἐν ὑποκειμένῳ ὕδατι ἐπανάστασις· νῦν δὲ ἐπὶ πυρὸς κατεχρήσατο* Schol. Arat. 980. et vicissim Nicander Ther. 213. *φλύκταιναι πέμφιξιν ἐειδόμεναι ὑέτοιο*, ubi Schol. *πέμφυξι* (sic duo codd.) *ταῖς φύσαις ταῖς ἐν τῷ ὕδατι γινομέναις πομφόλυξι.* Galenus autem Definn. p. 399. T. XIX. *πεμφιγώδης* interpretatur *φλυκτίδας παρασκευάζων.* — In *ολλ* — praeter *Μαύσολλος*, qui plerumque *Μαύσωλος* dicitur v. Eckel. Doctr. T. II. 596. Boeckh. ad Inscr. n. 2691. p. 470. et quaedam ignobilium urbium nomina (Abolla, Acholla) unum terminatur *ἄβολλα*, quod nisi aliunde in Graeciam immigravit, ex *ἀναβολή* contractum est vel detortum ab *ἄβολος* id est *ἁπλοΐς*, cui opponitur *ἡ δίβολος φᾶρος διπλοῦν* Hes.

§. 2. Ad paragoga neque hoc pertinet neque quae Draco p. 57. affert proparoxytona *τῇ διὰ τοῦ υ διφθόγγῳ παραληγόμενα, δίαυλος, ἴουλος, κούμουλος*, quorum secundum ex bisyllabo crevit, tertium vix illud est quod Zonaras *σάτον* interpretatur sed potius Martis nomen Camulus, quod graece *Κάμουλος* et *Κάμυλος* scribitur v. Schaefer. ad Plut. T. V. 466. Plus emolumenti promittunt Hesychii glossae *Σπέργουλον ὀρνιθάριον ἄγριον* et *Περγοῦλον ὀρνιθάριον ἄργει λέγω* (*ἄγριον λέγουσιν*). Id Salmasius aeolicum putat pro *σπεργύλος*, hoc autem deminutivum esse nominis *σπέργυς*, quod pro *πρέσβυς* dici constat; sic vero trochilum appellatum fuisse Hesychius testatur *πρέσβυς ὁ τροχίλος.* Haec admodum scite excogitata est ratio; num vera sit, dubitari licet. Hodie quidem passeres *σπουργῖται* vocantur sicut olim *στρουθοὶ πυργῖται* ab eo quod est *πύργος*, huic autem cognita videntur *πέργαμον* et pergula id est *πυργίδιον* Arist. Eqq. 792. unde *περγούλους* dictos suspicor; nisi potius est vox germanica *Spar* (Sperling) *ψάρος* passer. Alius aviculae nomen est *πυῤῥούλας* ab Aristotele sine ulla figurae colorisve descriptione memoratum; quod si a *πυῤῥός* originem traxit, paragogis accedit. Cetera propria sunt *Γαιτοῦλοι οὓς Ἀθηνόδωρος Γαιτουλίους λέγει. Ἡρωδιανὸς δὲ προπαροξύνει λέγων ὅτι τὰ εἰς λος παραληγόμενα τῇ διὰ τοῦ υ προπαροξύνεται* Eust. ad Dion. 215. *Βαστουλοί*

(omiss. in Th.) Marcian. II. 69. *Τούρδουλοι* p. 70. *Κάρσουλοι* (omiss. in Th.) Strab. V. 227. et alia accentu instabili. *Μίρτουλον μίσος μίασμα* Hes. facile sic restituas *Μιρτούλου μύσος* id est notum illud piaculum Myrtili. Ex quatuor syllabis contextum *Ἰαμβοῦλος* ap. Diod. et Lucian. (v. Wessel. ad Diod. II. 54.) hoc accentu, apud Tzetzam proparoxytonon est. Diphthongus $\overline{οι}$ exterminatur Grammatici praecepto EM. 11, 8. *τὰ διὰ τοῦ* $\overline{υλος}$ *διὰ τοῦ* $\bar{υ}$ *γράφεται — πλὴν τοῦ κοῖλος.* Nomina in $\overline{ωλος}$ desinentia Arcadius proparoxytona esse ait *εἰ μὴ ἔχοι πρὸ τοῦ* $\bar{ω}$ *δύο σύμφωνα κατ' ἐπιπλοκὴν ὧν τὸ δεύτερόν ἐστι* $\bar{τ}$, *Κίμωλος, εὐρύσωλος, φάσκωλος. Καστωλὸς δὲ ὀξύνεται· τὸ μέντοι Σπάρτωλος βαρύνεται· τὰ γὰρ δύο σύμφωνα οὐκ ἐν συλλήψει· τὸ δὲ Αἰτωλός τριγενές·* quibus addit verbalia si antepenultimam longam habeant acui *Φειδωλός, Αἰτωλός, ἁμαρτωλός· τὸ μέντοι ἕωλος προπαροξύνεται ὡς παρώνυμον καὶ (ὅτι) τὴν τρίτην βραχεῖαν ἔχει.* Exemplorum primi generis secundum quod in cod. *εὐρύσμωλος* scribitur, ignotum est, neque aliud quadrisyllabum reperio praeter *Ἐρίγβωλος* Nonn. XXXII. 223. (omiss. in Thes.) et *Ἀγλίβωλος,*[6] trisyllaba plura *Ἄνωλος, Ἴωλος, Κίμωλος* et quae Theognostus affert II. 62. *Μάγδωλος καὶ Ἄῤῥωλος ὀνόματα πόλεων, Ἐτέωλος λιμένος,* quorum primum in libris Herod. II. 159. $\bar{o}$ et $\bar{α}$ in media habet. *Καστωλός* vero acuitur quia syllaba secunda orditur a duobus consonis, quarum altera est $\bar{τ}$, *Αἰτωλός* ob tria genera. Sed horum aliam rationem reddit Stephanus nomina in $\overline{ωλος}$ masculina ut *Μαύσωλος*[7] accentum in antepenultima habere excepto si proxima a $\bar{τ}$ ordiatur *Καστωλός, Πακτωλός, ἁμαρτωλός,* quod etsi duas consonas non inter se complicatas habet sed in diastasi ut *Σπάρτωλος,*[8] tamen ex Arcadii sententia acuitur quia a verbo ductum. De *ἕωλος* dissentit Philoxenus EM. 352, 15. non paronymon esse dictitans sed a verbo *ἕω τὸ κορεννύω ὡς αἰτῶ Αἰτωλός, φείδω*

---

6) *Ἐριβώλου τοῦ ἐπινείου* Dio Cass. LXXVIII. 39. nominativo ignoto.

7) Legebatur *Μαυσωλός,* quo Jacobsius permotus est ut Grammaticos ipsos inconstantiae argueret ad Anth. p. 464.

8) *Ἡ Σπάρτωλος προπαροξύνεται* Sch. Thuc. II. 79. quia femininum est ut Stephanus dicit. Verum in hoc quoque librarii peccant v. Meinek. Com. Fragm. I. 436.

φειδωλός, ἁμάρτω ἁμαρτωλός, quae alios a futuris ducta putasse apparet ex EM. 444, 22. *ἁμαρτηλός ἁμαρτωλός τροπῇ φωνήεντος*. Mihi omnis etymi inveniendi spes abjicienda videtur. *Ἴωλος μέλας* Hes. ab *ἴον* vel *ἰός* aerugo derivatum, *κηδωλός* ambiguum est sed, si Arcadii ratio valet, a verbo potius quam a nomine repeti debet. Ceterorum origo ignota: *Ἐδωλός λόγος Λακεδαιμονίων*, quod apud alios aliter scribitur v. Popp. ad Thuc. IV. 8. *Κάνδωλος ὁ λῃστής* v. Aglaoph. 1305. *Μαίσωλος ζῶον ἐν τῇ Ἰνδικῇ γενόμενον* Hes. et quae Welckerus de Trilog. 195. affert *ἡμωλός* i. q. *ἡμάτιος* et Emolus, ex libris ineditis, opinor. Quae in *ωλη* exeunt, exposita sunt ad Buttm. Gramm. II. 406. Neutrius generis praeter propria *Ὄκωλον, Κέρκωλον* (*τῶν Κερκώλων* Phot. Bibl. C. 244. p. 639. omiss. in Th.) haec afferre possum *ἕδωλον* Lycophr. quo usitatius est *ἑδώλιον*, ab *ἕδος* derivatum, *κύβωλον* i. q. *κύβιτον* cubitus, *εἴδω εἴδωλον ὡς φείδω φειδωλός* EM. 296, 9. *φάσκωλον* phascolon Fest. i. q. *φάσκωλος* pasceolus, quae EM. et Eust. 1646, 20. probabiliter ab *ἀσκός* repetit, ultimumque *ἄσκωλον τὸ λεῖον* Suid. nisi fictum est ad explicandum nomen Ascoliorum hoc est solemnium vinaliorum *ἐν οἷς ἥλλοντο ἐπὶ ἀσκούς* Sch. Plut. 1130. et verbi *ἀσκωλιάζειν τὸ ἐπὶ ἀσκοὺς ἅλλεσθαι ἀληλιμμένους* sive *λείους* Hes. Quod vero EM. addit *οὐ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ*, adversus eos dictum est qui a *σκέλος* declinatum voluerunt. Quod quum parum credibile reperiatur quumque non solum ii *ἀσκωλιάζειν* dicantur qui, ut Varro ait, pelles bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant, sed etiam grues, quum *ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ποδὸς ἵστανται*, ubi utribus locus nullus relinquitur, verbum illud, quod Schol. Lucian. Lexiph. §. 2. *μονοποδὶ κινεῖσθαι* interpretatur, ab eodem nomine compositum arbitror unde *ἀγκωλιάζειν* sive *ἀγκωλιάσσειν* id est *ἅλλεσθαι τῷ ἑτέρῳ ποδί* Hes. sed ab alia praepositione. A *κῶλον* igitur *ἄκωλος* ductum eodem intellectu quo *μονόκωλος* dicitur ut *ἄδρυον μονόξυλον* Hes. hinc *ἀσκωλιάζειν* interposito sigma, quod saepe ante gutturales inseritur *εἴκω ἴσκω, ἄχομαι ἀσχάλλω*, aliaque in Dissert. de consonis insiticiis proponenda. Convenit huc gentis fabulosae nomen *qui monocoli appellantur singulis cruribus saltuatim currentes* Gell. IX. 4, 9. hoc est *ἀσκωλιάζοντες*. Ex eo quod paullo

ante protuli *ἑδώλιον* ab *ἕδος* derivatum, conjecturam feci Hesychium *Ῥακώλιον ῥάκος* scripsisse non *ῥακωλέον*. Similiter ab *ἰά* vel *ἰωή* exstitit *ἰωλία ἡ φήμη* vel *φωνή* Hes. ab *ἄνεμος Ἀνεμώρεια ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος — τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν* Strab. IX. 423. indidemque etiam *ἀνεμώλιος* arcessunt et *μεταμώλιος* sive *μεταμώνιος*[9] Schol. Apoll. I. 491. assentiente Buttmanno ut Schneiderus refert in Lex. Illud fortasse a *μεταμολεῖν* derivatum ut *ἑτερομόλιος*, *ἀντιμωλία* proprieque significat *transilis* id est *mutabilis;* alterius originem indicat Hesychius *Μώνιος μάταιος*, nisi hoc ex eadem officina exiit unde *τάῤῥοθος*, *ἠνεκής* et similia sermonis mangonia, de quibus disserui in Parall. 166. Adjectivum *μαινόλιος* v. Jacobs. ad Anth. p. 585. multo minus auctoritatis habet quam avium nomina *αἰγωλιός* et *ἐδώλιος* (scr. *ἐδωλιός*) quae conjectorum operam eludunt.

CAP. VI.

De affectionibus.

§. 1. Enumeratis uniuscujusque septem vocalium, quae liquidae praecedunt, exemplis instituti mei ratio exigit ut affectiones perlustrem hujus terminationis proprias. Primum de consonis dicendum est quod ad permutationem literarum $\bar{\lambda}$ et $\bar{\varrho}$ pertinet: *Ἀνεμώρεια ἡ νῦν Ἀνεμώλεια* Steph. *Ἄξιρις* et *Ἄξιλις* iota longo Arcad. *κίσηρις* et *κίσηλις*, *μαργαρίς* et *μαργηλίς* sicut urbis nomen *Τέρμερα*, incolarum *Τερμίλαι*, quorum utrum prius fuerit conjecturae nostrae non est. Sed haec libertas non quibusvis datur; *ἀκεστάλιος*, ut hoc utar, pro *ἀκιστήριος* positum esse Giesio de dial. aeol. p. 216. hoc minus concedi potest quo major est adjectivorum in *ηριος* numerus, quorum nullum huc mutatur. *Καρχάλεος* pro *καρχάρεος* a Spitznero jure repudiari ad Il. XXI. 541. comprobat accentus, nec minus vitiosum *ταρβαρέος* Hes. pro *ταρβαλέος*. Suspectum etiam *Καρφυλαί αἱ ἐκ ξηρῶν ξύλων κοῖται* pro *καρφυραί*, quod series postulat, vel *καρφηραί*, simileque illi *Καρφυλλίδης* alibi *Καρπ.* scribitur v. Jacobs. Catal. Poett. Epigr. 870. In-

---

9) Eadem trope *νεογιλός* ex *νεογινός* i. e. *νεογνός* ortum esse Eustathius 483, 35. sibi citius quam aliis persuasit.

dubium vero Athenaei testimonium VII. 313. E. *μόρμυρος — Δωρίων δὲ μορμύλους καλεῖ*, quod legebatur Opp. Cyn. I. 75. Hal. I. 100. donec Schneiderus *μορμύρος* supposuit accentu mendoso. *Κίττυλα τὰ κελύφη τῶν καρπῶν* Hes. Albertius non inepte cum *κύτταρον* confert, quod a *κύτος* derivatum idem fere significat. Quibus addi possunt *Κόβαλος τωθαστής* et *κόβειρος σκώπτης* Hes. verbaque *ταντολίζειν* et *ταρταρίζειν* i. q. *τρέμειν* et latinum canterius i. q. *κανθήλιος κάνθων*. Lambda et ny commutant *Ἀνθήλη — καὶ Ἀνθήνη ἐκλήθη* Steph. a floribus ut *Ἄνθεια, Ἄνθυλλα, Ἀνθηδών* et fortasse *Ἀθῆναι* ipsae. Tum adjectiva *κάγκανος καγκάνεος* et *καγκαλέος* v. C. I. §. 6. quibus affine est herbae nomen *κακαλία* et *κάγκανον*, quae eadem esse putatur vel similis; *ὄπτανος* et *ὀπταλέος*. Ad ultimum quae in homerico versu conflictantur *ῥοδανός, ῥοδαλός, ῥαδανός, ῥαδινός*.[1] Infinito plus difficultatis habet quaestio de geminatione liquidae; primum propter poetarum licentiam *κυνοκέφαλος* et *τετρακέφαλος* sic proferentium ut aut consonam geminari necesse sit aut porrigi vocalem v. Muetzell. de Theog. 449. sicut Schol. Arist. 1284. affirmat *σκυτάλη* mediam longam habere. Ovidius contra etsi oraculum illud *Μύσκελλε βραχύνωτε*[2] sine dubio non incognitum habuit, tamen *Myscelus* pronunciavit ut *θέσκελος* v. Tzschuck. ad Strab. VIII. 311. Rursus piscis nomen *pompilus* poeta ignotus in Halieut. 202. T. I. Wernsdorf. p. 173. usurpavit producta media utique contra veterem consuetudinem; alius *Φειδώλας* Anth. App. N. 389. sed pro Iolas in exitu senarii Virg. et Calpurn. Ecl. VI. 96. rectius Iollas scribitur. Secundo quia librarii modo lambda, quibus debetur, detrahunt ut *κρύσταλος* v. Jacobs. ad Philostr. 281. modo addunt quo non opus est: *Γόγγυλλος* in Vatic. Thucyd. VII. 2, 1. *Κρώβυλλος* in duobus codd. Suid. *κήρυλλος* in cod. optimo Aeliani H. Ann. V. 48. VII. 17. XII. 19. *Θέ-*

---

1) Poteram plura proferre *αἰβάλη αἰβάνη, κρούπαλον κρούπανον, ἀνίψαλος ἀνίψανος*, sed praetuli certiora. *Ἀσμολίη ἡ ἄγνοια· παρὰ τὸ εἶδος ἴδμων ἰδμονιά ἀϊδμονία καὶ τροπῇ* EM. a ceteris *ἀδμωλή* et *ἀδμωλία* scribitur interpretatione duplici *δουλεία* (a *δμώς*) et *ἄγνοια*.

2) In Diod. Exc. Vat. p. 8. *Μύσκελλε καλὰν ὧστε* scriptum est fortasse pro *Μύσκελλ' ἀγκυλόνωτε*. Nam Strabo illum *ὑπόκυφον* vocat.

στυλλος Alciphr. III. Ep. 31. (omiss. in Th.) Itaque de rarioribus praesertim ut *Βύκελος* et *Βύκελλος*, *Βάσιλος* et *Βάσιλλος*, *Δερκύλος* quod Gratius tuetur Cyneg. v. 103.[3] et *Δέρκυλλος*, cui adest derivatum *Δερκυλλίδης*, vix dici poterit quid cuique loco conveniat. *Βάθυλλος* apud poetas saepe legitur, apud scriptores *Βράχυλλος* et *Βραχυλλίδης* in nummo Sestini Letter. numism. T. IX. 44. nusquam *Βραχύλος* et *Βαθύλος*, cujus genitivus esse videtur *Βαθύλου* Inscr. n. 1278. a Keilio in Onomatol. p. 68. ad *Βαθύλας* relatus. Nec satis stabilitum *Θρασύλος* Porphyr. Isag. in Harm. Ptolem. c. V. 206. quod Schoemannus ad Isaeum p. 354. codd. auctoritate rejecit. At *Κράτυλλος* non inveni nisi semel in Inscr. Noint. n. 165. v. 45. et in cod. Plat. Crat. 427. D. ubi merito spretum est, sed frequentissime *Κρατύλος* a *κρατύς* vel *Κράτων*, ut dixi, derivatum; illa vero quae una consona plus habent a diversis orta sunt principiis, *Δάμυλλος* a *Δαμοκλῆς* sed *Δημύλος* a *Δῆμος* vel *Δήμων* ut *Σιμύλος*, *Θράσυλλος* a *Θρασυκλῆς* potius quam a *Θρασύλαος*, etsi utroque nomine idem homo appellatus est v. Perizon. ad Aelian. V. H. IV. 25. ut Perilaus et Perillus aliaque supra disputata. *Πρέπελλος*, quo Ebertus utitur in Sicel. Praef. p. X. vereor ne *Πρεπέλαος* scribendum sit planeque diversa puto *Ἔχελος* et *Ἔχελλος* nec contracta ex *Ἐχέλαος* unde *Ἐχέλας*. Inter *Ὀφέλας* *Ὀφέλλας* et *Ὀφέλτας* certamen anceps; primum metri ratio defendit in versu Apollodori Com. Fr. IV. 448. alterum cum aliorum, tum Cyrenaei principis nomen est saepius lectum; sed hic idem a Plutarcho *Ὀφέλτας* vocatur in V. Dem. XIV. v. Reines. ad Suid. s. l. et interpretes scriptorum quos hic nominat. His subtexere conveniat *Μαύσωλλος* in nummis et lapidibus scriptum contra regulam Cram. I. 60. *τὰ διὰ τοῦ λλ παραλήξεις ἔχει τῶν* (scr. *πάντων*) *φωνηέντων χωρὶς τοῦ η καὶ ω̄ παύταλλα* (scr. *πάλλα*) *ἡ σφαῖρα, δίκελλα — τὰ δὲ φύσει μακρὰ παρῃτήσατο ἡ συλλαβὴ ὑπὲρ τοῦ μὴ μακρὰ ἐπὶ μακροῖς γενέσθαι.*

§. 2. De vocalium inter se commutatione, cujus aliquot exempla praecedentibus intermixta sunt, nunc dicendum est

---

3) Nisi ille retium inventor fabulosus Arcylus potius dictus est quam Dercylus.

particulatim. Primum *τηθαλλαδοῦς* etiam *τηθελαδοῦς* scribi ostendi ad Phryn. 299. Cybale mulieris est nomen et Cybele v. Wernsdorf. ad Septim. Mor. v. 31. T. II. interque *νωφαλής* i. e. *νωθρός*, et *νωχαλίζει βραδύνει* Hes. atque *νωχελής* nullum est discrimen nisi scripturae. Idem etiam significat *βακέλας* et *βάκηλος*, *στραβαλός* et *στροβελός*,[4] sed substantiva *στράβαλος* et *στρόβιλος* una cum sono etiam intellectum mutant, ut *ὀβελός* et *ὀβολός*, *τροχαλός*[5] et *τροχίλος*. Hinc derivatum *τροχιλία* sic pronunciatur ut *Τρομίλιος τυρός* Simonid. Jamb. XXVI. hoc est iota longo ideoque saepius *τροχηλία* scribitur, et vero etiam *τροχαλία*, quae Boeckhius ad Inscript. Naval. p. 144. pariter probat, Meinekius autem Fragm. Com. II. 724. iota praefert confirmatum lapidibus et libris v. Hemsterh. ad Poll. X. 31. quorum summus consensus Aristot. Mech. VIII. 851. b. 19. sed paullo post IX. 852. a 15. *τροχιλέαι*, in Urbin. *τροχιλαί* iota omisso ut *τροχιλώδης* Oribas. Anat. p. 158. Vandali non solum *Βανδῆλοι* vocantur Dexipp. Scyth. c. II. p. 12. A. Dio Cass. LXXII. 2. sed etiam *Βανδίλοι* Zosim. VI. 2. quo Procopius assidue usus est in bello Vand. Neque raro quinta se interponit vocalis. Primum tubera *κανθῆλαι* dicuntur et *κανθύλαι*,[6] quae nomina Hesychii interpretes ad *κόνδος* talus et derivatum *κόνδυλος* referunt, *κωθύλος ὄνος* ad *κανθήλιος*. *Βεικηλά νωχελῆ ἀχρεῖα* Hes. aut pro *εἰκαῖα* valet aut a *βεκός ἀνόητος* derivatum est, unde *βέκηλος* et *βέκυλος* sive *βαικύλος* v. Bernhard. ad Suid. In catalogo Pythagoreorum Jamblich. V. P. 36, 216. (528.) proferuntur *Ὄκελος καὶ*

---

4) Hesychius *Ἀστροβλον τὸν ταχυλόγον· ἔνιοι τὸν συνεστραμμένον ἢ δεδονημένον.* Series poscit *ἀστρόβελον*, cujus duplex interpretatio; expeditum significat si alpha privativum est, perplexum si pleonasticum. Illuc pertinet adverbium *ἀστροβόλως ἐντρεχῶς*, huc *στροβελόν σκολιόν*.

5) Moschopul. ad Hes. Opp. 514. *τροχαλός ὁ δίκην τροχοῦ κεκαμμένος· τροχαλοὶ (τρόχαλοι) ἰδίως οἱ κόχλακες ἤγουν οἱ ποτάμιοι καὶ θαλάττιοι λίθοι.* Sed EM. *τρόχμαλοι οἱ κάχληκες.* Photius *Τροχίμαλλον σωρὸς λίθων*, quam scripturam retinent Dindorfius in Fragm. Aristoph. n. 694. et Bergkius n. 270. veram *τρόχμαλος* substituit Albertius ad Hes. s. h. v.

6) *Κονθύλη* demi attici nomen sine dubio accentu scribendum est quo *Ἀγκυλή*, *Ἀγρυλή*, *Ἀγελή*, *Πεντελή*, *Σφενδαλή*.

Ὄκυλος ἀδελφοί, quorum ille plerumque *Ὄκελλος* vel *Ὤκελλος* dicitur v. Rudolph. ad Ocell. p. 1. aliusque Lacedaemonius *Ὄκελλος* et *Ὤκυλλος* Xenoph. Hell. VI. 5, 33. Alias cum diphthongis permutatur. Apollonius Lex. *ἀγκοῖναι ἀγκάλαι· οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὰς ἀγκύρας οὕτω λέγουσι*, quod Boeckhius addubitat ad Inscr. Nav. p. 152. de anquina disserens. Stephanus *Ἀγραυλή δῆμος· τινὲς δὲ Ἀγρυλή· θέλει δὲ τὸ ᾱ ἀπό Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος*, et alio loco *Παμφυλίς ἐχρῆν προπαροξύνεσθαι ὁμοίως τῷ Ἄγρυλις διὰ τὸ τοῦ ῡ μῆκος*. Similiter variat nomen peregrinum *κάνδαυλος* et *κάνδυλος*. Sed suspectum est *εἴδαυλος* pro *εἰδύλος παρὰ τὸ εἴδω καὶ παρώνυμον εἰδυλίς ἐπιστήμων* EM. Ignotam ad stirpem pertinet *ἔγγραυλος* sive *ἔγγραυλις* piscis nomen, cujus synonymon *ἐγκρασίχολος* pariter obscurum. Saepius in iota vertit: *ὁσμίλος* Tzetz. Chil. V. 779. Astilus Calpurn. Ecl. VI. 7. Thestilus Martial. VII. 29. Archilis Terent. Andr. I. 4, 1. ubi Bentlejus Archylis scripsit contra quam alii in Gell. II. 18. pro Pompilus ex Diog. V. 36. posuerunt Pompylus, quod non minus suspectum est quam *Πενθύλος* Herod. VII. 195. et *Σώσυλος* Anth. IX. 413. sed hoc magis ob accentum, quem Jacobsius emendavit; nam *Σωσύλος* legitur etiam Lucian. Gall. §. 29. Corp. Inscr. n. 1710. *Σώσιλος* vero Diod. XXVI. 3. Polyb. III. 20. ubi cod. Flor. *Σώσυλος* cf. Krause Fragm. Histor. p. 88. Nec minus controversae *Αἴθιλλα* et *Αἴθυλλα* v. Heyn. ad Apoll. p. 300. sed *Χοιρίλη ἡ Ἑκάβη* Suid. melius quam *Χοιρύλλη* Herod. Epim. 153. *Ἀβίλη* et apud Latinos saepius Abyle ut *Καβύλη*. In appellativis *σηκίλλαι* Hes. *σηκύλαι* Eust. *μανδήλιον* et *μανδύλιον* v. Du Cang. *βράβηλον*, *βράβιλον*, *βράβυλον* v. Schweighaeus. ad Athen. T. I. 345. *φάγιλος* agnus Plutarch. [7] *φαγηλός* Hes. et *φαυλός* (sic) Eust. 1625, 39. quibus dijudicandis parum instructi sumus. Ad aliam summam referri debet utriusque literae in duabus continuis syllabis vicissitudo partim a librariis introducta qui *μιστύλη* persaepe scripserunt pro *μυστίλη* lenocinante verbi *μιστύλλω* similitudine, partim antiquitus propagata ut Mitylena et Mytilena ejusque conditor Myton alias

7) Hesych. *Ταγίλος φειδωλός* fort. *Φαγίλος* scribendum id est vesculus.

Μυτίλης vocatur, alias *Μιτύλης* v. Plehn. Lesbiac. p. 10. latinumque mytilus et mitylus sive mutulus graeco *μύαξ* cognatum et diversum huic gentis Papiae cognomen Mutilus a Diodoro L. XXXVII. Fragm. p. 184. T. X. Bip. *Μότυλος* scriptum propius graeco *μίτυλος*, quibuscum conferenda sunt substantiva *μύτις* et *μίτυς*. Sed quod Doederlinus in Synon. T. VI. 403. s. *Vigil* edicit *ῡ* psilon nunquam deinceps iteratum et ideo ap. Hesychium pro *Ὑγύλον ὑγιές* scribendum esse *ὑγίλον*, evertitur exemplo adjectivi *γλυκύς* et compositorum *γλυκύμυθος*, *ἰθύκυφος* etc. veriorque videtur Stephani correctio *ὑγιηλόν*. Deinceps agendum est de vocalis, quae causam facit, sive pleonasmo sive ellipsi; nam id discerni plerumque nequit. Quis enim dixerit utrum antiquius fuerit, *Καστάλων* an *Κάστλων*? Si tamen, ut veteres instituerunt, omnia ad communem dicendi consuetudinem tanquam ad normam referimus, *κεφαλή* pro nativo accipietur, *κεβλή* pro affecto.[8] Sed nulla hujusmodi ratione nitens Eustathius p. 973, 30. *σιφλός* ex *σίπαλος* ortum esse decernit *συγκοπῇ καὶ τροπῇ*[9] suasque in partes traxit Ruhnkenium Epist. 166. etsi hoc praeter glossaria semel tantum legitur in versu ignoti poetae, illud autem saepius apud Alexandrinos, et verbum *σιφλοῦν* in homerico loco Il. XIV. 142. suspecto tamen ut Schol. Vict. ait *περισσός ὁ στίχος καὶ ἡ λέξις τῶν νεωτέρων*. Eandem causam sed sine patrono agit Blomfieldius quum in Gloss. ad Agam 318. *φύτλη* ex antiqua voce *φυτάλη*, cujus nullum usquam vestigium apparet, contractum esse contendit. Etenim haec terminatio sic ut aliae ei affines stirpibus vocabulorum subjungitur modo ipsis *μόχλος*, *στρεβλός*, *χύτλον*, *ἀχλύς*, modo interposita vocali *Φύταλος*, *στρόφαλος* etc. v. Parall. 436. Quo in genere neque fingere permissum est quae teste carent neque rursus fidem derogare testatis. Etenim reperiuntur nonnulla duplicem formam sortita *ἄστλιγξ*, *ἄστριγξ*, *ὄστλιγξ* et *ὀστάλιγξ*, quae significationem tortuosi habent a verbo *στρέφω* sive

---

8) *Ἰσθλή* Hesychius affert idem significans atque *ἰξάλη* et rursus *Κίκελος τροχός* pro *κύκλος* circus, circulus, ut videtur.

9) Substantivum, de quo loquitur, in codd. nonnullis Lycophronis *σῖφλος* et *σίμφλος* scriptum est ut nunc dicitur *τζίμπλα* pro lippitudo.

στρεύγω ductam, unde *στροφάλιγξ*, *στρεβλός*, stribligo, et praevalente gutturali *στρογγύλος*, *στραγγάλη*, *ἀστράγαλος vertebra* praefixo alpha ut *ἀστράβηλος* pro *στράβηλος*. Et apud Hesychium *Γαγγίας ἢ γαγγαλίας, οἱ μὲν τὸν γελασῖνον, οἱ δὲ τὴν τῶν νεύρων συστροφήν* nescio an in principio *γαγγλίας* scribendum sit. Motacillae quidem nomen *κίγκλος* etiam *κίγκαλος* scribitur; hujus autem quod fertur primitivum *κιγκλίς* id est janua, ut Hesychius interpretatur, cancellata cum *καρκίνος* cognatum esse probant Festi verba *Cancri dicebantur ab antiquis qui nunc per deminutionem cancelli*; cancelli enim sive ut Graeci dicunt *κάγκελοι* imitantur transversa forcipis cancrique brachia cf. Parall. 124.[10] Secundae vocalis vel additae vel omissae specimen praebet *στύφλος* sive *στυφλός* et *στυφελός* v. Jacobs. ad Anall. Vol. II. P. II. 340. quod veteres ad *τύπτω*, *στυπάζω*, referunt, neque excludunt *στύφω* et *στρυφνός*. Litera eta assumta poetae dorici pro *κίχλη* dixerunt *κιχήλα*, omisso iota Romani *trochlea*. Triglam Sophro *τριγόλαν* dicere videtur Ath. VII. 324. C. Huic simile Hesychius affert *Δάγκολον δρέπανον*, quod et *ζάγκλη* dicitur et *ἀγκαλίς* a curvatura; unde patet stirpem fuisse *αγκ* (ancus, uncus) lambda autem ad terminationem pertinere, cui modo vocalis praeponitur $\bar{\alpha}$ vel $\bar{o}$ vel $\bar{\upsilon}$, modo nulla, ut et Romani pro *ἀγκύλη* sive *ἀγκυλίς* dixerunt *aclis*, de quo disserunt viri docti a Rupertio ad Sil. III. 363. nominati. Iidemque vocalem $\bar{u}$ detrahunt *catlaster*, *Catlus*, *Proclus*, sed non ii quos in scribendo sequimur auctores. Et similiter Graeci *μίτλος* Ath. III. 85. E. *τίτλος*, *Πρόκλος* etc. Adjectivorum in $\overline{\alpha\lambda\epsilon o\varsigma}$ exeuntium unum contractioni subjectum est *κερδαλέος*, sed in feminino modo *κερδαλῆ* si substantive dicitur de vulpe.

---

10) Calceorum genus nomen habuit *καρκίνοι* a multiplici corrigiarum nexu ut Meinekio videtur Com. Fr. I. 356. Eodem tendunt verba *καρκινοῦσθαι*, *συγκαρκινοῦσθαι*, hisque finitimum *συγκαρβαλῶσαι συστρέψαι* Hes. a *κάραβος*, ut a synonymo *καρκίνος* compositum *συγκαρκινοῦσθαι* dicitur de implicatione radicum, inserto beta ut *καρβάρεοι κάραβοι* Hes. Si quis tamen demonstraverit nomen *κιγκλίς* proprie motacillam significare ex etymo verbi *κινεῖν movere cillere*, argumentatio nostra cadet.

§. 3. Haec parte perpetrata resumam quaestionem, cujus inchoandae occasio ex re ipsa nata est, perficiendae locus adhuc non fuit, de syllabarum biliterarum (ut sic dicam) epenthesi. Hujus species existit si ex uno vocabulo alterum, deinceps tertium derivatur hoc modo: *βλίζω* — *βλίμη* — *βλιμάζω*, aut si et primitivo sua est propago et item derivativo ut ab *Ἶφις Ἰφίων*, ab *Ἴφιτος Ἰφιτίων*, ab *ἀγκάς ἀγκάζω*, ab *ἀγκάλη ἀγκαλίζω*, quod ne Eustathium quidem fefellit 990, 40. ab *ἀστραβής ἀστραβίζειν* sive *ἀστραφίζειν* et nomen *ἀστραβιστήρ ὄργανον ὡς δίοπτρον* Hes. ab *ἀστράβαλος* vero *ἀστραβαλίζειν*, cui Boeckhius ad Inscr. Nav. p. 111. illud brevius verbum substituendum putat, sed nihil opus est. Haec igitur non magis miramur quam alia a diversis casibus vel a diversis ejusdam casus formis deflexa, a recto *πωμάζειν*, ab obliquo *πωματίζειν*, a ruma rumare, a rumen ruminare. Neque miraculo esse debet quod interdum non apparet quibus gradibus a primo perventum sit ad extremum interversis, quos dialectici vocant, terminis mediis. Velut duorum verborum quae Hesychius componit *Ἀγκταλιάζει ἄγχει*, patet alterum ex altero ortum esse per traducem; sed hujus vestigium superest nullum. Et inter *σκάζω* et *σκαμβάλυξ στρεβλός* (*σκόλοψ*) Hes. nihil interjectum videmus praeter *Σκαμβός στρεβλός*[11] et *Σκάμβυξ σκόλοψ χάραξ* Hes. quorum cognationem clariorem reddunt latina *varus* (*στρεβλός*) *vallus* (*σκόλοψ*) *vara* (*σκάνδαλος*) sed lambda tamen apparet in aliis hujus familiae nominibus *σκόλοψ*, *σκαληνός*, et fuerunt fortasse qui *σκάμβαλος* usurparent a *σκαμβηρός*, unde *σκαμβηρίζειν ὀλισθαίνειν*, non longe remotum. Denique si reperiuntur nonnulla quae nisi epenthesis ope explicari nequeunt, ea re non efficitur ut hac potius via quam aliqua occulta ratione derivata sint. Adjectivum *ἐναλίγκιος* isti, quibuscum mihi certamen est, ex *ἐνείκιος* ortum volunt verbum *εἰκέναι* subesse rati, cujus significatio quidem perfecte congruit sed praepositioni *ἐν* neque hoc subjunctum reperitur neque *εἴκελος* hujusque vicaria *ὅμοιος*

11) *Σκαμμάδες πόρναι* Hes. fortasse pro *σκαμβάδες* *scrupedae*, quod est meretricum epitheton in Plauti versiculo id est scauripedae quia pedes divaricant, unde *γυναῖκες εἱλίποδες* vocantur a comicis.

et ἴσος, ac dicitur etiam ἀλίγκιος, cui syllabam $\overline{\alpha\lambda}$ praefixam esse fides nulla. Quamobrem quod Schneiderus haec ab ἧλιξ repetit, ut non certissimum ita illo probabilius videtur; neque utimur eorum consilio qui nos ad germanica *lich*, *gleich*, *like* remittunt prioris partis incuriosi. Verum praeter illam syllabam, quam suavioris modulationis causa interpositam ferunt, compluria afferuntur parenthesis exempla. *Μέτασσαι τουτέστιν αἱ μέσαι κατὰ πλεονασμὸν τῆς μέσης συλλαβῆς* Eustath. 1625, 29. de quo rectius sentit ille in Cram. Anecd. I. 280. *ὡς παρὰ τὴν ἐπί γίνεται ἔπισσα οὕτω μετά μέτασσα*, quibus alio loco apposui *περισσός, Ἄμφισσα, Ἄντισσα.* Sed in manifesto peccatu tenetur EM. 329, 1. *παρὰ τὸ ἑκάς καὶ τὸ βέλος γίνεται ἑκαβελέτης καὶ πλεονασμῷ τῆς $\overline{\tau\eta}$ συλλαβῆς ἑκατηβελέτης ὡς ἔτυμον ἐτήτυμον*, nam et hoc dissimile est et illud ab ἕκατος compositum, quod in epitheto dei retinetur. Minus vero exploratum illud in quo EM. 365, 30. et Eust. 1271, 1. consentiunt *παρὰ τὸ ῥόθος (ῥοθῶ γὰρ τὸ παρορμῶ) γίνεται ἐπίῤῥοθος καὶ πλεονασμῷ τῆς $\overline{\tau\alpha\rho}$ συλλαβῆς ἐπιτάῤῥοθος*, quod pro concesso sumit Schol. A. et B. ad Il. I. 223. XII. 180. *ἀτηρός καὶ πλεονασμῷ τῆς $\overline{\tau\alpha\rho}$ συλλαβῆς ἀταρτηρός ὡς τάῤῥοθος.* His non amplius concedimus quam fundamentum nominis esse syllabam $\overline{\rho o}$, unde *ῥόω ῥώννυμι ῥόθος* (ut a *κνύω κνύθος* v. Parall. 406.) *ἐπίῤῥοθος ἐπιῤῥώστης* et indidem *ἄῤῥοθος ἀρωγός* ap. Hesychium, cui non diffidimus, postremo *τάῤῥοθος* quod Lycophro usurpavit praeposita litera $\overline{\tau}$ sicut urbs *εὔαρνος καλεῖται Ἄρνη καὶ ἀπὸ τῆς ἐντελοῦς γενικῆς Ἀρήνη καὶ ἡ αὐτὴ Τάρνη* Herodian. EM. 146, 1. Si vero hoc *τάῤῥοθος* commentum est poetae Alexandrini homericum *ἐπιτάῤῥοθος* ita solvere conantis, neque aliud invenitur assumtione dignius, fatebimur potius ignotum nobis esse quid verum sit quam ut probemus quod falsum esse possit. Literarum ordinem sequenti proximum est quod Methodius suggerit EM. 73, 10. *παρὰ τὸ ἄλφω γίνεται ἀλφίβοια· πολλάκις δὲ τὸ $\bar{o}$ ἐν τῇ συνθέσει εἰς $\bar{\varepsilon}$ μεταβάλλεται καὶ τὴν $\overline{\sigma\iota}$ προςλαμβάνει οἷον ἑλκόπεπλος ἑλκεσίπεπλος, Πρωτεσίλαος, πηγεσίμαλλος*, quae eodem modo traduntur in Epim. Cram. I. 176. sed hoc amplius: *ἔνιοι δὲ ἀπὸ μελλόντων αὐτὰ σχηματίζονται, τῶν διπλῶν μὲν ἀναλυομένων, τοῦ δὲ $\bar{\varepsilon}$ παρεμπίπτοντος.* Cujus sententiae auctor

certe non ignoravit hac ratione vix *ἀλφεσίβοια*[12] explicari posse, nedum *Πρωτεσίλαος*, *ταμεσίχροος*, *ἐγχεσίμωρος* quod Eustathius 403, 44. cum *πηγεσίμαλλος* consociat et alia; sed fortasse sic sibi persuasit Graecos, quum haec fingerent, animum intendisse ad vocabula quorum ea natura est ut pro necessitate scribentium epsilon et recipere possint et respuere *ἀλάμπετος ἀριδείκετος ἀπεύχετος*, atque hinc gradatim processisse ad alia quibus ea litera per se aliena sed ut versum heroicum intrare possint necessaria est; ac primum quidem illa quae cum futuris in $\overline{ξω}$ et $\overline{ψω}$ exeuntibus composita sunt duplicibus dissolutis *καμπεσίγουνος*, *θελγεσίμυθος*, *ἀρχεσίμολπος*, et, si ne sic quidem metro sufficerent, correpta vocali principali *λιπεσήνωρ*, aut sublatione syncopae *ταμεσίχροος* pro *τμησίχροος*.[13] *Πρωτεσίλαος* vero et si quid aliud a nomine orditur, imitatione expressum videtur ex iis quae cum dativo conjuncta sunt partim hyphen *Ἀργὼ πασιμέλουσα*, partim in unum corpus coaluerunt *Πασίφιλος* Diod. XX. 67. *Μηδεσικάστη*, *τειχεσιπλήτης*, *δακρυσίστακτος*, *ναυσιφόρητος*. Quemadmodum autem nullius imaginis tam perfecta est similitudo quin ad propositum exemplum aliqua ex parte deficiat, sic ab illis discrepant *σαρξιφάγος* Theogn. Bekk. p. 1417. b. *ἀλγεσίδωρος*, *Γαλαξίδωρος*, ea re quod in his dativi significatio nulla apparet, dupliciter vero *ποεσιτρόφος*, quia cum nomine primae declinationis copulatum est, et longissime *τηλεσίφαντος* quod ne cum nomine quidem cf. ad Phryn. 684. et 768. Eadem autem vis synecdromae verbalibus *λυπησίλογος*, *τιμησίθεος*, *κρατησίπους*, *Χαιρησίλαος* Paus. IX. 20, 1. adaequavit proprium *Ἑρμησιάναξ* (*Ἑρμῶναξ*) et epitheton *Μελησιγενής* pro *Μελητογενής*. Tantum de interjectione graeca quam Grammatici opinionis errore sibi finxerunt. Latina autem prosimurium et persefacul ab obsoletis vocibus prose et perse composita esse multorum opinio est. Sed a Graecorum commentis non multum aberrat Gellii sententia XVII. 2, 17. *sermonari rusti-*

---

12) Pro *ἀλφησίβοια* puto, ut *φοβεσιστράτη*.

13) Si Graecis libuisset verbo *ταμεῖν* subnectere nomen, *τάμεσις* dixissent ut *γένεσις*.

cius videtur sed rectius; sermocinari crebrius est sed corruptius. Sermonor in nostris libris non deprehenditur neque hinc extitit sermocinor sed utrumque a sermo, illud a genitivo ut auctio auctionor, concio concionor, hoc paragoga bisyllaba auctum ut ratiocinor, patrocinor, lenocinor, morticinus, tirocinium. De nomine *reciprocus* Varro duas proponit sententias *quod ab recipere reciprocare fictum aut quod poscere procare dictum;* hoc Festo arrisit; equidem verbis *recipio* et *recupero* copulatius puto.[14] Nam quae Scaliger affert hujus pleonasmi exempla, infirmissima sunt: *incitega* ex graeco *ἐγγυθήκη* conversum ut *ἔγκυος* inciens, quae Doederlinus confert; idem et alii *reciperare* non a reparare sed a recipere ductum esse judicant; *concipilare* quum in Plauti loco tertiam brevem habeat, sequitur pro compilare accipi non posse. His appositum est quod Graeci de syllaba $\overline{\gamma\iota}$ fabulantur: *αἴλουρος καὶ πλεονασμῷ τῆς* $\overline{\gamma\iota}$ *αἰγίλουρος* EM. nomen ferae ab *εἴλλω ἀΐλλω* ducentes quia *caudam adulat,* incertissimum illud quia ne speciem quidem animantis, quod hoc nomine proprie significatur, cognitam habemus.[15] Sunt et alia vocabulorum supplementa quibus illi utuntur sed dubitanter: *παρὰ τὸ μένος ἄμενος καὶ πλεονασμῷ τῆς* $\overline{\nu\eta}$ *ἀμενηνός· ἢ παρὰ τὸ μένω μενηνός κ. τ. λ.* EM. 81, 53. quorum neutrum recipimus neque illud compositum putamus sed a composito derivatum ut ab *ἁλμυρός ἁλμυρώδης*, a praetorius praetorianus et alia hujusmodi, de quibus suo dicetur loco. Item de *διηνεκής* dubitant utrum ab *ἐνέκω* fictum sit, cujus aoristus est *ἤνεγκον*, an a *διήκω* intercedente syllaba *νε* EM. 274, 19. Cram. II. 356. de quo non dubitassent si simplicis *ἠνεκής* recordati fuissent. Et de *Ταλαϊονίδης* duplex fuit sententia: *ἀπὸ τοῦ Ταλαΐων ἐστὶν ἡ κλίσις ἢ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ* $\overline{\text{ονι}}$ Schol. B. ad Il. II. 566. sed illud merito praetulit Grammaticus quem appellavi

---

14) Reciprocus cum *re* et *cis* conjunctum esse Muelleri opinio est ad Fest. p. 26. quam refellit nominum cum *cis* compositorum significatio localis.

15) Ab *ἄλμη* factum esse *salgama* interposita *ga* credere non recusem. Herodianus EM. 167, 29. *ἀπὸ τοῦ ἄτρυτος ἀτρύετος* (ut *ἀΐετος*) *καὶ πλεονασμῷ τοῦ* $\overline{\gamma}$ *ἀτρύγετος.*

ad Buttm. 439.[16] licet Ταλαΐων non magis reperiatur quam Ἰαπετίων, unde Ἰαπετιονίδης productum est ut ab Ἐλατίων, quo Epicis uti non licuit, Ἐλατιονίδης in Il. H. Caetera epenthesis exempla aut ex locis mendosis ducta sunt aut a falsis profecta rationibus. Sic ex eo quod in uno codicum Ambros. scriptum est δερδέσκετο Od. V. 84. pro δερκέσκετο, fluxit illa ariolatio in Anecd. Bachmanni II. 366. Gregor. Append. 677. ἐπέκτασίς ἐστι προςθήκη συλλαβῆς κατὰ μέσον τῆς λέξεως δερκέσκετο, ἐτήτυμον etc. Alterius generis haec sunt: κτεάτεσσι πλεονασμὸν ἔπαθε τῆς τε συλλαβῆς Eustath. 1412, 38. ἀγήγοχα — ἐπλεόνασεν ἡ γο συλλαβή, καὶ ἐδήδοκα πλεονασμῷ τῆς δο EM. p. 9. ἐπεντιθέασι τὴν με συλλαβὴν ἐν οἷς ἀπαρεμφάτοις ἀναδίπλωσις οὐχ εὑρίσκεται ὡς ἐν τῷ τυπτέμεναι, δόμεναι[17] Planud. Bachm. T. II. 96. Gregor. App. 694. Haec omnia nunc aliter habentur. Quae vero insitionis assertores in transitu attingunt ἐτήτυμος et ἀταρτηρός, ea aucta quidem sunt sed alia ratione sic ut ἐμήμεκα, ὀρώρυχα, cum eo quod adjectivo ἀταρτηρός et verbo conjugato ἀταρτᾶσθαι βλάπτειν Hes. inserta est consona qua ἀτατᾶσθαι ab eodem allatum caret; ceterum quia ἀτηρός primam longam habet, ἀταρτήρος brevem, ατ pro additamento habeatur necesse est non ταρ. De ἰτητέον incertus sum utrum ab obsoleto ἰτέω declinatum sit, cui simillima sunt βατέω, βοτέω, δοτέω, πατέω, an pro ἰτιτέον receptum mutata propter epalleliam vocali ut intus aucta ἠνίπαπε et ἐρύκακε pro ἐρύκυκε, ἠνίπιπε.[18] Qua mutatione minus opus fuit verbis ἀτιτάλλω,[19] ὀπιπεύω, ὀνίνημι, sed placuit ita. Hanc

16) Acrisionides ibi editum est pro Acrisioniades, quod a patronymico Acrisione.

17) Quod addit ἐν οἷς δ' ἐστὶν ἀναδίπλωσις, οὐδαμῶς· οὔτε γὰρ διδόμεναι λέγουσιν οὔτε τετυφέμεναι, metricis rationibus nititur non grammaticis, nam τιθήμεναι dicitur et τεθνάμεναι.

18) Ea sine dubio veterum fuit sententia qui de διπλασιασμῷ μέσῳ loquuntur EM. 431, 52. imperfecti ἤνιπε literam secundam et tertiam reduplicatam esse addita trope, etsi hoc reticent. De epectasi ultimae quod adjiciunt, res ipsa refellit.

19) Ἀτάλλω apud Homerum habet significationem neutralem ludendi (τοῦ νηπιάζειν) transitivam deludendi in Hipponactis loco τί με σκιράφοις ἀτιτάλλεις (Welck. p. 98.) *quid me nugis decipis.* Hinc adjectivum

igitur sive primarum sive mediarum reduplicationem ab epenthesi pleonastica longe sejunctam haberi oportet. Pro qua quae Grammatici afferunt omnia invalida sunt. Sed proprium illa domicilium habet in eo genere vocabulorum quod onomatopoeticum vocamus. Nec latet causa. Quanto enim propius ad naturae veritatem accedit *σισιλιγμός* Schol. Od. IX. 394. quam *σιγμός*, hoc est ferri candentis in aqua stridor? Idem fit in vocibus animantium, quas et natura infinitum variat et scribendo accurate exprimi non possunt; quare ab aliis aliter appellantur, *ποππύζειν* et *ποππυλιάζειν*, *πιπίζειν* pipire et pipilire,[20] *ἀῤῥάζειν* et *ἀραρίζειν*, *τιτίζειν* et *τιτυβίζειν*, *λατράζειν* quod Hesychius *βαρβαρίζειν* interpretatur, et *λατραβίζειν τὸ ἀσήμως λαλεῖν* Hes. *κακκάζειν* et *κακκαβίζειν*, illud ab ineffabili, hoc ab articulato *κακκάβη* ut *μορμύσσομαι* a *μύρμος φόβος*, sed *μορμολύσσομαι* sive *μορμορύσσομαι* a *μόρμορος φόβος*, si sana est Hesychii glossa. His igitur regionibus continetur pleonasmi usus, quem Grammatici prope ad infinitum extendunt, partim facticiis exemplis utentes, partim incertis. Cujus generis multa proferre possum ab illis praeterita, primum propria: *Ἀρμόσατα* Armeniae civitas et *Ἀρσαμόσατα* v. Interpr. ad Polyb. VIII. 25. *Κύτωρος* Phrixi filius, idemque *Κυτίσωρος* v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 591. Vol. II. P. I. 589. *Καλλικύριοι* sive *Κιλλικύριοι* coloni Penestarum Helotumve similes et *Κιλλύριοι* non solum apud Herodotum sed etiam in Nonni versu XIII. 311. *Ὑρία* — *ἣν παραῤῥεῖ ὁ Καλύκαδνος, ὃν Κάλυδνόν τινες καλοῦσι* Steph. *Λᾶσα Λάρισσα* Hes.[21] Nectabis Nectanabis v. Conr. Schneider. Gramm. II. 195. quorum omnium ea

---

ἀταλός ludibundus (puerilis) et verbum *ἀτταλίζομαι πλανῶμαι Σικελοί* Hes. quo loco quod interpretes apponunt *διαττερίσαι ἀποδρᾶναι*, nihil aliud est quam *διατρῆσαι* idemque quod *ἐκτρυπῆσαι ἐξελθεῖν λεληθότως*.

20) *Πιλιπαγμός ποιά τις φωνή* Hes. Albertius *πιπαλιγμός* fuisse suspicatur.

21) Hic multa ejusmodi suggerit sed suspecta. *Αὐλίκουροι φύλακες* scil. *τῆς αὐλῆς*, *Οἰκόθουρος οἰκουρός*, *Νωσίχολος ἀμελής* id est *νωχελής*, *Πιτυδάνη ἀσκὸς μικρός* pro *πυτίνη* solita metathesi, *Ἀρυβάσσαλον κοτύλη, φλάσκων*, pro quo Panofka substitui vult *ἀρύβαλλον*, *βάσσα* — Letronnius autem (sur les noms d. vas. grecq. p. 50.) ne accusativus explicetur nominativis (quod saepissime fit) *ἀρυβάλλιον κοτύλη*. Placet neutrum.

est conditio ut judicari non possit utrum longiori voci addita sit syllaba an breviori detracta. Deinde appellativa: *ἀκανθίς* et *ἀκαλανθίς carduelis ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν quia spinis et carduis pascitur* Serv. ad Ge. III. 338. *κόμβος κόσυμβος* Hes. cui accedit EM. 311, 3. *ἐγκόμβωμα λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ὄχθοιβος, ὑπὸ δὲ ἄλλων κοσύμβη* id est nodus fibula v. Salmas. ad Vopisc. V. Aurel. c. 46. p. 566. b. *κόμβη κορώνη* Hes. ea videlicet quam Homerus *εἰναλίην κορώνην* vocat id est mergum vel fulicam *αἴθυιαν κολυμβίδα* ab Arato dictam, quo adducimur *κόμβη* et columba nomen idem esse; *κοῖλος* et *κότιλος* (*πᾶν τὸ κοῖλον κοτύλην λέγουσιν* EM. 533, 11.) *ὄβρια* et *ὀβρίκαλα* v. Jacobs. ad Ael. p. 278. *ὄβρυζον* et *ὀλόβρυζον*, si placet syllabam *λο* interpositam potius esse quam *ολ* praepositam.[22] *Ὀλοφώιος* Nitzschius ad Odyss. IV. 410. et veterum nonnulli compositum esse putant, mihi ex *ὀλοός ὀλοίιος* prolatatum videbatur, etsi distinguit Schol. Nic. Th. v. 1. Tum verba: *ἐρύω ἐρητύω, κλωπεύω κλέπτω καὶ κλωπιτεύω, κλοτοπεύω δέ* Suid. *κοριῶντα γαυρούμενον* Hes. a *κόρος* forsitan, et a paragogo *κορωνός* usitatius *κορωνιῶν γαυριῶν* ejusdemque *σμορδοῦν συνουσιάζειν*, pro quo Photius *σμοκορδοῦν* praebet,[23] postremo *Σκηπτόμενος στηριζόμενος καὶ σκηριπτόμενος ὁμοίως* Suid. et adverbium *ἀμπετίξ* et *περιαμπέτιξ* in tabula Latiorum, si pro *ἀμφίς* valet, de quo dubitat Boeckhius.

Horum nonnulla utique praebent speciem parectasis Grammaticis complacitae. Ac profecto si quis reputaverit quoties Graeci vocabulis omni ex parte perfectis modo vocales insirant singulas, modo consonas, prope erit ut interdum binas ex utroque genere literas insinuatas esse statuat aut significationis distinguendae causa aut vi synecdromae aut lapsu quodam populari ut *δοκικῶ* pro *δοκῶ*, quo Hermippus utitur barbarum ludens in Fragm. Com. T. II. 384. novitiaque illa quae apud Du Cangium legimus, *πριγιονίζω* pro *πριονίζω, προτίτερον* etc. At si rursus angustias nostras respicimus et ex

---

22) *Ὀλοσχος* idem esse quod *ὄσχος* non improbabilis est Schneideri opinio ad Nic. Th. 870. de *ὄλυνθος* et *ὀλοφλυκτίς* quod addit, parum liquet. Neque apte compares *ὀδύρομαι* et *ὀλοφύρομαι*.

23) *Σκοροδοῦν συνουσιάζειν* Hes. alio pertinere videtur.

quanta mole quam paucae nobis velut ex incendio relictae sint tabulae, in contrariam impellemur sententiam, syllabas illas, quae nobis superesse videntur, a diverso quodam manare themate cujus memoria intercidit. Denique saepe lis est utrum breviori voci syllaba desit an longiori supersit. Velut Ala sive Ahala, mala, talus, palus, velum, Cicero affecta putat, integra vero Axilla, maxilla etc. Sed C. Scaliger haec ex illis processisse affirmat; quae controversia dirimi non poterit nisi comperto quae cujusque fuerit origo. Ac mala quidem sine dubio est graecum *μῆλον*, hoc autem non aliunde profectum quam a verbo prisco *μάω*, unde *μᾶμα βρῶμα, μαμμᾶν ἐσθίειν* Hes. tertiumque *μάσταξ* quod et comesorem significat et escam et malam sive mandibulum. Quo refellitur Ciceronis sententia *mala* imminutum esse. Nec tamen hinc efficitur ut literas, quibus maxilla superat, saburrae modo interjectas putemus. Licet enim credere ab eodem *μάω* fictum esse *μάττω* vel *μάζω* ut a *φάω σφάζω*, et deinceps nomen *μάγος* vel *μάγη* et per paragogen *μάξιλλα* (nam ne graecae quidem analogiae id alienum v. C. III. §. 2.) et certe maxilla; qua in paragoge nihil abundat praeter sigma, cujus crebra est accessio; nam gutturalis ex verbo, quod finximus, derivata. Et revixit literae intermortuae memoria in novitio sermone Graecorum; *μάγουλον* enim dicunt v. Du Cang. Hinc Lycophronis verbum *γαμφήλας ὄνου* 94. Scholiasta interpretatur *τὰς σιαγόνας τοῦ ὄνου· λέγει δὲ τὴν Μαλέαν ἀκρωτήριον Πελοποννήσου διὰ τὸ ἐοικέναι σιαγόσιν ὄνου*, quibuscum conspirat Euripidis interpres Or. 362. Maleam vocari *ὄνου καταμάγουλον ἰδιωτικῶς*. Antiquum nomen loci fuit *ὄνου γνάθος* Eupol. Fr. LXXXV. 572. etsi diversum facit Meletius v. Coraes ad Plut. T. VI. 458. nam ubicunque promontorium sinuatur, ibi Malea est, non in Laconica solum sed in Lesbo quoque et aliis locis, et ob similem curvaturam ab Aeschylo Salmydesia *γνάθος* appellatur. Sic igitur adducimur *mala* integrum esse, *maxilla* amplificatum. Sed non eadem de omnibus sententia. Proprium Axilla nusquam legitur et fieri potest ut ne Cicero quidem legerit sed quomodo Muraenam a muraena appellatum volunt et alia hujusmodi prius exagitata v. Dissert. I. C. III. §. 5. sic illud posuerit tanquam ex appellativo

conversum, quod ipsum quidem a Lexicographis nostris praeteritum est neque alibi legitur quam apud Marcellum Empiricum et mediae Latinitatis auctores variante scriptura axella ascilla v. Du Cang. sed forsitan multis ante seculis in tabernis et gurgustiis celebratum est; manetque in nostro sermone et nescio an vindicari possit graeco. Etenim aerumnulae, quibus sarcinae religatae portantur, graece dicuntur *ἄσιλλαι*[24] quod pro *ἄξιλλα* successisse conjicias; hoc autem ab *ἄκχος* derivatum id est *ὦμος* Hes. quod proprie vectorem significasse videtur; unde compositum *ἀκχαλίβαρ κράββατος* Hes. hoc est *νεκροφορεῖον* lectica funebris; et per translationem humerum tum superiorem, cui onera imponimus, tum inferiorem, cui quae ferenda sunt subponimus; quam utramque partem Romani alam vocant, Graeci praeposita litera *μάλην* et *μασχάλην*, nam et *μασχάλην αἴρειν* dicunt eodem intellectu quo illi *manus tollere*[25] et *ὑπὸ μάλης φέρειν*.[26] Hinc argumentor stirpem horum vocabulorum e duabus constare literis, vocali mutabili et consona fixa, significationem autem esse eam quam supra indicavi ferendi et vehendi, eamque primum apparere in *ἄχος* et *ἄχθος* onus, tum in *ὀχλεύς* et *μοχλός* vectis, postremo in axilla et *μασχάλη*, quorum utrumque sigma recepit, alterum ante vocalem, alterum post eam. Nec jam dictu opus de ala et *μάλη* quid sentiam. Quanquam non eadem asseveratione de utroque loquor. Nam graeci nominis explicandi ratio unica suppetit illa, qua usus sum; latinum a verbo *ἄω* — *ἀητέω volo* repeti potest sic ut avis *ἀετός* ales. Nec praetermittendum quod huic alpha longum est contractis forsitan literis quae in proprio Ahala[27] disjunctae com-

---

24) Hesych. *Φερνία ἀσίλλας*, ut correxit Hemsterhusius.

25) Hoc exsultantium est; ***malas tollere et rictu uti*** Lucil. Nonii s. ***Rictus***, morsu appetentium.

26) *Τὰς μάλας* Galen. in Epidem. VI. C. IV. 151. T. XVII. P. II. sed Rufus de Part. Hom. p. 22. *μάλη οὐχ ἑλληνικόν· τὸ δὲ φέρειν τι κρύπτοντα ἐν τῇ μασχάλῃ ὑπὸ μάλης ἔχειν λέγεται.* Sic et Schol. Bavar. ad Demosth. p. 107. Schol. Plat. 347. v. ad Phryn. 196.

27) Simile est Numeniae gentis cognomen Vaala sive Vala quod Eckhelius Doctr. V. 263. a vallo expugnato inditum putat.

parent, illi breve; quo differt a *mala*. De talus et taxillus qui disceptant etymologiae ignari, operam ludunt. Sed paxillus gutturalem a verbo pacio (pago πήγνυμι) habere prope certum videtur; et indidem palus ortum exemta gutturali ut a vicus (οἶκος) villa, paucus paulus, non a φάλλος quod ne palum quidem significat. Velum et vexillum forsitan a diversis fontibus manant, unum ab ἕω unde εἷμα, alterum a veho ut vexo; sin aliter, certe propior est concisio quam parenthesis, cujus adhuc locorum nullum certum vidimus documentum, neque Cicero nosse videtur quum de *fuga vastioris literae* loquitur. Duorum, quae Scaliger adjungit, unum uno constat Festi testimonio *auxilla olla parva*, quod sic excusari potest, ab orca (ὕρχη urcus) extrito rho factum esse ocilla sive auxilla, ut a paucus pauxillus; alterum testatius est et difficilius quasillus sive quasillum. Viri docti rem breviter decidunt *qualus e quasillus*. Sed si quis Festi glossam consideraverit *Canifera mulier quae fert canuam id est qualum quod est cistae genus*, a Graecis κάνον dictum, latine canistrum et canipa a canna sine dubio; et ad haec si meminerit Virgiliani *spisso vimine qualos colaque*, quo utroque nomine significantur vasa cannis juncisve contexta, corbes, calathi, sportae faecariae nassaeque (κυρτίδες) his igitur omnibus perpensis sibi persuasum habebit, qualus et colum primitiva esse, quasillum sive ut ap. Priscianum scribitur III. 44, 138. quaxillum quoquo modo amplificatum. Alterum ab omnibus qui hunc locum tractarunt praeteritum idem affert Festus *Toles tumor faucium quae per deminutionem dicuntur tonsillae* et Isidor. XI. 1, 57. *toles lingua gallica quas vulgo per deminutionem toxillas.* Nam hujus quoque origo graeca videtur τύλη tumor.

DISSERTATIO TERTIA.

DE

NOMINIBUS QUORUM CHARACTER EST MY.

CAP. I.

§. 1. Est haec natura omnis de verborum fabrica disputationis ut lucem et tenebras alternet ac legentium animum ex intervallo fatiget recreetque. Sic et hujus regionis, quam nunc emensuri sumus, partes quaedam vocabulis horrent retorridis et ignorabilibus, quae taciti quasi heroum sepulcra praeteribimus. Cujusmodi sunt *θάλαμος*, *κέραμος*, *κύαμος*, *κύχραμος* avis nomen varie scriptum. Aliorum vero originem Grammatici probabiliter conjectant: *καλάμη ἀπὸ τοῦ κάλου τοῦ ξύλου* Suid. quo aptius videtur *καυλός* et affine *Καλλά* (sic) *ἡ κάννα καλάμος* Hesych. *ἐκ τοῦ πλέκω πλόκος πλόκαμος ὡς ἀρχός ὄρχαμος* Eust. 1094, 54. *οὐλαμός παρὰ τὸ ἴλλω ὡς ἴουλος* Schol. Il. XX. 113. et Phot. A verbo *χεῖσθαι ὅ ἐστι χωρῆσαι* Aristarchus *χειά* derivatum putat Sch. Il. XXII. 93. hinc alii *χειραμός ἀπὸ τοῦ χειά* EM. vel quod idem valet *χηραμά παρὰ τὸ χεῖσθαι καὶ χωρεῖν* Sch. Il. XXI. 495. Nic. Th. 55. Lyc. 181. eodemque ducit *χηλός* capax quiddam et cavum significans et *χηλαμός* rupes cavernosa ut Eustathii temporibus dicebatur v. Du Cang. s. l. Alterum cistae nomen est *φωριαμός*, inexplicabile illud nisi accipimus quod Hesychius offert *χωριαμός ἡ κίστη* admissa permutatione antistoechorum ut *χαράσσω χαράδρα ἡ χάραξις τοῦ ἐδάφους* Hes. et *φάραγξ*.[1] Nam quod Eratosthenes proposuit etymon *ὅτι ἡ κύθε φώριον ἄγρην* Schol. Ap. II. 802. poetice commentus est, neque verius videtur *φᾶρος* Herodiano probatum Sch. Il. II. 242. *Ποταμός* Varro L. L. V. 11. recte a potu appellatum putat, sed quia substantiva tribrevia proparoxytona esse solent, Herodianus non a *πότος* vel *ποτός* extitisse docet sed a *ποτασμός* retracto

1) Locus idem a Strabone *Χάραξ*, a Ptolemaeo *Φάραξ* dicitur v. Thrige Cyren. p. 202. et certe cognata sunt *ἄγχι ἀμφί*, *πάγχυ πάμφι*, *ῥύγχος ῥάμφος*, *καχάζω καφάζω*, *καχλάζω παφλάζω*.

ob hyphaeresin τοῦ σ̄ accentu Sch. Il. XXIV. 228. Eust. 1347, 15. cujus rei aliam causam tradit Arcadius τὸ ἰταμός καὶ ποταμός ὀξύνεται ὡς ἔχοντα τὸ τ̄, quorum illud Herodianus ideo acui dicit quia adjectivum sit. Quae vero primam natura longam habent, ea si propria sunt, Arcadius proparoxytona esse docet: *Πύραμος*, *Σίσαμος*, quo redarguitur *Φυλαμός* Lycophr. 593. oxytona contra, quae res communes designent: *οὐλαμός*, *χηραμός* etc. Ambiguum est *Πύραμος ποταμός* — *ἄλλοι δὲ χόρτον* Hes. a *πυρός*, puto. *Σίσαμος* hic et in utroque EM. aut in *Κίσαμος* mutandum aut, quia hoc a brevi orditur Nonn. XIII. 237. in *Σήσαμος*, quod ne per iota scribatur sicut cetera hyperdisyllaba, quorum syllaba initialis duas easdem consonas vocali circumjectas habet,[2] cautum est Theognosti canone unum *σήσαμος* excipientis p. 65, 9. Tertio addit propriorum et epithetorum antepenultimam, si positione longa sit, acutam esse *ἄρταμος*, *Πέργαμος*, *ἔμπαμος* — *τὸ μέντοι κίνδαμος ὁ ἑλιγμός ὀξύνεται προσηγορικὸν ὄν*. Horum primum una cum verbo *διαρτάζω* EM. ad *διαίρειν* refert. Pro tertio ex Cram. I. 413. ubi similia proponuntur, apparet scribendum esse *ἐμπέραμος*, quod ab *ἐμπερής* ductum est fere ut ab *ἴτης ἰταμός* Schol. Plat. 375. accentu tamen, quia parasyntheton est, diverso. Pro *κίνδαμος* Goettlingius de Acc. p. 194. scite corrigit *κινδαλαμός*, quo recepto *ἑλιγμός* in *σχισμός* mutandum erit ut Galen. Gloss. *σχινδυλήσει σχίσματι· καὶ ὁ σχινδαλαμός παρὰ το ἐσχίσθαι*. Femininorum nonnulla masculinis annexa sunt, *θαλάμη*, *καλάμη*, alia suis nituntur radicibus, *παλάμη*, *σπιθαμή ἐκ τοῦ σπίζω τὸ ἐκτείνω ἀφ' οὗ σπιδής ὁ ἐπιμήκης* Eust. 996, 25. quo melius nihil affertur; *ὀρχάμη γῆ δασεῖα δένδροις* Poll. diversum, ut videtur, ab *ὀρχμή* et *ὀρκάνη* saepes; *γαγγάμη* et *γάγγαμον νεύρων πλέγμα δικτυῶδες περὶ τὸν ὀμφαλὸν ὃ καλεῖται καὶ σαγήνη* Poll. hoc est plexus coeliacus sive solaris, cui similem nervorum plexum ganglion vocant; *ῥαθάμη ῥαστώνη* Hes. ignotum aliis ideoque suspectius. Haec omnia barytona sunt extra *σπιθαμή* et, si Castorum sacrarium signi-

2) *Γίγαρτον, διδαχή, δίδυμος, τίτανος* etc. Contraria *τήτινος, κηκίδιον, Λήλαντον*, quo modo excusaverit, non apparet.

ficatur, *θαλαμαί*.[3] Praeter *γάγγαμον* neutrum genus sequuntur plantarum nomina *βάλσαμον*, *κάρδαμον*, *κάγκαμον*, *κίκαμον*, *κίναμον*, brevi utrumque principio et ignotae, sicut cetera, prosapiae. — *Τὰ εἰς μων παραληγόμενα ᾱ βραχεῖ μὴ κλινόμενα διὰ τοῦ ντ ὀξύνεται, τελαμών, πλαταμών, κεραμών περιεκτικόν· τὸ δὲ Κεράμων ἐβαρύνθη ὡς κύριον, καὶ Ποτάμων, Ἀσσάμων. Τὸ δὲ τεράμων βαρύνεται ὡς διὰ τοῦ ντ κλινόμενον* Arc. p. 13. ubi bis scribendum est *διὰ τοῦ ο*[4] et pro postremo fortasse *Ἀσάμων* ex Paus. VI. 16, 4. vel *Νασάμων* Apollon. IV. 1496. cujus gentiles *Νασαμῶνας* dici accentu diverso Eustathius adnotat ad Dion. 209. scripsitque ita Tzschuckius Strab. XVII. 689. *Τελαμών* vero andronymicum appellativi tonum tenet. De alpha brevi Arcadius admonet, quia sunt contraria *θεάμων* et glossematicum *ἀμνάμων* et solitarium illud verbi barytoni germen *ἐπάμων*. Sed pro *Ἱππάμων Ἱππάμωνος* Poll. VI. 46. *Ἱππαίμων — μονος* scribendum est ut in Anth. VII. 304. quem locum ille in memoria habuit. In *αμης* nulla nisi propria *Ἀρσάμης*, *Σησάμης* etc. in *αμις* plurima, pars ab ignoto principio ut *πυραμίς*, *ἀβραμίς*, quod et *ἄβραμις* scribitur contra praeceptum Arcadii *τὰ εἰς μις προσηγορικὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξύνεται· τὸ δὲ Ἄρτεμις, Σεμίραμις*,[5] *κύρια. Καὶ τὸ σεμίς ὀξύνεται*, pro quo *Σαλαμίς* poni debet vel aliquid tale. Alia vel a nominibus ortum habent: *κεγχραμίς*, *σκωραμίς*, *πηλαμίς* sive *πηλαμύς*, vel a verbis, *ῥαθάμιγξ* quidem ab eo cui *ῥαθαίνω* et *ῥαθάσσω* agnata sunt, ab *εἴλλω εἰλαμίς μήνιγξ ὅτι εἰλεῖται* Poll. Adjectivorum meminit Grammaticus Cram. I. 413. *ὡς*

---

3) De hoc Eustathius p. 1541, 47. *τὸ πληθυντικὸν ὠξυτονήθη πρὸς διάφορον σημασίαν*, non solum quia plurale est ut *ἀγυιαί*, *Πλαταιαί*, *Ἱεραμαί* etc. Mirum tamen *Τροφωνίου θαλάμαι* Eur. Ion. 394. scribi barytonos et *Κυβέλης θαλάμαι* Nic. Th. 8. cujus deae scrinium sacrum *θαλάμη* dici videtur Ath. XI. 478. C.

4) Saepius tamen *θηλαμών* legitur, quod qui *οἰκίαν* interpretati sunt, a *θάλαμος* propagatum crediderunt ut a *χηραμός χηραμών*, cujus unus casus reperitur *χηραμόνεσσι*, a *γῆρας γηράμων γραῖα* Hes. si recte ita scribunt pro *γράζα*.

5) Sic etiam masculina *Λάνδαμις*, *Κάλαμις*, *Θέαμις*, *Κρίσαμις*, *Λύγδαμις*, *Πέταμις* Ath. 680. C. aliaque in *ις* exeuntia *Κάραμβις*, *Θάρυβις* etc.

πρίασθαι Πρίαμος, ἔμπειρος ἐμπέραμος, οὕτω τείρω τέραμος καὶ πλεονασμῷ τέραμνος ὡς τὸ νώνυμνος, καὶ ἀτέραμνος, cui ἀτεράμων antecedit et huic simplex τεράμων, de quo Arcadius: τὸ τεράμων βαρύνεται ὡς διὰ τοῦ ντ (scr. τοῦ ō) κλινόμενον. Quod vero saepius usu venit ut modo nullum sese offerat etymon, modo plura quam vellemus, item in dubio habetur utrum ἀτέραμνος et ἀτεράμων sic ut ἀτειρής a τείρω derivatum sit contrariumque ejus quod τέρην significet Eust. 548, 20. an vero a στεῤῥός, unde τέραμνον et τέρεμνον. Cetera differo in eum locum, quo de affectis dicturus sum.

§. 2. Quae vocalem ε̄ ante consonam characteristicam habent pleraque praeceperunt Arcadius et Theognostus, ille p. 61. προπαροξύτονα Τήλεμος, Ἔχεμος, πόλεμος, ἄνεμος· τὸ δὲ θελεμός ἀπὸ τοῦ θελημός ὀξύνεται. Alter II. 64. addit ἤρεμος, τρίλεμος, ἰάλεμος, κάλλεμος, φάλεμος, ἄγρεμος, ἄνθεμος, ἐξ οὗ τὸ ἀνθεμόεις. Haec excerpsit EM. 103, 40. praetermissis mendosis τρίλεμος, quod vel ex antecedente Τήλεμος prave iteratum est vel Trinemensium heroem eponymum denotat, κάλλεμος, cui κοάλεμος substituendum, Φάλεμος, nomen ignotum,[6] ἄγρεμος ex ἄργεμος, ut suspicor conversum; constat vero ἄργεμος νόσος ὀμμάτων Eust. 1430, 60. ἄργεμον τὸ λεύκωμα ἐν τῷ ὀφθαλμῷ παρὰ τὸ ἀργόν EM. et hinc composita διάργεμος, ἐπάργεμος, cum paragogo ἀργεμώνη, sed τὸ ἄργεμα et testium parum habet v. Schneider. ad Theophr. T. III. 754. et brevi laborat penultima v. Parall. 423. sq. Ἄνθεμος non legitur sed neutrum numerosiore quam cetera propagine ἀνθέμιον, Ἀνθεμίδης, Ἀνθεμίων. Ἰάλεμος fortasse ab ἰά, ἰαλία ἡ φωνή Hes. qui quod ἠλεμίστρια affert sine iota, magni momenti non est; κοάλεμος a Κόαλοι βάρβαροι, si vox sincera est; ἄνεμος et πόλεμος veteres verbis ἄω et πέλω assignant et ab hoc etiam πελεμίζω repetunt. Ἤρεμος non invenitur nisi apud posteriores ut Inscr. Olbiopol. n. 2059. v. 24 etc. etymon abolevit. Neque quae extant alterius adjectivi exempla θελεμὸν πῶμα Aeschyl. Θέλεμος (hoc accentu) ἥσυχος, οἰκτρός Hes., confirmant Arcadii opinionem. Plana vero et promta

6) Substitui posset Ἀλεμός (sic) κόμπος Hes. nisi id quoque sponsore careret.

sunt substantiva *ἀκρέμων* sive *ἀκρεμών* v. ad Aj. p. 171. *ἀγρέμων* i. q. *ἀγρευτής*, *ἀρτέμων*, *ἡγεμών*, *κηδεμών*. Adjectivum *ἀρτεμής* Schol. Il. V. 515. non sine probabili ratione cum *ἄρτιος* consociat, sed *ἀβλεμής* et *νωλεμής* nemo satis explicuit, ne Nitzschius quidem ad Odyss. IX. 425. ut equidem censeo. In *εμις* praeter *Ἄρτεμις* Herodianus *π. Μον.* p. 8. invenit nullum, unde patet eum in Herod. II. 155. *Χέμμις* legisse non *Ἔχεμις*, quod Eustathius affert secundum cod. Arch. Diphthongi in paragogis hujus generis non comparent nisi a verbis translatae *παλαίμων*, *ἰχνεύμων*. *Σόαιμος* hominis barbari nomen est Dion. Cass. LIX. 12.

§. 3. Nomina in *ημη*, *ημα*, *ημος* quae perstrinxi in Parall. 397. et 452. arcto colligata sunt vinculo, *φιλήμη* ἡ *φιλία* Hes. et *Φιλήμων*, *εἴδημα* sive *ἴδημα* et *εἰδήμων* etc. Neque tamen Grammatici *ἥμων* ab *ἧμα* vel *μνήμων* a *μνήμη* repetunt sed a futuris Eust. 1019, 40. EM. 464, 27.[7] idemque sine dubio judicarunt de similibus *αἰδήμων*, *ἀχθήμων*, *βλαστήμων*, *γοήμων*, *δηλήμων*, *νοήμων*, *τεχνήμων*, *τλήμων*, etiamsi non desint quae tenorem interrumpant aut ob futuri defectum ut *ῥήμων*, *ἀλήμων*, *ζηλήμων*, aut quia ne praesens quidem extat circumflexum, *ἀβροτήμων*, *δειλήμων*, *μελεδήμων*, *ἀλιτήμων*, quae verbis in *αζω* et *αινω* appensa sunt. Nam ad grammaticam rationem satis est pleraque a verbis duci posse et non pauca debere, prae ceteris *δειδήμων*, *διζήμων*, *εὐχήμων*, *μαχήμων*, *πειθήμων*, *ψευδήμων* propriaque *Χαιρήμων* et *Φερήμων* Sch. Od. X. 3. et a puris ducta *ἀβακήμων*, *δαήμων*, *νεμεσήμων*, *ὀτλήμων*, *τηρήμων*. Si quis vero *βλαστήμων* a *βλάστη* potius, *ψευδήμων* a *ψεῦδος*, *ἀνθήμων* ab *ἄνθος* derivata malit, causam suam perpaucis sustentare poterit exemplis; nam *ληθήμων*, quod Salmasius Hesychio reddit pro *Ληθημόνοισι ληθαργοῖς* scribens *ληθημόνεσσι*, nihil impedit quominus a *λήθω* deflexum dicamus; et fieri potest ut ille adjectivo interpretatus sit participium *λη*-

---

7) Singulare ectasis exemplum est *συνήμων* ὁ *συνήθης*, *ἀπὸ τοῦ συνεῖναι* Sch. Ap. IV. 1210. sed EM. 735, 29. *παρὰ τὸ ἧσθαι ἢ παρὰ τὴν ἕσιν ὃ καὶ βέλτιον*, ut *συνθήμων* in Eudociae Martyr. Cypr. v. 92. *μεθήμων*, *εὐθήμων*.

θομένοισι,[8] quod numeris poeticis aptius. *Αἰσχήμων* si constaret, ad *αἶσχος* referendum esset, sed minime constat. Quare etiam *ἐθήμων* ab *ἔθω* repeti convenit potius quam a nomine, cujus generis duo duntaxat succurrunt *παιγνιήμων* Herodoti a *παιγνιά* derivatum, et *ἀφνήμων* Antimachi ab *ἄφνος*, quanquam huic quoque verbum *ἀφνέω* supponitur ab EM. 178, 10. Hoc autem genus universum antiquitus poetis fere attributum est, a quibus Xenophon *αἰδήμων* ascivit, Lysias et Isocrates *ἐλεήμων* reprehensum a nonnullis Anecd. Bekk. 92, 12. plura posteriores improbante Polluce: *εἰδήμων ἰδιωτικὸν καὶ ὑπομόχθηρον* V. 144. IX. 151. *νοήμων ποιητικόν* IV. 11. neque aliter, puto, judicavit de *ἐθελήμων*, quod Plato semel admisit ad explicandum etymon nominis divini *Λητώ*. Sed idem probat composita *μεγαλοῤῥήμων*, *πολυκτήμων*, *φιλοσκώμμων*, cujus generis multa Atticorum probatissimi receperunt *ἀπήμων*, *εὐσχήμων*, *εὐγνώμων*[9] et decomposita *ἀῤῥωστήμων*, *ἐπιλήσμων*, *ἐπιστήμων*, *φιλαπεχθήμων*, quod vocalem non nativam habet sed cum paragoge natam. Quae vero ille a Platone usurpata dicit *ἀχρημονεῖν* et *εὐχρημονεῖν*, hodie non leguntur sed legitur *ἀδημονεῖν* ab *ἀδήμων*, quo scriptores abstinent. In *ημος* quae terminantur, a nostro negotio aliena sunt: *ἔρημος* sive *ἐρῆμος*, quod Herodianus inter *μονήρη* retulit, *Ἑκάδημος*, *βλάσφημος* quod compositum videtur ut *ἄφημος*, *παλίμφημος*.

§. 4. Iota literam multa habent, sed praeter propria *Δόκιμος*, *Μόνιμος*, *Ὄχιμος* etc. pauca sunt quae substantiva dici possint, *δοκιμή*, quod sermo incomtus ascivit pro *δοκίμιον* (fere ut proba et probatio) et neutra *ὄστριμον* etymi expers atque *ὤκιμον*.[10] Irionis nomen *ἐρύσιμον*, quod Schneiderus in Ind. Theophr. propter folia sanguinea ad *ἐρυθρός* refert, poetae graeci, qui *εἰρύσιμον* et *ῥύσιμον* vocarunt, ab adjectivo *ἐρύσιμος* *ἑλκυστικός* Phot. non diversum putasse videntur, neque ad aliud genus pertinet *ἐρέψιμον εἶδος πόας*

---

8) Sic *μόσχος εὐθηλήμων* Anth. *χοῖρος εὐθηλούμενος* Aeschyl.

9) Haec a corruptis composita ut *πολυείμων*, *βιοθρέμμων*, ab incorruptis *ἀδαήμων*, *φιλοθεάμων* etc.

10) *Ocimum dictum a graeco verbo ὠκέως. Similiter quod ocimum in horto* Varr. R. R. I. 31, 4

Suid. *τρώξιμα* acetaria.[11] *Κίκιμον τῆς κορώνης τὸ κόπριον* Hes. adserendum illi stercorosae familiae *κάκκη*, *κίκκος ἡ διαχώρησις*, *κίκκη ἡ ἀπὸ τῶν αἰδοίων δυσοσμία*, *κικκίλουδις παιδὸς ἀφόδευμα*. Sed pro *αἰσίμη ἡ μαντεία* Theognostus sine dubio *αἰσιμίη* scripsit ut Lexicographi, ex quibus illam nominum a diphthongo *αι* incipientium silvam composuit. Difficilius est adjectiva in numerum redigere, quae quot emicent scatebris exponunt EM. 487, 26. Philemo in Onomat. §. 92. Epimer. Cram. I. 208. et 225. *ἡ διὰ τοῦ ιμος παραγωγὴ ποικίλην ἔχει τὴν γένεσιν, ἀπὸ ἀρσενικοῦ νόμιμος, ἀπὸ θηλυκοῦ ἄλκιμος, ἀπὸ οὐδετέρου*[12] *πρώϊμος. Καὶ ἀπὸ ἐνεστώτων προςδόκιμος, ἀπὸ μελλόντων φοιτήσιμος. Ἀπὸ προθέσεων οὐδέποτε· σημειῶδες τὸ Πέριμος* (*Ιλ. Π.* 695.) *εἰ μὴ ἀπὸ ἐνεστῶτος ὡς ἀπὸ τοῦ ὠφελῶ ὠφέλιμος*. Haec collectanea exempla Thomas s. *Ὠφέλιμος* significationum momentis dispensare instituit: *τῶν εἰς μος* (*ιμος*) *τὰ μέν εἰσιν ἐνεργητικὰ οἷον ὠφέλιμος, τὰ δὲ παθητικὰ οἷον τρόφιμος. Καὶ πάλιν τὰ μὲν δυνάμει ἐάσιμος, τὰ δὲ ἐνεργείᾳ ἀοίδιμος*, quanquam et haec parum fixa sunt et genus universum vagatur laxius; quis enim Aeschyleum illud *βάξις ἁλώσιμος* vel quod Sophocles dixit, *θανάσιμος* pro mortuus, ex ista formula judicare possit? Sed id non quaerimus hoc loco. *Τρόφιμος* illud aliaque a substantivis verbalibus ducta *νόμιμος, γόνιμος, σπόριμος, πλόϊμος* sive *πλώιμος, πόριμος*, tuentur atticorum scriptorum politissimi; *δόκιμος, λόγιμος, πότιμος, ὅλκιμος* Herodotus et Hippocrates asciverunt, *λόπιμος* et *πλόκιμος* Theophrastus; sed ex eodem genere nonnulla poetis emancipata sunt *πόμπιμος, νόστιμος, φόριμος, φθόριμος*, quibus omnibus inferius est *σκόπιμος*. Nec procul poeticis illa, quae verbalem significationem non habent, *καίριμος, κάρπιμος, νόστιμος*. A nominibus primae declinationis quae derivata sunt praeter *τρόφιμος, μάχιμος, μόνιμος*, praeterque

11) Ad interpretandum *ploximum* Salmasius ad H. A. T. I. 280. *πλέξιμον* fingit, quo Graeci nunc utuntur sed alio modo pro *πλέξις* (tricotage) ut *κρύψιμον* dicunt pro *κρύψις, στάλσιμον, λούσιμον* etc. Passive dici videtur *τὸ κέρσιμον*.

12) Hic omissa sunt verba *κέδιμος· ἀπὸ ἐπιῤῥημάτων ὄψιμος, πρώιμος, καὶ ἀπὸ τοῦ βρί ὄβριμος*.

ea quae perfecti reduplicationem servant *ἀγώγιμος*, *ἐδώδιμος*, Atticorum elegantiores admittere devitarunt: *αἴσιμος*, *ἀοίδιμος*, *ἁρπάγιμος*, *κάμπιμος*, *κούριμος*, *λόγχιμος*, *ποίνιμος*, *παιπάλιμος* Sch. Od. X. 97. *ὥριμος*, quod Nicomacho exemit Meinekius Vol. IV. 586. Tertia declinatio unum habet genus nominum, unde adjectiva oriri possint, neutralia in ος, *ἄνθιμος*,[13] *κάλλιμος*, *πένθιμος* et *πολυπένθιμος*, poetica illa praeter novitium *ἔθιμος*. Adverbialibus addendum est *ἄγχιμος* Eur.[14] universis ea quae ab adjectivis propagata sunt *ἡσύχιμος* Pind. *οὔλιμος ὀλέθριος* Hes. *κατόχιμος* quod primum legitur apud Isaeum de Her. Menecl. p. 23. §. 28. Schoem. sed idem a substantivo duci potest ut *κατακώχιμος*, quo Aristoteles utitur. Verbalia non solum a perispomenis nascuntur, quae Grammaticus commemorat, sed a barytonis quoque: *εἴβιμος*, quod Eustathius affert demto auctore,[15] *ὀφέλλιμος*, *ἀλέξιμος* Nicand. *αὔξιμος* Xenoph. *ἕψιμος* Theophr. multo vero plura a futuris ut illi dicunt assentiente Schaefero ad Greg. 533. *ἀνύσιμος*, *βακχεύσιμος*, *βρώσιμος*, *δικάσιμος*, *ἐργάσιμος*, *εὐνάσιμος*, *ἱππάσιμος*, *καύσιμος*, *κελεύσιμος*, *ὁδεύσιμος*, *πορεύσιμος*, *τρώξιμος*, *χρήσιμος*, a compositis *ἀπολύσιμος μᾶλλον ἢ καταλήψιμος* Antiphont. Fr. IV. 129, 9. *ἐκπετήσιμος* Aristoph. *καταλεύσιμος* Dinarch. a circumflexis *ἀμφισβητήσιμος*, *ἀρνήσιμος*, *βιώσιμος*, *βοηθήσιμος*, *δράσιμος*, *γεωργήσιμος*, *θηράσιμος*, *ἰάσιμος*, *ὀνήσιμος*, *περάσιμος*, *ὠφελήσιμος*, *μισθώσιμος*, quae omnia apud scriptores poetasque atticos vel certe apud Aristotelem et Theophrastum reperiuntur, nec pauca sine dubio ab his, quos hodie legimus auctoribus casu magis praeterita quam ex in-

---

13) EM. 261, 40. Theogn. 63, 11. *ὡς ἄνθος ἄνθιμος, κῦδος κύδιμος, οὕτω δέος δεῖμος καὶ δεῖμος ὁ δέος ἐμποιῶν, ὄνομα πρέπον Ἄρεως παιδί.* Sed est potius paronymon neutrius *δεῖμα*. *Νήστιμος* huc referre nolui quia non constat utrum a *νήστης* derivatum sit an a *νῆστις*. Et de *χαλιμάς* quoque dubitat Hermannus Opusc. V. 18. an compositum potius sit quam simplex a *χάλις*.

14) In Sophoclis versu quem tractavi in Diss. de Antiphr. p. 307. *τὴν ἀνταίαν πῦρ δονοῦσαν οὐχ ὁρᾷς*, poterat *τὴν ἄγχιμον δὲ* — substitui, vulgato propius.

15) Negare videtur Grammaticus Cram. I. 113. *παρὰ τὸ εἴβω οὐδὲν κίνημα.*

dustria repudiata sunt. Neque tamen non veri simile est multa hujusmodi progressu temporis praeformatis afficta esse, eaque suspicio pertinet ad omnia quibus antiqui testes desunt: *ἀλλάξιμος*, *βάψιμος*, *ἱλάσιμος*, *κουρεύσιμος*, *νεάσιμος*, *νεκρώσιμος*, *πετάσιμος*, *ἀποῤῥίψιμος*, *ἐκφεύξιμος*, *καταπαύσιμος*, *παραγράψιμος*, *λιθοβολήσιμος* et compositum *ἀχρήσιμος* Sopat. Diaer. p. 10. T. VIII. EM. 727, 53. Atque haec eo justior suspicio, quo antiquior est. Phrynichus Ecl. 226. *γελάσιμον μὴ λέγε.* Moeris *ὤνιος ἀττικῶς*, *πράσιμος κοινῶς.* Moschopulus ad Hes. Opp. v. 71. *τὸ αἰδοῖος μὲν ποιητικόν*, *τὸ δὲ αἰδέσιμον παρὰ τοῖς κοινοῖς*. Exce. post Etym. Gud. 634, 23. *ἐπίδοξος ὁ προσδόκιμος ὁ κοινῶς λεγόμενος προσδοκήσιμος.* Antiatticista p. 84. *βρώσιμον βρωτόν*, *Δίφιλος* v. Mein. Com. Vol. IV. 380. Haec praeter *ἀχρήσιμος* commodius futuris subjiciuntur quam substantivis syllaba *σις* terminatis; nam *δίκασις*, *γέλασις*, *ἄρασις*, *βίωσις* et alia aut nullo tempore in consuetudinem recepta sunt aut novissimis demum seculis succreverunt. Sed restant multa quae cum futuris usitatis nullam similitudinem habent *κρίσιμος*, *πλύσιμος*, *πράσιμος*, *ζώσιμος*, *πτώσιμος*, *πλώσιμος*, omniaque ea quibus quae anteposita sunt verba in hoc tempore vocalem longam habent *στάσιμος*, *βάσιμος*, *αἱρέσιμος*, *θύσιμος*, *λύσιμος*, quorum collatione patefit etiam *φύσιμος* et si quid simile vocalem brevem habere, ac pariter illa quae veteres non admiserunt nisi cum praepositionibus copulata *ἐνδόσιμος*, *ἀποθέσιμος*, *περιθέσιμος*, *ἀφέσιμος*. Haec Grammaticos a substantivis in *σις* repetivisse probabile fit Photii exemplo *φασίμη κύλιξ παρὰ τὴν φάσιν.* Tertiam quandam viam ingressus Eustathius 1254, 22. *μόρσιμος*, quod EM. a *μόριμος* epenthesi sibilae effectum putat, ad secundam perfecti passivi personam refert. Sed nonnullis harum trium rationum nulla convenit, ut *θανάσιμος* et *εὐθνήσιμος*, quae si cum simplici *θνήσιμος* et *θνησιμαῖος* conferimus, nulli propiora reperiuntur quam verbali *θνητός*, nam *θνῆσις* aetatis extremae est. Eoque pacto etiam illa explicari possunt quae supra attuli *στάσιμος*, *ἀποθέσιμος* etc. nec minus *μεταβλήσιμος* Schol. Hes. Theog. 89. (quanquam *σύμβλησις* extat apud Sextum) et *κατακρίσιμος*, quo Arrianus usus est pro *κατάκριτος*. *Εὔθνητος* non reperitur quidem nisi apud infantissimos sed fingi licuit.

Sic etiam *ἀρυτήσιμος*, quod Anth. IX. 575. restitutum est pro inepto *ἀροτήσιμος*, ab inusitato *ἀρυτός* derivatum videtur obversante fortasse specie participii aeolici *ἀρυτήμενος*. Ceterum excusatur novitate auctoris. Hoc durius sed idem recentius est *θανατήσιμος*. *Πεπαρεύσιμον εὔφραστον σαφές* Hes. fortasse *πεπαρήσιμον* scribendum a *πεπαρεῖν πεπαρήσω* ut *τετορήσω* a verbo *περᾶν*, unde *διαπρύσιον* quod idem interpretatur *διαπορεύσιμον ἐξάκουστον*, eodemque pertinere videtur *Πεπορεῖν δοῦναι* et *Πεπορασμένος φανερός*. *Ὑπεχθέσιμος*, quod Schneiderus affert ex foedere Hierapytniorum tanquam ab *ἄχθομαι* declinatum, nihil aliud est quam *ὑπεκθέσιμος*. — Hunc autem numerosissimum verbalium ordinem importune interrumpit paronymon in Philemonis versu Fr. p. 377. *Ἄρτεμι τοῦτον σοι φέρω τὸν ἀμφιφῶντα καὶ σπονδήσιμα*, quod facile exterminatur disjunctione *σπονδὴν ἅμα* vel, ut Coraes suasit, *σπονδὰς ἅμα*. Alterum est *χωρίον δρυμῶδες Πτελεάσιμον καλούμενον* Pteleo vicinum Strab. VIII. 350. pro quo *Πτελεατικόν* scribendum puto ut locus Elidis *Σαμικόν* dicitur, vel *Πτελεάσιον* ut a *πεδιόν πεδιάσιος*, quod in Diosc. Mat. I. 77. repositum est pro *πεδιάσιμος*. Hujus enim terminationis exemplum nullum suppetit praeter novitium et proprium *Πεδιάσιμος*, quo modo Grammaticus seculi decimi quarti vocatur v. Muetzell. de Theogon. p. 295. sq. *Φύξιμος ὀδμή* Bentlejus Nic. Th. 54. praetulit vulgato *φύξιμος*. Sed hoc et compositum *καταφύξιμος* illo certius est.[16] Singulari via derivata sed minime dubia sunt *φαίδιμος* et *γνώριμος*, quibus quae intervenere consonae, eaedem apparent in proprio *Φαίδων* et in latino gnarus, gnaruris, narro *γνωρίζω*. Desueti *ἐπήτριμος* (et *πανεπήτριμος*) duo etyma Eustathius proponit *τρία* vel *ἤτριον* parum probabilia, nec probata, ut videtur, Ptolemaeo qui vocem acuit adversante Herodiano ad Il. XVIII. 211. *τὰ γὰρ εἰς ιμος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει ὀξεῖαν.* Ad explicandum *καρπάλιμος* Schol. Od. III. 418. et EM. multa

---

16) *Οἴνη ἀφύξιμος* utrum sit contrarium ejus quod Cicero *vinum fugiens* dixit, an idem quod in Alexiph. *νέκταρ ἀφύσγετον* vocatur, hoc est, si Scholiastae credimus, *ἀφύσιμον καὶ ἀρύσιμον*, haud facilis existimatio.

comminiscuntur *ἄρπω*, *κραιπνός* et alia ex periculo petita. *Γεργέριμος* intentatum relinquunt. *Κυδάλιμος* et cetera quae Grammatici epenthesi syllabica crevisse statuunt, in secunda harum dissertationum exposita sunt; de *δύσχιμος* et *μελάγχιμος* dicetur eo loco quo quaestionem de paragogis bisyllabis ad Aj. p. 402. inchoatam absolvere destinavi.

§. 5. *Προπαροξύνεται τὰ εἰς ομος κέρτομος*, *ἄνδρομος ὁ ἀνδρώδης*, *ἕβδομος*, *Θέομος* Arcad. p. 61. quibus accedit femininum *κοδομή* ab ignota stirpe ut *κέρτομος*. — *Τὰ εἰς οιμος τρισύλλαβα ὀξύτονα μὴ παρασχηματιζόμενα εἰς θηλυκὸν γένος διὰ τῆς οι γράφεται, ἀλοιμός, κυδοιμός, ἀμοιμός κατὰ ἐναλλαγὴν στοιχείων ἀπὸ τοῦ ἀμοιβός. Σεσημείωται τὸ ἕτοιμος προπαροξυνόμενον, τριγενὲς γάρ, καὶ τὸ ἀλύδοιμος* Theogn. II. 65. Postremo, quod Grammatici *οἰκτρός* et *πικρός* interpretantur, simile videtur *ἀλύδαινος ὁ κακὸς ἄνεμος*, ab *ἀλύω*, *ἀλυδμαίνω*. Masculino *κύδος* (*κυδάζω*) respondet nomen *κυδοιμός*. De ceteris aut nihil dici potest aut id quod omnes per se intelligunt. Diphthongo, quae in *Idume* cernitur, graeca vocabula carent. In *υμος* quae exeunt proparoxytona esse et Technici tradunt Arc. 61. et exempla comprobant *ἤδυμος*, *ἔτυμος*, *Πόλυμος κύριον*, *σκόλυμος*, *ἔρυμος ὁ ῥυμός* Theogn. 64. quorum primum ab *ἡδύς* derivatum esse intellectu eodem pro certo creditur, sed num idem sit *νήδυμος* praeposita particula prosthetica merito dubitavit Aristarchus, quia neque *ν* est in numero literarum praepositivarum,[17] neque intensivum *νη* cum aspiratis coalescit Sch. Il. II. 2. quare pro *νήδυτος* sive *ἀνέκδυτος* accepit singulari sane derivationis exemplo; namque *ἀμφίδυμος*, quod nonnulli veterum ab eodem verbo *δύω* repetunt, similius videtur numeralibus *δίδυμος*, *τρίδυμος*, *τετράδυμος*, *ἑπτάδυμος*, in quibus significationem cardinalis *δύο* agnoscimus

---

17) *Νήπιος* nonnulli *παρὰ τὸ ἤπιος πλεονασμῷ τοῦ ν* EM. 604, 13. *ἤπια ἐλέγματα* Aesch. Agam. 1614. (1631.) pro *νήπια* stulta, sed scriptura controversa. *Ἀμνῖται* Dion. Per. 571. iidem videntur *Ναμνῖται*, *Ἀράβων* fluvius Marcian. p. 96. (p. 84. ed. Mill.) et *Ναράβων*, ***Negritu in auguriis significat aegritudo*** Fest. ***Nodus*** Spanhemius ad Callim. H. in Dian. 97. e graeco *ὄζος* factum putat; *νάννος* et *ἄννος* veteres compaant v. Voss. Etym. s. ***Nanus***. Sed haec omnia parum firma ad probandum.

quamvis obliteratam ut in latinis tergeminus, septemgeminus. Proximum antiquis nihil negotii facessit: *ἀπὸ τοῦ εἰμί ἐτός καὶ ἔτυμος ὡς ἕλος ἕλυμος* Eustath. 1408, 11. quorum hoc certius altero v. Sprengel. ad Theophr. T. II. 288. Scolymi principium ostendit Hesychius *Σκόλος εἶδος ἀκάνθης*. Pro *Πόλυμος* nescio an *Σόλυμος* scribendum sit, quem commemorat Stephanus s. *Μιλύαι*. De ceteris Technicorum exemplis disserui in Parall. 423. quorum unum *γίγγλυμος ὁ στρεφόμενος γόμφος* cognationem habere videtur cum *κίγκλος* nomine avis versatilis unde *κιγκλίζειν τὸ μεταστρέφειν*. Addi possunt *Φάρυμος θρασύς* et *ἀφάρυμος ἄτολμος* Hes. et ex tertia declinatione *δαιτυμών* a *δαιτύς* derivatum. Vocalis ultimae exempla nulla suppetunt praeter vocabula plantarum *ἄμωμον*, *καρδάμωμον* diversum a cardamo, et *κιννάμωμον*, cui Nicander praeformavit primitivum *κίναμον* et propria hominum *Σέλδωμος* et *Σίρωμος* Herod. VII. 98. urbisque *Εὔρωμος* v. Eckhel. Doctr. T. II. 581. quibuscum nihil nobis est commercii; *γαλώμη* vestimenti nomen, quod Schneiderus ex LXX. affert, omittendum erat ut hebraicum.

CAP. II.

De affectionibus.

§. 1. Mutationum, quas vocabula hujus classis subeunt, prima est productio vocalis antepenultimae. Non loquor de *πλόϊμος* et *πλώϊμος*, nam haec eodem fere loco sunt ut dixi ad Phryn. 615. sed *ἀρώσιμος* Sophocles usurpavit, cui infra *ἀρωτήρ* adjungam, et *αἰδήσιμος* Orph. Arg. 1346. pro quo codd. aliquot *αἰδέσσιμος* praebent ab exemplis nihilo confirmatius, nam pro *ἀκέσσιμος* Maxim. v. 149. nunc *ἐναίσιμος* receptum est. Ejusdem syllabae modo corripiendae modo producendae opportunitatem dat diversitas originis; nam a *μόρος* derivatum est *μόριμος*, a *μέμορσαι μόρσιμος*, quo non solum poetae utuntur sed Herodotus quoque; item illud quod Eustathius attingit p. 1472, 32. *τοῦ ὀφέλλειν ἔστι καὶ ὄνομα παρὰ τῷ Ὀππιανῷ ὀφέλλιμος, ὅ τινες καὶ ὀφέλσιμον ἔγραψαν αἰολικώτερον*, hoc est a futuro aeolico ut *ἐγέρσιμος*, *κέρσιμος*,

φύρσιμος.[1] — Vocalis vero, quae consonam characteristicam aut anteit aut sequitur, hae sunt vicissitudines. Exemtionis speciem praebet *Ῥαθμίζεσθαι ῥαίνεσθαι* Hes. quod Critici addubitant sed tuetur series literarum, et facilis est vocalis jactura connexivae, de qua saepe vix dici licet utrum prius adfuerit an defuerit. Nam a *σχίζω*, unde scindula et scandula, eodem tempore et *σκινδαλμός* duci potuit ut ab *ὄπτω ὀφθαλμός*, et *σκινδαλαμός*[2] ut *πλοχμός* et *πλόκαμος*,[3] *παλάμη* palma palmus palmes[4] idemque urbis nomen *Μέδμα* scribitur et *Μέδαμα* v. Miller ad Marcian. p. 198. Sed *Δέκμος* pro Decimus syncope est.[5] — Vocabula graeca, quae in *αμος* exeunt, praeter *ἄμναμος*, alpha breve habent etiam propria, nec graeca solum sed et peregrina ut *Τευταμίδης* Hom. Garamus Sil. It. II. 110. Lygdamus Tibulli etc. unde mensuram eorum conjectamus quorum poetae non meminerunt, *Τεύταμος* v. Wess. ad Diod. IV. 60. *Ἴσαμος* fluvii nomen, *Θύαμος* montis, *Ὕαμος* viri Paus. X. 6, 2. *Πάξαμος* v. Schweighaeuser. ad Ath. IX. 376. D. etc.[6] Et nomina barbarorum *Δατάμης*, *Μασκάμης* Herod. VII. 105. *Ἀρτακάμης* Xenoph. quum pronunciare cogor, sic pronuncio ut *Ἀρτάμης*, *Δοτάμης* et *Σησάμης* in Ae-

---

1) Hesychius pro *Θερέσιμον θερεστικόν* fortasse *θέρσιμον θεριστικόν* scripsit.

2) Schol. Arist. Nub. 131. et ad Lucian. Dial. c. Hesiod. §. 5. p. 241. T. IV. *σκινδαλαμός — ἐπὶ μὲν εὐθείας ὀξύνεται, ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων παροξύνεται.* Graecis comparari possunt tegimen tegmen etc.

3) *Σελμονία* et *τελαμωνία* nomen idem esse et ab eodem etymo mihi quoque credibile videtur.

4) Arborum surculi ***palmae*** vocantur et ***palmites***, sicut ***brachia*** et ***manus*** pro rami, graeceque *μασχάλαι*, francogallice ***branches***, quod ex latino ***branca*** i. e. brachium factum putatur. In Gloss. Graecol. *Μάλη ἀνθρώπου* ***subraca***, ***sub ala*** scribendum ***sub branca.***

5) *Ἴπαλκμος* pro *Ἱπάλκιμος* rejicit G. Dindorfius. Sed probabiliter Eustathius *Ἀλκμάν παρὰ τὸ ἄλκιμος ὡς ξυνός ξυνάν* (et *νεάν*) Prooem. p. 13. ed. Schneidew. quae Herodiani fuit sententia v. Theogn. p. 26. Simile est *Ἀλκμήνη* Alcumena, *μνᾶ* mina, *δραχμή* drachuma *ἀκμή* acumen.

6) Inter hunc Paxamum artis coquinariae scriptorem et *Πάξαμος· ἀρτοπώλης ἢ ἀρτόπτης* Hes. et paxamation i. e. bucellatum commercii nescio quid intercedere videtur.

schyli Pers. 316. 320. 925. hoc est correpta penultima, quam *Ἀρσάμης* v. 37. quia numeri anapaestici aliter non ferunt, productam habet.

§. 2. Trope, qua *Ἄρταμις* et *Πάναμος* affecta sunt (Koen. ad Greg. 304.) appellativa non attingit. Sed $\bar{\eta}$ in $\bar{\alpha}$ mutarunt adjectiva *διβάμων*, *ἱπποβάμων* v. ad Phryn. 431. *βουπάμων*, *πολυπάμων* v. Parall. 452. *Ἡγεμών* dicitur ut *ἀγρέμων ὁ θηρευτής* et *κηδεμών*, non item *ἡγήμων* nisi proprium, quod saepius et nescio an melius sic scribitur quam *Ἡγέμων* v. Schoemann. ad Isaeum p. 328. Dupliciter vero a recta via aberrat *ἴφθιμος πλεονασμῷ τοῦ θ καὶ ἐναλλαγῇ τοῦ χρόνου, ἐπεὶ πάντα βραχέα* EM. 480, 23. Cram. I. 208. enallage solum *Ὀβριμῷ* sive *Βριμῷ*, si hoc nomine dea *ὄβριμος* significatur. Verum deorum nomina ad digitos revocare neque Socrates ausus est, neque hodie licet nisi forte paucis, *τοῖς μεμυημένοις* scilicet. Consonae aeolice geminatae specimen ferunt *πολυπάμμων* Schol. Il. IV. 433. nunc uno $\bar{\mu}$ scriptum. *Εὐγάμμων* pro *εὔγαμος* valere Welckerus statuit de Cycl. Epic. p. 311. quo paullo credibilius videtur quod Bernhardy posuit ad Dion. p. 671. poetae Cyrenaico nomen fuisse Euammon (ut Heraclammon, Hermammon). *Ἐχέμμων* nomen homericum idem *Ἐχέμων* scribi et *Ἐχήμων* jam dixi in Parall. 452. neque amplius dubitat Spitznerus Observ. in Quint. p. 43. quibus similem speciem gerunt *Ἔχεμος* et *Ἐχέμμας* Cretensis. Peregrina aut peregrinis similia sunt *Ἀρτίμας* Xenoph. Anab. VII. 8, 14. *Ἀρσίμας* Arrian. Alex. II. 14, 5. *Ἀρίμμας* Anth. VII. 524. *Κερδίμμας* v. Ellendt. ad Arrian. III. 6, 12. *Τυρίμμας* III. 12, 7. Georg. Sync. Chron. p. 262. D. et *Πυρίμμας* (nisi idem nomen est) Herodian. Cram. IV. 335. quibus nominibus libri saepe alterum my detrahunt. Promontorium *Λευκίμμη* Graeci nunc *Λεύκωμα* appellant forsitan ex proprietate soli ut *Λευκάς* Alba; sed idem in codd. Thuc. I. 30. etiam *Λευκίμνη* scriptum est. Arimnas pictoris nomen Varr. L. L. VIII. 129. fortasse idem est quod paulo ante attuli *Ἀρίμμας*, saepiusque consona discretiva annititur vicino $\bar{\nu}$, *δίκταμον* planta dictaea et *δίκταμνον* sive *δίκταμνος*, *ῥάδαμος βλαστός* Hes. et *ῥάδαμνος* brevi penultima in Nic. Al. 92. ubi cod. Goett. *ῥάδαλος* praebet, accentu distinctum ab adjectivo *ῥαδαλός* = *κραδαλός*,

et Glossae auctor interpretamenti loco *κλάδος* subscripsit. Pro *Τήλαμος* Lycophr. 1333. in codd. aliquot *Τήλαμνος* scriptum est sine ullo metri emolumento; sed *ἀπάλαμνος* poetae protulerunt brevitatis fulciendae causa ut *νώνυμνος* et quod Hermannus Pindaro perapte retribuit *δίδυμνος*. *Παλαμναῖος*, quod Eustathius 586, 1. cum hoc componit, vulgo obtinuit. *Ἀτέραμνος* vero compari caret et *σφένδαμνος*, cujus ne origo quidem satis claret.[7] Substantivo *βέλεμνον* Herodianus EM. 194, 3. praestruit ficticium *βέλεμος ὡς ἔχω Ἔχεμος*, quomodo a *πλήμη πλήμνη* et *πλέμνιος*,[8] a *δέω δῆμα κρήδεμνον* et alia orta putantur, sed persaepe terminatio *μν*— ex se nascitur, a *κρῖ κρῖμνον*, a *μέλω* sive *μέλος μέριμνα* = *μερμήρα*, *πολυμέριμνος* = *πολυμέρμερος*, a thematico *μέδω metior μέδιμνος* (et *μόδιος* v. Hemsterh. ad Plut. v. 984.)[9] Similiter igitur a *βέλος βέλεμνον*, a *κέλλω ἀμφικέλεμνον ἀμφοτέρωθεν ὄκελλον* Hes. unde adverbium *ἀμφικελεμνίς* Anecd. Bekk. tum *τέρεμνος ἰσχυρὸς καὶ στερέμνιος* Hes. cum neutro *τέρεμνον*, quod substantivi loco habetur. Suidas *Αἰσύμη πόλις καὶ Αἰσύμνη*, inque Il. VIII. 304. veterum Criticorum alii *Αἰσύμηθεν* scripserunt, alii *Αἰσύμνηθεν* aut propter viri nomen *Αἴσυμνος* aut metri causa. Nam si *Αἰσύμη* et quod Stephanus ejusdem urbis nomen putat *Οἰσύμη* ex masculinis hujus formae *Ἔλυμος*, *Σόλυμος* etc. aestimatur, ypsilon breve habet ideoque illo loco fulcro indiget quo sustentatur *νώνυμνος*. Sed afferuntur complures sententiae: *Αἰσύμνηθεν ἴσως τῆς Νιρέως Σύμης· οἱ δὲ ἀπὸ βασιλικοῦ γένους*, ut *αἰσυμνᾷν* dicitur et *αἰσυητήρ*. Hoc parum probabile videtur, sed urbs Thraciae, quam Thucydides et ceteri *Οἰσύμην* vocant, in Diodori quodam loco *Σύμη* dicitur. Quod si librariorum incuriae tribuimus quam Wesselingius culpat, tamen qui illa consideraverit *Ἀξός* et *Ὄαξος* sive *Οἴαξος*, *Οἴτυλος* et *Τύλος*, *γύψ αἰγυπιός*,

---

7) Forsitan a *σφήν*, *σφίζω* i. q. *σχίζω* findo, namque prae aliis aceris *cuneo fissile robur* ob duritiem. Non procul hinc distat *Σφενδαλή* demi attici nomen.

8) Hesych. *Πλέμνιον ἀρχαῖον πλῆρες*, hoc ut *πλήσμιον*.

9) Ignotiora sunt *ἀθέλιμος* et *ἀθέλιμνος κακός* Hes.

αἰζηνεκές διηνεκές (ut *ζαβάλλω διαβάλλω*) *λίνος αἴλινος*,[10] fieri posse concedet ut *Σύμη*, *Αἰσύμη* et *Οἰσύμη* idem nomen fuerit; *Σύμη* autem ypsilon natura breve habet ut cetera bisyllaba *Δύμη*, *Κύμη*, *Στρύμη*. Multorum una nobis innotuit forma, a *πέρας πρυμνός* EM. 693, 34. excussa vocali ut *διαπρύσιος* — ab *ἐρύω ἐρυμνός* discrepans proprio *Erymus* Valer. Flacc. III. 194. quod a Grammaticis significari videtur v. Parall. 422. ab *ἕλος ἕλυμος* EM. sed et *ἐλύμνιαι δοκοὶ ὀρόφιναι* Hes. et *Ἐλύμνιον* urbis nomen. Et quorum origo in oblivione jacet: *θέλυμνον*, *προθέλυμνον*, *ἀταλύμνου δάκρυον* Nic. *Λεπέτυμνος* v. Niclas. ad Antig. c. XVII. *Εὔρυμνος*, nisi idem est *Εὔρυμος*. Tum feminina: *Λάρυμνα* cum plurali *Λώρυμα* confusum v. Tzschuck. ad Mel. II. 3, 6. simileque adjectivo evanido *Λωρυμνόν βαθύτατα κατωτάτω* Hes. *Νώνυμνα*, *Πρόσυμνα*, *Λικύμνα ἀκρόπολις ἐπώνυμος τοῦ Λικυμνίου* Strab. VIII. 373. *Καλύμνα* una insularum Calydnarum X. 489. Eust. ad Dion. 530. quorum accentum Coraes corrigere neglexit,[11] et neutra *Λάτυμνον*, *Ἀρύμνιον* etc. — Num vero pro *ῡ* nonnunquam ascitum sit beta, haud perinde certum. Si *χηράμβη*, quod indubiam habet cum *χήμη* cognationem, ad *χηραμίς* comparamus, labialis litera liquidae adminiculandi causa subnexa videtur; contra est si ad *χήραψ* et *χηραφίς*, qua via suspicor a *κέρας* ad *κάραβος*, deinceps ad *κεράμβηλος* processum esse, et a *σάλαβος* sive *σαλάβη* ad *σαλάμβη*, quod Glossographi vel a *σάλλω* derivatum putant quia fenestrae crebro in motu sunt, vel a *σέλας*, pari utrumque probabilitate. *Κόρυμβος* neutram consonarum nativam habere clarum faciunt cognata *κόρση* et *κόρυς*, sicut e *κορυφή* colligitur immutabilem secundas agere

---

10) Hesychius *Θύσσεται τινάσσεται*, *Θυσσόμεναι σειόμεναι*, quo intellectu est *φύλλα αἰθυσσόμενα* in Sapph. Fr. IV. sed hoc ipsum verbum Ruhnkenius ab Hesychio scriptum putat. Nec certius *αἰωλίγγη* apud eundem pro *ὠλίγγη*. Ineptum illud Sch. Arist. Nubb. 1215. *ψαρὸς ἵππος ἀπὸ τοῦ ψαίρειν ὁ ταχύς ὅθεν καὶ αἰψηρός*. Nec audeam nominis *αἰζηός* originem conjectare ex Hesychii glossa *μινίζηον ὀλιγόβιον*.

11) *Πολύδαμνα ὡς Μήθυμνα* Schol. Od. IV. 228. similiterque quae in *ος* exeunt *μὴ ἔχοντα θηλυκά*, *Ἄτυμνος*, *Λύκαμνος*, *Αἴσαμνος* Arcad. 62. *Σέλεμνος* Paus. VII. 23, 1.

ut in *κακάμβη*.[12] Postremo utramque permutari videmus; eadem enim avis *κικυμός* dicitur sive *κικυμίς* et latine cicuma, et vero etiam *κίκυβος*, *κικκάβη*,[13] graecumque vasis nomen *κακκάβη* Romani verterunt in cucuma; cardui genus *σκόλυμος* dicitur et *σκόλυβος* Hes. et apud posteriores *ἀσκόλυμβρος* v. Beckmann. Hist. Inventt. T. II. 209. consociatis ambabus literis additaque canina ut a *θύμος* derivatum est *θύμβρα* significationis discrimine exiguo. Sed pergamus ad ea quae restant. Pervagatum est adjectivorum genus exitu duplici, *ἐπόψιμος* et *ἐπόψιος*, *ἀλέξιμος* et apud eundem Nicandrum *ἀλέξιος*, quibus si deest consona, non detracta, si adest, non superaddita existimatur. Propriis quidem et propriorum vicariis familiarior est terminatio pura quae dicitur: *Αἰδέσιος*, *Ἀλέξιος*, *Αἰρέσιος* — *Λύσιος*, *Στήσιος*, *Ἐκβάσιος*, neque tamen hoc perpetuum esse ostendit Gelasimus parasiti nomen in Sticho Plauti et Gelasius. Et ab aliis orationis partibus *αἴσιμος αἴσιος*, *οὔλιμος οὔλιος*, *κλόπιμος κλόπιος*, *κρύφιμος κρύφιος*, *ὄψιμος ὄψιος*, *ὥριμος ὥριος*, quorum ea quae non pure terminantur rariora sunt puris, nec probatum est *πρώϊμος* v. ad Phryn. p. 52. dubiumque *ζύγιμος βοῦς* pro *ζύγιος* Ath. VIII. 331. B. et *ὄμβριμον ὕδωρ* Nonn. I. 18. ubi complures codd. *ὄμβριον* praebent, neque dubitationem eximit *ὀμβριμαῖος* Herod. Epim. p. 100. namque hujusmodi paragoga multa sunt *πηγιμαῖος* p. 68. *τυλιμαῖος* in Gloss. Graecol. *ἀγριμαῖος*, *λαθριμαῖος*, *προικιμαῖος*, *μισθωσιμαῖος* et alia ad Phryn. 558. enotata,[14] sed non omnia caput ex sua analogia habent eoque differunt ab aliis adjectivorum in *μος* et *μνος* exeuntium paragogis velut *ἐρυμνώδης*, *γονιμώδης*, *μαχιμώδης*, *φρονιμώδης*, quae omnia invexit deterior aetas, iisque quae minus multis exemplis insignitae sunt *οὐδαμινός*, *μηδαμινός*, *ἐτυμώνιος*, *φαιδιμόεις* et a neutro *ἀνθεμόεις*. In contrariam partem ab-

---

12) Utra sit magis principalis consona hoc difficilius dictu, quod voces non reduplicatae *κυβήνη* et *κύμινδις* utramque alternant.

13) Hesychius *Ὄρυμος βωμός, οἱ δὲ ὄρυμβος*, cui appositum est *Ὀρτός βωμός* et *Ὄρογκοι τῶν ὀρῶν τὰ ὀγκώδη, ἃ καὶ ὀρόχθους καλοῦσιν*, quorum syllaba prima *ὀρθόν* quiddam et erectum significare videtur.

14) *Πυγονιμαῖος* Schol. Il. III. 6. contra quam analogia fert fictum ad explicandum *Πυγμαῖος*.

errarunt librarii *κούριος* scribentes pro *κούριμος* v. Jacobs. ad Anth. p. 297. nec suspicione caret *καίριμος*, etsi subsidio est *ἀκαίριμος* et hoc longe posterius *εὐκαίριμος*, si modo haec syntheta sunt, non parasyntheta ut *ἀνόστιμος*, quanquam id quoque ambiguum.[15] Adhuc pauca adjicienda sunt de syllabarum incrementis et decrementis. Sarpedonis amasius a Solino c. XI. Atymnus, a Nonno XII. 217. et Apollodoro *Ἀτύμνιος* vocatur, idque commune pluribus nomen; *Ῥείθυμνα* sive *Ῥίθυμνα* eadem *Ῥιθυμνία* v. Interpp. ad Lyc. 76. quae perfrequens in nominibus propriis amplificatio. Aliud exemplum subjicit EM. 102, 42. *ἀπὸ τοῦ ἀνδρός ἄνδρομος ὡς Δίομος κυρίως*[16] *ὁ πατὴρ Ἡρακλέους — παράγωγον κτητικὸν ἀνδρόμεος ὡς κερτόμεος*, pro quo nunc ubique *κερτόμιος* legimus ut *νηδύμιος*.

---

15) De his aliisque synthetis et parasynthetis dixi in Parall. 249. sq. ubi *εὐόλκιμος* et *ψυχογόνιμος* addi poterant.

16) Pro hoc rectius in Epim. Cram. I. 83. *ὁ ἥρως*, quanquam id quoque ex dittographia *ὁ ἐρώμενος* natum videtur, unde librarius ad *ὁ πατήρ* aberravit.

DISSERTATIO QUARTA.

DE

NOMINIBUS IN *N*∼ EXEUNTIBUS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXVII.)

CAP. I.

De nominibus in $\overline{\alpha\nu}$ *— exeuntibus.*

§. 1. Ut qui in superioribus observatus est ordo, cum nunc quoque teneam, prima in statione collocabo nomina exigui ad decernendum momenti propter obscuritatem originis: *ἔρανος, ἤρανος, κοίρανος, κλίβανος, κύανος* — *βάσανος, βάλανος, τίτανος* — *κοττάνη, τρυτάνη* — *ἄττανον, λάσανον*, aut quia peregrinitatem redolent ut *ἀχάνη μέτρον περσικόν* Poll.[1] *κατάνη* vox sicula ut videtur, *χαλβάνη* quod syriacum perhibent item ut *κόττανον* v. Sprengel. ad Diosc. p. 484. *τάργανον ὄξος Λυδοί* Hes. parique caligine circumfusa plantarum vocabula: *βράκανον, γάργανον, ὀρίγανον* sive *ὀρίγανος, δράκανος* etc. ad ultimum ea quorum ne scriptura quidem satis constat ut multa Hesychii *Βύτανα ἢ βρύτανα κόνδυλοι, Στρέφανον ἢ στρέψανον ἀξίνη*,[2] *Πρύανος νέος, Φαίκανον πήγανον* et alia.[3] His quo cuique libet dimissis manifesta paragogae exempla proferam. Ac primum quidem verbalia, quorum alia praesentis formam usitatam referunt: *ὥςπερ ἀπὸ τοῦ στέφω στέφανος καὶ λείβω λίβανος, οὕτω γλύφω γλύφανος*, Schol. Theocr. I.

---

1) Quando cistam significat, recte ad verbum *χάω* capio refertur ab EM. ut *χηλός* capsa sed addito alpha ut *ἀχανής* capax, vastus.

2) Forsitan significat *σκέπαρνον ὅπερ κατὰ τὸ πέρας αὐτοῦ, καθ' ὃ τέμνει τὰ ξύλα, βραχεῖαν ἐπιστροφὴν ἔχει ὀφρυώδη καθάπερ ἡ ἄμβη* Galen. Comm. II. in L. de Med. Offic. p. 727. T. XVIII. P. II.

3) Pro *Γάρσανα φρύγανα* succurrit *τάρσανα* id est cremia a *τέρσω* torreo unde *Τραίσανον φρύγανον* Hes. *ταρσός* et *τρασιά* v. Schneider. ad Theophr. T. IV. 201. *Ὑρτάνα πῶμα χύτρας* forsitan *ὑρχάνη* fuerit ab *ὕρχη* orca derivatum. *Στέργανος κόπρος* cum latino stercus comparant. *Τρίβανον λήκυθον* illustrat quodammodo Galenus de Pond. et Mens. XIII. 780. T. XIX. *ὁ ξέστης δύο κοτύλας αἳ καὶ τρίβανα καὶ τρυβλία λέγεται.*

28. quibus accedunt δρεπάνη, θηγάνη, σπάργανον, φρύγανον, φώγανον, χάσκανον herbae persollatae nomen; alia nihil aliud quam consonam verbo additam remittunt, δαπάνη a δάπτω EM. Eustath. 1413, 8. σκαπάνη quod posteriores τζάπιον (sappa) dixerunt, κόπανον, τύπανον, δείκανον τὸ δείκηλον EM. πλήγανον βακτηρία (vel ῥακτηρία) Hes. πήγανον ὅτι πήγνυσι τὸ σπέρμα ut Plutarchus ait Symp. III. 1, 3. certe a πήγνυμι. Quae quum vocales verbi longas servent incorruptas, recte Critici Aristophanis versus, in quibus ἀλετρίβανος legebatur media brevi, ex Rav. ita emendarunt ut producatur vocalis, quam nominis ἀλότριψ casus obliqui corripiunt v. Parall. 292. non recte vero Doederlinus ῥυκάνη,[4] cujus prima brevis, a macroparalecto βρύκω ducit. Mutata vocali a πέτω (πετάννυμι) extitisse videtur πατάνη patina et quod Siculis tribuunt βατάνη batiola, πατάνιον λοπάδιον ἐκπέταλον καὶ ἀναπεπταμένον Phot.[5] a πλάττω mutata consona πλάθανος et πλαθάνη ἐφ᾽ ᾧ πλάττουσι ut πηλοπλάθος, χυτροπλάθος etc. a βράττω βρατάνη sive ῥατάνη ἡ τορύνη Hes. rutabulum; τήγανον παρὰ τὸ τήκω EM. σταχάνη (στάθμη statera) ἴσως παρὰ τὴν στάσιν Suid. hoc est a στήκω, nisi fallor, unde στάχυς ducere solent. A primitivo puro κτέω ortum habet κτέανον, a derivatis Κυρκάνη ἡ ταραχή παρὰ τὸ κυκῶ EM. οὐράνη ab οὐρεῖν (nisi paronymon est) τρυπάνη et τρύπανον, Ἱβάνη et Ἴβανον κάδος, ἀντλητήριον, Ἱβανατρίς σχοινίον ἱμητήριον Hesych.[6] His aptissime subjungentur quae sigma futuri continent, Δαισάνη ἡ πτισάνη παρὰ τὸ δαίσασθαι EM. a πτίσαι πτισάνη ἡ τριβαία ἢ τὸ πίτυρον Cyrillus Du Cang. s. Τριβαία, quod confirmat Schol. Theocr. II. 33. πίτυρα — οἱ Ἀττικοὶ πτισάνην, et neutra λείψανον, ὄψανον, cui ortum a nomine assignat Schol. Aesch. Choeph. 529. τὸ χῖ ὅτι ἀπὸ τῆς ὄψεως παρήγαγε τὸ ὄψανον,

---

4) Βρυκάνη quod Herodianus π. Μον. p. 18. sine interpretatione affert utrum hinc an ex βυκάνη detortum sit, in medio relinquam.

5) Quod addit οἱ πολλοὶ διαστρέφουσιν ὡς ῥωμαϊκόν, ad πατέλλιον pertinet.

6) Vulgo ἱμονιά dicitur, cujus si extaret primitivum ἱμονή, eandem ad ἱμάνη proportionem haberet quam ἡδονή ad μηχανή. Eodem pertinere videntur Ἴθανα σχοινία et Γιμβάναι ζεύγανα.

nec refert. Sed *θύσανος ὁ κροσσός ἀπὸ τοῦ θύω τὸ ὁρμῶ* Schol. Hesiod. Sc. 225.[7] propter brevitatem vocalis nomini *θύσις* propius est quam futuro *θύσω*, et *στασάνη ἡ ὑποθήκη* Hes. aliter pronunciari debet si a *στήσασθαι τὸ δανείσασθαι* Hes. derivatum est ac si a *στάσις*, unde *στάσιμον τὸ δεδανεισμένον*. Alpha penultimae quum omnibus breve sit, in Timonis versu Athen. X. 445. pro *ἀπληστοίνους ἀρυσάνας*, quod Dindorfius edidit, *ἀρυταίνας* reponendum est ex p. 424. B. Alia perfecti medii similitudinem sequuntur *δοκάνη, δόκανον, ξόανον, ὄχανον, πλόκανον* sive *πλόχανον* Eust. 1528, 22. *πόπανον, χοάνη χόανος, χόδανος*, quorum non omnibus substantiva antecedunt, quare hoc loco proponere malui; eandemque ob causam hic referam perfecto passivo connexa *ἀρτάνη, βοτάνη, πλεκτάνη*. Haec igitur omnia terminationem adventiciam habent. Sed, quia nonnunquam nominum et verborum eadem est aut similis terminatio *πεπαίνω πεπανός, καγκαίνω καγκανός, λιταίνω λιτανός, τείνω (τιταίνω) τέτανος*, controversia existit utra prius processerint. Equidem propter eas rationes quas in alia operis parte explicui v. Dissert. II. c. 3. §. 1. antiquis assentior *βάσκανος* a *βασκαίνω* derivatum esse EM.[8] hoc autem a *βάσκω* rumifico,[9] et *λάχανον* a *λαχαίνω* Schol. Od. IX. 116. Aesch. Sept. 896. Hesych.[10] et si sincera est

7) A praesenti *θέσσω* ducit Schol. Pind. P. IV. 407. cujus futurum *θύσω* fingi potest ad exemplum *τοῦ πτίσω καὶ πλάσω*.

8) In adnott. ad Buttm. Gramm. II. 388. de hoc contrarium dixi ac volui.

9) Hesychius *Βάσκω κακολογῶ, Βασκαίνω μέμφομαι, Παρέβασκε παρέβλαψε* fascinando puta, ut et germanicum verbum **beschreien** diffamandi et incantandi significationes complectitur.

10) Odysseae interpres disertissimus ad IX. 116. ex eo quod Schol. Nicandri *λαχνώδης* et *λαχύφλοιος* interpretatur *δασύς*, conjecturam fecit homericum verbum *νῆσος λάχεια* significare frutectosam dumisque densam, uno verbo **hirtam** et ejusdem stirpis esse *λάχνη* et *λάχανον*. Id si verum est, quod mihi quidem veri simillimum videtur, olera *λάχανα* dicta sunt ob folia crispa et hispida eademque mutatis consonis *βράκανα*. His similia sunt *βράσκη* brassica, *βλέχρον* sive *βλῆχρον* filix a filis crispis denominata, et *βλήχων* species menthae affinis ei quae nunc dicitur crispa **krause Muenze.** *Παλλάχανον κρόμμυον* Hes. num huc pertineat, nescio.

Hesychii glossa *ὑδρανός ὁ ἁγνιστὴς τῶν Ἐλευσινίων*,[11] id quoque a verbo repeti oportet. Verum *φάσγανον* non a *φασγάνω* ortum dicunt sed *παρὰ τὸ φάσαι* Sch. Pind. Nem. I. 80. Hes. vel a *σφαγή* EM. (ubi mendose scriptum est *φᾶσαι*) et *ἀθίγγανος ὁ μὴ θέλων προςεγγίσαι παρὰ τὸ θίγω* EM. 25, 28.[12] novitium illud quidem ut proprium *Ἐπιτύγχανος* v. Parall. p. 10. crebrum in inscriptionibus latinis. Antiqui autem nominis exemplum, quod plane constet a verbo in *ανω* exeunte declinatum esse, vereor ut reperiri possit. Nam *θηγάνη* a *θήγω* potius arcessendum est quam ab obscuro illo *θηγάνω*, et *ὀλίσθανος*, si incorruptum est *ὀλισθανώτερος* Galen. Comm. in L. de Fract. III. 59, 624. T. XVIII. P. II. ab *ὀλίσθω* vel *ὄλισθος*.

§. 2. A nominibus primae declinationis *ἀκή ἄκανος* — *ἐλάνη παρὰ τὴν ἕλην* Athen. 699. A. *Λάψα γογγυλίς* et *Ῥαπίς γογγυλίς, οἱ δὲ λαμψάνην* Hesych. *ἡ ὑγρὰ πίσσα καὶ τὸ πίσσανον* Galen. Comm. in Epid. VI. 4, 328. T. XVII. P. II.[13] *σαργάνη* sive attice *ταργάνη* EM. ex *σαγήνη* conversum dicit interposita litera rho; aliam vero originem obscure significat Hesychius *Τράγη πεπλεγμένη*. A nominibus secundae *τύκος* — *τυκάνη*,[14] *κόπρος* — *τὰ κόπρανα* Hippocr. et Aret., *οἱ παλαιοὶ κορίανον καλοῦσιν, οἱ δὲ νεώτεροι ἰατροὶ πάντες κόριον* Galen. Simpl. Temp. VIII. 43. p. 36. T. XII. *λῆδος λήδανον* brevi alpha ut apparet ex Andromachi versibus, *ἴανα τὰ βαλλόμενα ἀπὸ τοῦ ἱέναι* Hesych. potius ab *ἰός* ut *ἐργάνη* et *ἔργανον τὸ ἐργαλεῖον* ab *ἔργον*. Idem *μούσχανον βλαστόν* pro *μόσχον*. Racana Salmasius ad Vopisc. V. Firmi III. 700. a *ῥάχος*. A tertia *γέρην* (grus, *Kran, Kranich*) *γέρανος* — *λεκάνη παρώ-*

---

11) Accentus ducit ad *ὑδραγός*, quod non legitur.

12) Antiquiorum doctorum nonnulli Cinganos significari crediderunt v. Grellmann ***Ueber die Zigeuner*** p. 177. sed fuit istud haereticorum nomen qui alias Atingani vocati sunt et Publiciani, diversi a Melchisedecianis, quos Du Cangius memorat.

13) *Πιττωτὰ ἢ δρωπακιστὰ καὶ πίτανα* (sic) Comm. in L. de Off. Med. III. 23, 894. T. XVIII. P. I.

14) Sic Eustathius, etsi discrepat usus; nam *τυκάνη* est *ᾗ ἀλοῶσι τοὺς ἀστάχυας, ἣν νῦν κατὰ παραφθορὰν δουκάνην λέγουσι* Moschopul. Dict. Att. s. h. v.

νυμον τοῦ λέκους οὐχὶ ἀπὸ τοῦ λάλακος· λάλακος δὲ πλατὺ καὶ ἐκπέταλον ἀγγεῖον· ἀλλ' οἱ παλαιοὶ, ὃ ἡμεῖς λεκάνην, ποδανιπτῆρα λέγουσι, λεκάνιον δὲ καὶ λεκανίδα ἀγγεῖον πρὸς ὑποδοχὴν ὄψων Phot. quae sic scribenda sunt: οὐχὶ ἐπὶ τοῦ λέκους (ἀλλ' ἐπὶ τῆς παροψίδος)· λέκος δὲ πλατὺ etc. Ammonius κέλυφος λέγεται ἐπὶ τῶν ὀστρακοδέρμων, κελύφανον δὲ ἐπὶ τῶν ὀσπρίων. Ejusdem modi sunt ῥάπυς ῥάφανος,[15] ἕλκος ἕλκανον, μῆχος μηχανή et fortasse μάγγανον, ἕρκος ἑρκάνη et cum trope vocalis ὁρκάνη sive ὀρκάνη ut ἐργάνη et ὄργανον. A πλάτος πλάτανος EM. et πλατανώδης καὶ σανιδώδης Galen. Hist. Phil. XXI. 297. T. XIX. pro quo codd. πλαταμώδης praebent in Plut. Placitt. III. 15. et ap. Hesych. σπίλαξ μῶλος πλατανώδης Salmasius πλαταμωνώδης corrigit; θύανον πέμμα τι ἀντὶ βοός Hes. a θύος ut videtur, ῥυκάνη a ῥύγχος, nam ferramenta runcinae (Hobeleisen) quas Hesychius ξίφας appellat, speciem rostri praebent.[16] A σπυράς σπύρδανον interposito delta sive potius utrumque a σπεῖρα. Nec de αἴθρανος facile constituas verbone αἴθω an nomini ἄνθραξ propius sit. Jam haec exempla manifestum faciunt hanc terminationem modo paraschematisticam esse ut ὄψις ὄψανον, κόριον κορίαννον, τράγος οἱ δὲ τράγανος Diosc. Mat. I. 51. modo significare aliquid primitivo diversum, verbalia plerumque id quod actione efficitur actionisque instrumenta, universe res corporales.[17] De

---

15) Breviorem formam ῥάφη Hesychius tradidit s. Ῥαφανίς. His cognata videntur ῥάπις et ῥάβδος.

16) Aliud instrumentum indicat Hesych. ῥυκάνη ἀλθητήριον χειρομήριον ἀμυντήριον, quae Coraes ad Plut. T. VI. 457. ita interpolat ἀλετήριον χειρομύλιον ἀμητήριον, non demonstrato veteres ad metendum et molendum runcina usos esse. Si ille ἀλετήριον vel ἀλοητήριον scripsisset, ad τυκάνη referri deberet, sed latinum *runco* (quo herbae vepresque evelluntur) nos revocat ad ἑλκητήριον. Pro altero subvenit χειροσίδηρον ἀμυντήριον manus ferrata, ναύμαχον ὅπλον, χειροσιδήριον Poll. II. 152.

17) Non repugnat Hesychii glossa Φοργάνη ἡ ἀραιότης si hoc nomine τὸ ἀραιόν significavit ut Foesius censet s. Φορακιῶδες. Clemens Alex. ἐργάνη usurpavit pro ἐργασία sic, puto, ut Minerva dicitur pro artificio. In Theophr. Hist. II. 8, 5. ἡ σκαπάνη πᾶσι συμφέρει ὡς ἡ σκάλσις — idem valet quod σκαφεία vel σκάφευσις non proprie sed per metonymiam ut Schol. Theocr. I. 28. γλυφάνοιο τουτέστι τῆς γλυφῆς et lima pro expolitio.

accentu nos docet Arcadius p. 64. proparoxytona esse substantiva quibus alpha breve, εἰ μὴ πρὸ τοῦ ᾱ τὸ δ̄ ἢ ε̄ ἢ ῑ ὑπάρχοι, στέφανος, κλίβανος, χόανος· σεσημείωται τὸ πελανός, οὐρανός, Σικανός. De primo horum Eustathius p. 1601, 5. αἱ θυηλαὶ — ἃς πελάνους τινὲς φασιν ἢ καὶ ὀξυτόνως πελανούς, sed vulgo oxytonum est, incertum unde derivatum, a πάλη ut Didymus, an a πλατύς v. Harpocr. s. l. et Schol. ad Eur. Rhes. 427. si vero proprie significat liquorem crassum et faeculentum, τὸν διαπεπηγμένον καὶ ῥυπαρὸν ἀφρόν Schol. Apoll. I. 1077. cum πλῆμνος ἀφρός Hes. et πηλός cognatum videtur. *Οὐρανός* veteres modo ab οὖρος ὁ φύλαξ repetunt v. Aglaoph. 503. modo ab οὖρος ὁ ὅρος quasi ὁρίζων, vel, quod probabilius, ab αἴρω ad significandum *hoc sublime candens* Ennii, ut βρόχος οὐράνιος ὁ μετέωρος Sch. Eur. Alc. 230. Cetera regulam sequuntur sive masculina sunt sive neutra, nisi quod in propriis nonnihil titubatum est: Ὀανός Nonn. XIII. 471. quod rectius gravatur ap. Stephanum ob brevem penultimam. Eorum, quae Arcadius acui dicit, tria sunt genera, quorum primum ante alpha literam δ̄ habet Ἀπιδανός, Ἠριδανός, nisi praecedat rho Δάρδανος, Ἰάρδανος. Non recte igitur scribitur Ῥόδανος Steph. Secundi exemplum unicum est ὠκεανός ὃ σεσημείωται συστέλλον τὸ ᾱ· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ανος ὀξύτονα ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς ἐκτείνει τὸ ᾱ χωρὶς τῶν παρὰ τοῖς ὕστερον Ἁδριανός, Ἰουλιανός EM. 438, 10. Eust. 128, 43. Plura quidem profert Theognostus τὰ διὰ τοῦ εανος ὀξύτονα ὑπὲρ δύο συλλαβάς ὠκεανός, Μυρλεανός, κτεανός, ἀκεανός, sed secundum vocalem longam habet, pro tertio reponendum Τεανός Teanus sive Teanensis, ejusdemque moduli est leguminis nomen, quod saepissime ἀκέανος scribitur et geminata liquida ἀκέαννος in Pherecratis versu T. I. 345. Ex quo quum appareat penultimam longam esse, renuntiemus oportet Grammaticis, qui nomen hoc δυςκάτακτον interpretantur tanquam a verbo κεάσαι compositum ut εὐκέανος et ἰθυκτέανος, quorum alpha breve. Equidem etymon ignotum, scripturam Theognosti veram esse arbitror. Tertio loco Arcadius loquitur de iis, quae iota ante alpha positum habent; quae cujusmodi sint, nescio. Nam quod οἱ ὕστερον, ut Eustathius ait Ἁδριανός, Ἰουλίανος et talia corripiunt v. Spitz-

ner. Pros. p. 73. Franck. ad Inscr. Richt. p. 25. id a veterum usu longissime abhorret. Itaque dubito an ille de ypsilo loquutus sit, quod penultimam praecedit in duobus vocabulis *κύανος* et *πύανος*, saepe hoc modo scriptis nec raro acutis v. Parall. 317. Feminini generis trisyllaba praeter *μηχανή* barytona esse ab Herodiano discimus *π. Μον.* p. 8. Neque aliter scribitur *Ταπροβάνη*, cujus penultimam Alexander poeta producit ap. Steph. s. h. v. Dionysius autem v. 593. et Ovid. Pont. I. 5, 80. corripiunt. — Masculina macroparalecta, quorum ille oblitus est, oxytona sunt *Ἀλβανός*, *Ὑρκανός*, *Σιλανός*, *Σωρανός* v. Goettling. de Acc. p. 198. quare *Ἀμανός* Strab. XII. 535. et *τὸ Ἀμανόν* praeferendum proparoxytono ap. Steph. s. h. et s. *Μελιτηνή*, item *Ἀδρανός* sive *Ἁδρανός*, cujus penultima longa Sil. Ital. XIV. 250. probatius quam *Ἄδρανος* in locis a Jacobsio collatis ad Aelian. p. 198. *Calanus* quoque viri nomen media longa sic ut gentilicium *Καλανοί* Clearch. in Euseb. Pr. Ev. IX. 5, 409. D. proferendum videtur; quanquam id saepius *Κάλανος* scriptum reperitur v. Ellendt. ad Arrian. VII. 18, 10. ut Calani successor *Ζάρμανος* (omiss. in Th.) Strab. XV. 720. (alibi *Ζάρμαρος*) semperque, si satis memini, *Κάρανος*, cui Ausonius alpha breve impertit, eodem, credo, errore quo *Θεανώ* in Anth. correptum est; neque enim aliud nomen videtur *Κάρηνος* ap. Herodotum. *Κάρβανος* excusatur anadromae specie, qua caret *κάρανος ὁ κύριος* Hes. sic proferendum ut verbum *καρανοῦν*. *Δικανός ὁ περὶ τὰς δίκας* Hes. certe non aliter quam *δικανικός*. Aliorum prosodia incertior: *Αἰανός* et *Ἄδανος* Steph. sed *τὰ Ἄδανα* Dio Cass. XLVII. 31. *Ἔτανος* Herod. sed ultima acuta Steph. *Κροτανός* Paus. III. 14, 2. *Λέπανος* Diod. XII. 34. Oppidi Siculi nomen *Ἴσχανα* Stephanus quum ab *ἰσχανᾷν* repetit, alpha breve esse significat; longum habet *Φαισάνα* Arcadiae urbs Pind. et *Ἔρανα* sive *Ἔραννα* quod praefertur ob masculinum *Ἔραννος*, ut *Φάλαννος Φάλαννα*, non *Φαλαννά* v. Tzschuck. ad Strab. IX. 646. Bachmann. ad Lyc. 906. *Ἀφάνναι* loci nomen Steph. v. Schneidewin. ad Zenob. p. 80. Appellativum *τύραννος* semper, *κορίαννον*, *Κοριαννώ*, *Βρεττανοί* saepius sic quam uno $\bar{\nu}$ scribuntur. Illud nonnulli cum *κοίρανος*, *κύριος*, *κάρανος* et *ἥρανος* cogna-

tum putant v. Coraes ad Plut. T. IV. 460. Ebert. Dissert. Sicul. p. 46.

§. 3. Disputationem de adjectivis non aptius auspicari possum quum si ab Herodiani praecepto ordiar qui trisyllaborum quae extremam acutam, extremae proximam brevem nullamque ante alpha vocalem habeant, unicum esse dicit *οὐρανός*, nam cetera primam habere natura brevem: *ἀγανός, τραγανός, σφεδανός, ἑδανός, ὀρφανός, πεδανός, ῥοδανός* et corripi adeo quae a principio longo profecta sint, *ἵκω ἱκανός, πείθω πιθανός, εἴδω ἰδανός*. Haec vero omnia adjectiva sunt, pleraque a verbis ducta, quae sola complectitur Schol. Il. XIV. 172. *γίνονταί τινα ἀπὸ ῥημάτων ὀξύτονα ἅπερ τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει βραχεῖαν ἢ αὐτόθεν ἀπὸ τῶν ῥημάτων μετειληφότα ὡς ἀγανός, στεγανός, ἢ ἐκ μακρᾶς εἰς βραχεῖαν μεθιστάμενα ὡς τρώγω τραγανός, εἴδω ἰδανός, ἥδω ἑδανός*, pro quibus EM. 568, 29. *πιθανός* et *λιχανός* (a *λείχω*) affert. Brevius Arcadius quae femininam positionem habeant, acuto sono concludi dicit. *Τραγανός* et primitivum *τράγος* si cum *τραγεῖν* cognatum est, principio edulium significavit, deinde per exochen alicam sive ptisanam, sicut *δαισάνη ἡ πτισάνη παρὰ τὸ δαίσασθαι* EM. postremo cartilaginem, cujus nomen graecum *χόνδρος* utramque complectitur significationem ex *κοναρός εὔτραφής* contractum v. Dissert. VI. §. 5. simileque latino alica id est alibilis sive alebris Fest. Significatio adjectivi et substantivi media est et ideo accentus instabilis; *χόνδρος τραγανός* Hesych. quo epitheto species alicae declarari videtur v. Sprengel. ad Diosc. 457. sed substantive magis *ὁ τραγανὸς τοῦ ὠτός* (tragus et antitragus) in Med. Mosq. 127.[18] *χόνδρος τὸ ἐν τοῖς μέλεσι τραγανόν* Herodian. Epim. 152. sed *τὸ τράγανον τῆς ῥινός* Melet. de Nat. Hom. III. 73. *Σφεδανός* sic ut *σφοδρός* a *σπεύδω* delapsum esse Eustathio p. 1065, 1. credere non recusamus, neque hallucinari videntur qui ex *ἅδω* primum *ἥδω*, hinc *ἑδανός* extitisse putant Eustath. p. 128, 4. p. 974, 53.[19] *Ὀρφανός* unde derivatum sit apparet ex *orbus, ὤρφωσεν ὠρφά-*

---

18) Schneiderus omnes accentus pervertit.

19) Eodem Buttmannus revolvitur Lexil. I. 14. postquam Grammaticos sugillavit tanquam verae rationis ignaros.

νισεν Hes. et *ὀρφοβότης*, pariterque ab *ὀπτός* productum est *ὀπτανός*. *Ἰδανός* et verbo subjici potest ut specio speciosus, et nomini *εἶδος* *species*. *Πεδανός* Schol. Nic. Th. 226. diverse interpretatur *ταπεινός* et *ἀσθενής*, illud a *πέδον*, hoc pro *ἠπεδανός*, ut Hesychius *πεδανός πεδεινός* et *πεδανῷ ἠπεδανῷ*. Praeter haec regulam sequuntur *ἑδανός*, *ἰσχανός*, *σφριγανός*, *χλιδανός*, *ἐτανός*, *ἐπηετανός* et neotericum *σιγανός* v. Du Cang. incertumque *ῥαγανός* fragilis ap. Hesych. s. *Θραῦρον*. Aliquoties tamen *δάπανος* invenitur et in loco controversioso Aesch. Suppl. 814. *μίλη λίτανα*, pro *ὄπτανος* Athen. VII. 293. B. nunc oxytonon successit, pro *πέπανος*, quod Brunckius invexit Anth. IX. n. 261. *πεπανός*, neque aliter legitur Artemid. I. 73. unde Schneiderus barytonon affert; sed *Πέπανον πλακούντιον* Hes. fortasse substantivi accentum accepit ut *κύανος* distinguitur ab adjectivo *κυανός*, *τέτανος* a *τετανός* v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 512. *ἐψάνη τὸ ἑψητήριον* ab *ἑψανός* Arist. Probl. XX. 4. *ῥοδάνη* a *ῥοδανός*, *στεγάνη* quod nuper receptum est Anth. VI. n. 294. a *στεγανός*, *σκέπανον*[20] a *σκεπανός*, eodemque modo explicari potest cur *ἑδρανῶς* scribatur substantivo gravato, et quare *λιχανὸς δάκτυλος* sed *ἡ λίχανος* chorda. Quod *ἄγανον τὸ κατεαγός* Hes. alio atque *ἀγανόν τὸ προσηνές* notatur accentu, diastolae causa fieri videtur. Illud ab *ἄγνυμι* *ἀγή* *fractura* derivatum est, unde *ὤγανον* et *περιώγανον τὸ ἐπίσωτρον* canthus rotae circumflexus et in orbem circumactus (*ἁψὶς περιαγής* Sch. Apollon. III. 138.) parique fracturae et flexurae confusione Latini *anfractus* dicunt pro circuitus et *frangere capillum* pro flectere v. Spalding. ad Quintil. I. 6, 44. *ligo fractus* pro recurvus Columell. de C. II. v. 89. et *fraxare vigiliam circuire* Fest.[21] Praeterea duo sunt adjectiva pro-

20) *Πῖλον, κεφαλῆς σκέπανον* Anth. VI. n. 298. appositio esse videtur.

21) Sic Graeci quoque *κάμψαι τὴν ἄκραν*, unde Ennius sumsit *campsare Leucatem*, ut *flectere promontorium* Cic. de Divin. II. 45. Sermo vulgaris *cambiare* pro circare, gyrare, et *cambium* h. e. versura pecuniae quae circitorum more ab uno ad alterum commeat; unde nomen mensae *Girobanck* (banco di giro) qua soli usi sunt Romani expertes hujus instituti, quod a schedulis cognominatum est (*Zettelbanck*). Quod Lindemannus ad Fest. l. c. pronunciavit illud *fraxare* esse germanicum *fragen*, joci causa dictum esse spero.

paroxytona *βάσκανος* a *βασκαίνω*, *κάγκανος* et neutrum *κάγκανον* herbae nomen a *κάγκω καγκαίνω*, quod veterum nonnulli per anadiplasiasmum a *κάνος* extitisse sibi persuaserunt v. Larcher. ad Orion. p. 87, 19. Verum hoc *κάνος* non solum fictum sed ne apte quidem fictum est; nam a *κάω* derivatum adjectivum foret oxytonon *κανός* ut a similibus verbis *δανός*, *φανός*, *τρανός*, *ψανός*[22] eademque mensura qua latinum *canus* — *τὰ γὰρ εἰς ανος δισύλλαβα ὀξύτονα τὸ ᾱ ἐκτείνει* Herodian. Cram. III. 440.[23] Illis accedit tertium *ἐργάνη* Minervae epitheton propriis simile et *χεὶρ ὀργάνη* Eurip. Quam multa vero in hoc quoque rerum genere interciderint, arguunt composita et derivata, quae primitivo homoteleuto destituta sunt, *βλιχανώδης* quod Meinekius in Com. T. IV. 383. ad *βλήχων* refert, *δυςβράκανος* a verbo *βρακεῖν* compositum, *ἰανοκρήδεμνος*, *σχινδανόπους*, verbumque *θρυγανᾷν*[24] vel *τρυγονᾷν* et substantivum *ἀμανίτης*.

§. 4. Productionis in hoc genere nominum duo exempla sunt; unum *αἰανός*, quod modo ad *αἰνός* accedit modo ad *αἰώνιος* v. ad Aj. v. 672. alterum *ἑανός* apud Homerum quidem, nam posteriores vacillant; sed substantivum neutrum illi tribreve est; Grammatici autem utrumque ab eodem verbo *ἕω ἕννυμι* velo ductum volunt, haud sine veri specie. Quod in Od. II. 209. verbis homericis *ὅσοι μνηστῆρες ἀγαυοί* in

---

22) Idem quod *ψηνός* ut *φηνός ὁ λαμπρός* Arcad. 63. *Νάνας* (scr. *νανάς*) *τὰς ῥυτάς ἀπὸ τοῦ νάειν* Hes.

23) Addit *δανός, τανός, μανός· τοῦτο δὲ παρ' Ἀττικοῖς συστέλλεται*, quorum secundo substituendum est *τρανός* vel *φανός*. (Fluvii nomen *Τάνος* Paus. II. 38, 7. et *Τανaός* Eur. El. 408. fortasse utrobique scribendum *Τᾶνος* ut *Φᾶνος* et *θρᾶνος ὁ δίφρος*, quod Arcadio reddi debet pro *πάνος*). De ultimo dissentit Phrynichus *μανόν Ἀθηναῖοι ἐκτείνουσι*, Tragicos significans fortasse. De *βανός* et *βλάνος* (sic) *ὁ τυφλός* Hes. nihil constat; *σπανός* Draco apice notavit. Novitium est *μανός ὁ μαινόμενος* Du Cang. (Cf. Goettling. de Acc. 197.)

24) *Ῥυμβονᾷν* proximum est nomini *ῥυμβών*. *Μηχανᾷν* et *κνοκανᾷν* a *μηχάνη*, *κνοκάνη* Arcad. 161. sed *λαμφανᾷν* a verbo barytono ut *ἐρυκανᾷν*. *Ὑφανᾷν* ab *ὑφαίνω* vel *ὑφάω*, ut *δεικανᾷν* et *βρυχανᾶσθαι* vel *βραυκανᾶσθαι*. Haec paraschematista sunt. Verum *φανᾷν*, quod Hesychius interpretatur *θέλειν* hoc est *φαίνεσθαι θέλειν* sive uno verbo *φανητιᾷν*, desiderativum est ut *ξανᾷν*.

cod. Harl. adscriptum *γράφεται ἀγανοί*, non permovet nos ut nominis usitatissimi penultimam ancipitem fuisse putemus; sed fuit fortasse qui *ἀγαυροί* scriberet, hoc aptius feroculis illis epitheton existimans. Nihilo efficacior est Leschae versus *ἄμπελον — χρυσείην φύλλοισιν ἀγανοῖσι κομόωσαν βότρυσιν*, in quo Hermann. Opusc. V. 186. *παναργυρέοισι* scribendum putat, Seidlerus nulla litera mutata *ἄγαν οἷσι*, *suis foliis*, hoc est viti convenientibus; aliam egomet tentavi viam: *χρυσείην φύλλοισιν, ἰανθέσι καὶ κομόωσαν βότρυσι*[25] vel *ἅμ' ἄνθεσι καὶ κομ. βοτρ.*[26] similiter ut in Alcinoi hortis uvae simul maturescunt, simul *ὄμφακές εἰσιν ἄνθος ἀφιεῖσαι*. Welckerus ad Simon. Fr. VII. v. 100. *ἀγαννοῖσι* scribi jubet (ut *κρόκος ἀγανός* in H. H. in Cer. 426.) sed liquidam in hac terminatione geminari non constat; nam *ἐραννός*, quod affert, nunquam *ἐρανός* scribitur. *Εὐδιανός*, quod semel legitur nec sine suspicione, mensuram habet gentiliciorum *Ἰστριανός* etc. quibus adaquaeta puto *κριανός*, *σκορπιανός* et *δελκανός* piscis nomen a fluvio Delco sive Delcone ductum quasi gentilicium. Adjiciam nunc saturam ex variis terminationibus compositam: *αἰανής* sive *αἰηνής* et *γελανής* penultima longa; brevi, nisi fallor, *Ἠγανές* et *διηγανές τὸ λαμπρόν*, *Δηπανές διατεταμένον* Hes. Proprium *Ἰορδάνης* Prodromus extulit ut *Ἰάρδανος*, sed *Μιτράνης*, *Ὀτάνης*, *Τιγράνης*, *Ἀρταβαρζάνης* et alia Persarum nomina longam habere penultimam ex iis, quae in Aeschyli Persis leguntur, intelligi licet et ex accentu *Ὀστᾶναι* Suid. etsi Herodotus alpha non mutat. Idem statuo de graecis *Ἀθάνας* et *Ὀηβάνας*, quibus similia videntur *Ἰανάνης* Herod. et *Ἀρισθάνης* Paus. sed *Ὀρθάνης*, si vera est correctio Lycophr. 538. ancipitem corripit ut *Ὕπανις* fluvius et *πρύτανις*, quod in Inscriptione aeolica Richteri p. 263. *πρότανις* scribitur quasi cum *πρό* *πρόμος* et *πρῶτος* cognatione copulatum. *Ὦανις* Pind. alpha natura longum habet, *Ὠάννης* Berosi, qui ab Helladio *Ὤης*

---

25) *Ἰανθής* non reperitur hodie sed derivatum hinc *ἰάνθινος* color purpureo proximus. Syllabae *θεσι* et *οισι* facillime commutantur.

26) Simile hyperbaton est *τὸν ἐγκίστροις καὶ μογέοντα λίνοις* Anth. VII. 294. *πυρὸς ἀσβέστοιο καὶ ἰθυντῆρι σιδήρου* Coluth. 53. In seqq. *βότρυσι, τοῖς Ἥφαιστος ἐπασκήσας ἐπὶ δῶκε*, aptius est *τὴν* — nam Vulcanus totam donavit vitem, non uvas modo.

vocatur, positione. *Πυρὸς σιτανίας καὶ κριθανίας* Theophr. Hist. VIII. 2, 3. si quis comparet cum *πυράμινος*, cujus secunda brevis, et *κριθάμινος*, choriambicis adnumerabit. *Σητάνιος* vel doricum *σατάνιος* i. q. *τητινός* sic pronunciandum ut conjugatam *ἐπηετανός*. Item *σαρδάνιος* verbale et substantiva *ἠπανία*, *λευκανία* cognatum cum *λαυχάνη γλῶσσα* Hes. *ὀπτανία*, *ὀπτάνιον*, *σκιπάνιον*, quibus similia videntur *ἀρδάνιον*, *γρυπάνιον*, *ἠθάνιον* in ionici scriptoris loco Athen. 470. D. non *ἠθήνιον* ut ap. Hesych. scriptum est mendose, puto, pro *ἠθητήριον*, et alio loco *σκηπήνιον* pro *σκηπάνιον*, nec dissimilia *λωγάνιον*, *σωσάνιον*, *ἀποθυστάνιον* etc. quorum ratio non constat. *Κυρσάνιος*, quod a *κόρος* derivatum creditur ut *κυρσίον τὸ μειράκιον* Hes. comicus extulit antepenultima brevi, *λυσσάνιος* vero longa; *θηγάνεος* et *καγκάνεος* si unquam dicta, certe etymi mensuram sequuta sunt; quibus accedit *αἰγανέη*, quod Coraes ad Plut. T. V. 343. ab *ἀκή* propagatum censet ut *ἀκοστή* et quod idem ex novitia consuetudine affert *ἄγανον* id est spica.

§. 5. Nomina in *αινος* exeuntia quae femininam positionem non habeant, barytona esse docet Theognostus Cram. II. 66. additque *τούτων δὲ τὰ πλείω γέγονεν ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ αινα Κόλαινος κύριον, κρύσταινος, Λέαινος κύριον, Μύραινος, Τάλαινος ἀπὸ τοῦ τάλας, Μακαρίαινος, Πέρταινος,*[27] *Ἀρίσταινος, κέλαινος ὁ μέλας*, cujus accentus indicium praebet lacunae sic explendae *Κέλαινος ὄνομα κύριον, κελαινός δέ* — pro quo apud Arcadium p. 64. *μελαινός* subrepsit v. Parall. p. 139. Quod antecedit *Ἀρίσταινος* syntheton videtur ut *Πάναινος*, *Πολύαινος*, *Πρόαινος*, *Φίλαινος*. Proxima non expedio, nec juvant quae alibi leguntur *Δήραινος*, *Ἄλαινος* et *Ἄλθαινος* fluviorum nomina, illud ab *ἀλᾶσθαι* ut Eustathius ariolatur, hoc ab *ἀλθαίνειν* EM. *Ἠρέταινος κύριον* Lex. de Spirit. 225. quod rectius videtur quam *Ἠρετενός* fluvii nomen Aelian. H. A. XII. 9.[28] De ortu a femininis ducto quod dicit non solum ad *Λέαινος*, *Τάλαινος*, *Μύραινος*

---

27) Simile est *περίτταινος ὁ περισσῶς ἐπαινούμενος* Psell. in Anecd. Boisson. T. III. v. 429.

28) Convenit quodammodo *ἐρετάνης ναύτης*, *ἐρέτανεν ἤλαυνε τὴν ναῦν* Hes. ab *ἐρεταίνω*, puto.

(sive id appellativum est) sed etiam ad illa conditorum nomina referri potest a quibus Stephanus ethnographorum more urbes denominatas esse statuit *Μάξαινα ἀπὸ τοῦ Μαξαίνου, Δρύαινα Δρυαίνου κτίσμα.* Verbale unum est *σκύδμαινος σκυθρωπός* Hes. nam de *κρύσταινος*, quod cum *κρυσταίνω* convenit, parum fiduciae est. De feminina positione $\overline{\alpha\iota\nu\alpha}$ alio loco disserui. *Ποταίνιος* sive *προταίνιος* quod Grammatici *πρόςφατος* exponunt, ab eadem praepositione *ποτί* sive *προτί* declinatum videtur. Diphthongus $\overline{\alpha\upsilon}$ semel in verborum formatione assumta est, *ἐλαύνω*, quod ipsum Grammatici non nativum sed pro *ἐλαίνω* substitutum dicunt, nec saepe in paragoge nominum. Arcadius p. 64. *καυνός,*[29] *γλαυνός, βαυνός ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ βαρύνουσι, κεραυνός· τὸ μέντοι χαῦνος τριγενές· τὸ δὲ πύραυνος προπαροξύνεται*, quia compositum est. In his unum *κεραυνός* speciem paragogi habet si ex eadem qua *κεραΐζω* et *κέαρνον* stirpe crevit. Feminina et neutra desunt.

CAP. II.

De nominibus in $\overline{\epsilon\nu}$ — $\overline{\epsilon\iota\nu}$ — *exeuntibus.*

Herodianus *π. Μον.* p. 8. *παρθένος* exsignavit propter accentum; caetera enim aut postremam acutam habere *Τισαμενός* etc. aut a postrema tertiam: *ὄρμενος* (vel *Ὄρμενος*) *ἔμενος* (scr. *ἔβενος*) *Ἔλενος, Τήμενος, ὤλενος* vel *Ὤλενος*, cujus brevior extat forma *ὠλήν* et *Ὠλήν* (sed hoc per $\bar{\eta}$ declinatum) ut *ὠγήν* et *ὤγενος.*[1] *Ὄρμενος* turio Grammatici ad verbum *ὄρω* referunt Eust. 899, 13. quo *ὄρπηξ* pertinet et fortasse exoletum illud unde *ὀρσοδάκνη* compositum est; ceterorum appellativorum et bigeneris *ἄφενος* origo impenetrabilis. Sed *ἐλένη πλεκτὸν ἀγγεῖον* ab *ἔλλω εἴλλω* productum videtur ut a *φέρω* aeolicum *φέρενα,*[2] a *τέμνω τέμενος.* Ge-

---

29) Sic et Hesych. sed *καῦνος* EM. Sch. Arist. Pac. 1081. ut gentilicium scribi solet; *γλαῦνος* Poll.

1) Male *ὠγενός* in codd. Lyc. 231.

2) Arcad. p. 100. *τὰ εἰς $\bar{\alpha}$ — παροξύνεται· εἰ δέ τι ἄλλο εὑρέθη, κατὰ διάλεκτον ἢ πάθος ἐγένετο ὡς τὸ ἐλένα ἐλένη* — scrib. *Ἔλενα (ἐκ τοῦ) Ἑλένη*, cui Herodianus *π. Μον.* 33, 32. et EM. 790, 44. *φέρενα* id est *φερνή* comparat.

minatae consonae exemplum, quale *τήβεννος τήβεννα* praebet, in paragogis nullum praeter adjectiva, *ἀργεννός* EM. 135, 40. quod Romani receperunt, et *ἐρεβεννός*, quibus quod Arcadius adjecit *κελαδεννός* in Epicorum carminibus diphthongum nativam retinet. Eaque firmissime haeret in ceteris, quorum pars major e paronymis constat. Primum *ἀπὸ θηλυκῶν τῶν εἰς ᾱ ληγόντων ὑγιεινός καὶ εὐδιεινός* Moschop. Sched. p. 145. *ἀλεεινός* et novitium *ἀλωειναὶ ἵπποι* Anth. nisi *ἀλωεῖται* fuit id est *ἀλωῖται* (ut *ἀμαξείτης* in cod. IX. 306.) et a masulino ortum *βορεινός* Schol. Hippocr. T. II. 351. quod Augusti tempora non excedit v. Bernhardy ad Dion. p. 1012. multoque post *borinus* a Romanis in civitatem receptum est, Licent. Carm. ad August. v. 57. Poett. Min. T. IV. P. II. Sed *πετρεινός* Poll. I. 186. et analogia repudiat et codices praetermittunt. Illa vero a Moschopulo allata, quorum auctores antiqui et attici, nescio an ab adjectivis propagata sint variandae significationis gratia ad hunc ferme modum: *ὑγιεινὸν σῶμα τὸ μὴ ῥαδίως τρεπόμενον πρὸς νόσον, ὑγιὲς δὲ τὸ ἤδη μὴ νοσοῦν* Fragm. Lex. in Hermann. de Emend. 318. Ab adjectivo ortum habet *ἐρατεινός*, ab *ἀργός ἀργεινός* Suid. ac si hoc fictum est a Grammaticis, certe *ἀργεννός* et insularum *Ἀργεννοῦσαι* nomen aeolicum promontoriique quod hodie *Κάβος ἄσπρος Capo bianco*, olim *Ἄργεννον* vocabatur.[3] Sed ficticii persimile illud quo Choeroboscus utitur Cram. II. 180. *τὸ θαμεινός (ὅτε) διὰ τῆς ει γράφεται, οὐκ ἔστιν ἀπὸ ἐπιῤῥήματος (τοῦ θαμά) ἀλλὰ παρώνυμον ἀπὸ τοῦ (θαμός τοῦ) σημαίνοντος τὸ συνεχής (γίνεται θαμεινός) καὶ ἀποβολῇ τοῦ ν θαμειός, θαμειά*, quod unum noscitur. A nominibus secundae declinationis *κελαδεινός* epicis familiare et *ποθεινός*, quo Lysias et Xenophon usi sunt; *κοτεινός* Boeckhius scripsit Pind. Nem. VII. 61. metri causa pro *σκοτεινός*. A neutrali unum *πεδεινός* Theophr. Hist. III. 3, 2. Onosand. Strat. c. XVIII. et

3) *Ἀργεννοῦσα παρὰ τὸ Ἀργεννόν, ἀφ' οὗ Ἀργεννόεις καὶ κατὰ συναίρεσιν Ἀργεννοῦς. Ἀνδροτίων διὰ τοῦ ῑ.* Steph. Illud *Ἀργεννόεις* nihil aliud est quam *ἀργινόεις*, unde *Ἀργινοῦσσα* proficiscitur. Patet igitur nonnihil turbatum esse. *Ἀργῖνον* qui scripserunt, aliud etymon sequuti videntur, *Ἀργινοῦσαι ἀπὸ Ἀργίνου τινός* Harpocr.

in codd. Plutarchi V. Eum. c. IX. vitiatum forsitan vel pro πεδινός, cujus multo frequentior usus, vel pro πεδιεινός quod in codd. saepius scriptum Herod. VII. 198. Theophr. Hist. III. 11, 2. nuper etiam Platoni restitutum est Legg. IV. 704. D. — Ἀπὸ οὐδετέρων εἰς $\overline{ος}$ λῃγόντων ἀχθεινός, ἀνθεινός, ἀλγεινός, φαεινός, σκοτεινός, ταχεινός, κλέεινος καὶ κλεινός ὡς δέεινος δεινός, ὀρεινός, αἰπεινός, ψυχεινός, ἐλεεινός Moschop. Sched. 144. quorum postremum rectius ad masculinam referas quam ad neutrum antiquioribus ignotum; αἰπεινός ab adjectivo αἰπός non longius distat quam a substantivo; de ceteris statim dicam si prius addidero duo ab aliis terminationibus derivata φωτεινός in duobus Xenophontis locis sed suspectum Porsono qui illum φανός scripsisse judicat v. Bornemann. ad Memm. IV. 3, 4. et ὑδατεινός in uno Hippocratis libro de Aer. et Locc. ter repetitum (§. 26. 83. et 97. ed. Cor.) consentientibus, ut videtur, libris. Sed non minus certum est ὑδατινός, eademque in multis illorum discordia. Etenim ἀνθεινός nusquam fere legitur quin libri discrepent Lucian. Demon. §. 16. ubi Jacobitz. scienter ἄνθινος praetulit, Himer. Or. III. 13. Heliod. III. 1, 108. Poll. V. 117—120. ubi idem ἄνθινος quater deinceps a codd. offertur, multisque aliis locis quos Jacobsius indicat ad Aelian. p. 60. Fallitur ergo Wyttenbachius ad Plut. S. N. V. p. 49. utrumque perinde probari affirmans; cui non solum exempla reclamant sed ratio quoque. Nam ex duabus significationibus, quas Suidas tradit, ἀνθεινός ὁ ἐξ ἀνθέων, καὶ ὁ καιρός,[4] neutra huic terminationi convenit, neque materialis ut apparet ex γλεύκινος, σκύτινος, στέρφινος, τρύχινος, quae omnia a nominibus in $\overline{ος}$ neutris derivata sunt, neque temporalis, cujus unum extat exemplum θερινός, valetque in universum τὰ διὰ τοῦ $\overline{ινος}$ ὀξύτονα, εἰ μὲν καιρὸν σημαίνει, διὰ τοῦ $\bar{ι}$, δειλινός, θερινός etc. Herodian. Epim. p. 174. et reciprocato canone τὰ εἰς $\overline{ινος}$ ὀξύτονα παρώνυμα μὴ ἐπὶ καιροῦ λαμβανόμενα ἀποστρέφονται τὴν διὰ τοῦ $\bar{ι}$ γραφήν, ὀρεινός, Φωτεινός[5] καὶ τὸ

4) Significari videtur *florida aetas* Catull. Sed ἄνθος tamen non est temporis nomen ut θέρος.

5) Propria enim accentum non mutant: Πετεινός Galen. Comp. sec. Locc. VII. p. 57. T. XIII. Ποθεινός, Φαεινός v. Lehrs. Arist. p. 292.

κτητικὸν ὁμοίως Choerobosc. Cram. II. 179. EM. Gud. p. 20, 51. Ubi vero cum accentu variatur scriptura, res fere ad aleam redit, veluti num frigidum et perflabile ψυχεινόν dicendum sit ut ἀλεεινόν an ψύχινον ut αἴθινον, in quibus libri saepissime discordant, Aristot. Probl. XXXV. 4. Theophr. Caus. III. 4. Aristid. Or. XXVII. 347. v. Boisson. ad Aristaen. p. 273. ubi ψυχινός redarguitur accentu ut θαλπινόν Hes. s. Ἰάχεον, pro quo in EM. s. Ἰσχνόν (ἰαχνόν) emendatius scribitur θαλπεινόν. Sed ταχεινός, quod Moschopulus in paronymis refert et Suidas quoque recepit, non plus auctoritatis habet quam τραχεινός Eust. 541, 30. ab eodem Suida et Herodiano Epim. 175. memoratum et ὄμφαξ τὸ ὀξεινόν EM. pro quo Hesych. rectius ὄξινον, nec scio ubi βαρεινός inveniatur quo utitur Goettling. de Acc. 303. Pro φωτινός Jambl. de Myst. II. 4. p. 45, 49. et Soran. Mul. p. 219. Florianus Lobeck recte scripsit φωτεινός. Duorum quae Moschopulus a femininis in ᾱ exeuntibus derivata dicit, apud posteriores breviores reperiuntur formae εὐδινός et proprium Ὑγινός in Corp. Inscr. I. 270. p. 375. et aliis locis, utrumque, nisi erro, contractione affectum longaque penultima; quamquam Grammatici qui illud inter temporalia retulerunt, non aliter pronunciasse videntur quam θερινός. Sed quod ποθινός in Anth. legitur correpta media, poeticae imputandum est licentiae. Si quis vero requirat cur ἀχθεινός et φαεινός a nominibus potius repetantur quam a verbis, causam reddit EM. 58, 50. ἀλεγεινός οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀλέγω οὐδὲ ἀπὸ τοῦ ἐλεῶ ἐλεεινός, ἐπειδὴ ὤφειλε γράφεσθαι διὰ τοῦ ι· τὰ γὰρ εἰς νος ὀξύτονα μὴ ὄντα παρώνυμα διὰ τοῦ ῑ γράφεται, ταχινός, πυκινός etc. Attamen huic decreto obsistit Δαεινόν καύσιμον Hesych. a δάω (δαίω) potius quam a δάος, et πετεινός verbale idque poetis non infrequens, quin etiam a Lycurgo usurpatum c. Leocr. 229. quem locum Tho-

---

Nescio quo jure gravetur Φάεννος Anth. IV. 1, 29. nam φαεννός, ὑψιφάεννος, χρυσοφάεννος, proprie aeolica non sunt; Φαεννά Gratiae nomen doricum Paus. IX. 35, 1. in cod. Mosq. paroxytonon est. Cum hac forma concinit Φαεννίς X. 12, 5. et Φαεννώ Zosim. II. 36, 2. cum Φαεινός vero Φαεινίς Thuc. IV. 132. In Choerobosci l. c. pro proprio Φωτεινός fortasse adjectivum substitui oportet et pro κτητικόν — κύριον.

mas aut non legit omnino aut aliter scriptum legit; damnat enim πετεινός, nec satis probasse videtur Herodianus EM. 666, 38. πετῶ πετάσω πτήσω πτηνόν καὶ πετηνόν ὡς ῥηματικόν. Ταπεινός unde effloruerit, adhuc inexploratum; ceterorum origo patet. Substantiva in ειvος excludit vetus sanctio τὰ δισύλλαβα διὰ τοῦ ῑ γράφεται λίνος, κρίνος, δῖνος, βρῖνος (fort. γρῖνος) Theognost. 65, 34. καὶ τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβάς 67, 19. Item feminina: τὰ διὰ τοῦ ινη μονογενῆ διὰ τοῦ ῑ γράφεται μὴ ἀπὸ ἐπιθέτου γενόμενα ὡς Φωτεινή τὸ κύριον EM. p. 276, 50. τὰ διὰ τοῦ ινα ἀποστρέφονται τὴν ει, πλὴν τοῦ πεῖνα Choerob. 227, 21. nam πείνη ionicum habetur; et neutra: τὰ διὰ τοῦ ινον προπαροξύτονα ἀποστρέφεται τὴν ει Choerob. II. 228, 34. quibus γλεῖνον et γλεῖνος damnatur. Γαλαθεινός pro γαλαθηνός in Inscr. Halic. n. 2656. aut dialecti vitium est aut lapicidae. Saepius autem diphthongus pro iota longo valet Ἀγαθεῖνος n. 1986. Ἱππαρεῖνος n. 1986. ἀξείνη Artemid. II. 24. etc. v. C. IV. §. 4. atque hoc est quod Choeroboscus dicit χωρὶς εἰ μὴ ἀπὸ πλεονασμοῦ ἔχωσι τὴν δίφθογγον. — Diphthongus ευ perrara vel in bisyllabis δεῦνος, εὐνή, in paragogis nulla.

CAP. III.

De nominibus in ην — exeuntibus.

Τὰ εἰς ηνος ὑπερδισύλλαβα ὀξύνεται εἰ μὴ παρώνυμα εἴη κατὰ τροπὴν γένους θηλυκοῦ εἰς τὴν ος κατάληξιν γενόμενα ἢ παρὰ γενικῆς ἀναπεμφθέντα ἢ παρὰ Συρακουσίοις καθ' ὁμοιωματικὴν σημασίαν· Τυρσηνός, Ἀβυδηνός etc. Arc. 65. Duorum priorum generum exempla suppeditat Theognostus p. 68. διὰ τοῦ η γράφονται τὰ ἀπὸ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν παραχθέντα ἢ ἀπὸ τῶν εἰς η, ὁ Γέρηνος, ὁ Τροίζηνος — Ἰπήνα Ἴπηνος, Μυκήνη Μύκηνος, Κυλλήνη Κύλληνος. Hoc herois nomen est Apollon. I. 1126. vel a Κυλλήν derivatum ut Τροίζηνος v. Parall. 148. vel a feminino Κυλλήνη ut Ὕπηνος viri nomen Paus. V. 8, 3. ab ὑπήνη, quae nomina illic restituenda; nam gentilicii Ἱππηνός alius accentus est, alia origo. Syracusanam paragogen Arcadius dicit eam qua τοσσῆνος formatum est; hoc enim idem sonat atque τοσοῦτος, quod Diony-

sius Gramm. p. 637. *ὁμοιωματικόν* vocat. Oxytona affert Theognostus p. 67. *τὰ διὰ τοῦ ηνος μὴ ὄντα μετουσιαστικὰ μήτε ὑποκοριστικά διὰ τοῦ η, Ἀκεσηνός ποταμός, Εὐηνός, σεληνός,* (scr. *Σιληνός*) *ποτηνός, ὠγηνός, μεμηνός* (scr. *ἀμενηνός*), *γαλαθηνός, πετηνός, ἀργηνός· τὸ δὲ δύστηνος σύνθετον.* Materialia quae excipit et deminutiva enarrabo in parte proxima C. V. Eorum quae regula continentur primum *Ἀκεσηνός* fluvii Scythici nomen videtur, quod apud latinos auctores *Acesinus* scribitur; longius distat *Καικηνός* in aliquot libris Thuc. III. 103. Huic proximum fluvii virique nomen modo oxytonon est Epist. Socr. XIV. 21. Epict. Diss. IV. 9, 6. aliisque locis, quos indicat Wagnerus in Dissert. de Euenis p. 3. modo *Εὔηνος* scribitur ut *Αἰσχύληνος* Paus. *Σύηνος* Steph. et *Μίσηνος* Dion. Antt. I. 53. quae sunt virorum nomina, sed postremum etiam oxytonòs Strab. I. 26. more gentiliciorum ut et *Βοστρηνός* fluvius. *Ποιμανηνός χωρίον τῆς Μυσίας* Aristid. Or. Sacr. IV. 321.[1] similisque in aliis inconstantia. *Ὠγηνός* alibi *Ὤγενος* scribitur. Ultimum *ἀργηνός* non reperi neque ab *ἀργός* aliud quam *ἀργεινός* derivari potuit, nam illa ratione, qua Romani ab adjectivis adjectiva propagant *alienus, socienus,*[2] Graeci non utuntur. Duo a verbis repetunt: *παρὰ τὸ μένω ἀμενηνός ὡς πέτω πετηνός* EM. Suid. sed illud potius parasyntheton ab adjectivo *ἀμενής* v. ad Aj. v. 890. nam syntheta hoc in numero nulla nisi forte barytona *ἄστηνος πένης παρὰ τὸ στάσιν μὴ ἔχειν* EM. Suid. et *δύστηνος παρὰ τὸ στῆναι.*[3] Moschopulus Sched. p. 145. addit *εὐθηνός*, quo scriptores utuntur christiani v. Hase ad J. Lydum p. 319. Plura omissa sunt: *ἀκμηνός ὁ ἀκμάζων* Hom. *ἀβακηνός ὁ μὴ ὁμιλήσας γυναικί* Hes. ab *ἀβακής*, ut videtur, derivatum et ejusdem potestatis, hoc est proprie *ἄπειρος*, deinde *ἄφθορος* vel ut Simonides dixit *εὐνῆς ἀδηνὴς ἀφροδισίης*, a *τύρβη συρβηνός ὁ ταραχώδης* EM. unde *sirbenus* apud Frontonem, *ψεφηνός*

---

1) V. Wesseling. ad Hierocl. 445.

2) *Serenus*, cujus brevior forma in *seresco* remansit, cum *ξηρός sudus* convenit; nec discrepat *θέρος*, unde *θερινός*, *σειρινός*.

3) Breviores voces producunt Arcadius *δύστος ὁ δύστηνος* et Hesych. *ἄστηνες δυστυχεῖς*, idemque Glossographus verbum *ἀσταίνω* unde *ἀστηνός* acuta, ut hic scribitur, ultima ut ab *ἀλυσταίνω ἀλυστηνός*.

Pind. ὑηνός Plat. quod apud Suidan male gravatur ut Ὄδμηνος πολύοσμος Hes. nisi ὀδμηρός scripsit. Horum omnium origo a substantivis. Ambiguum est σκεπηνός Hesych. s. Ὑπήνεμος et aliis locis, non tam scripturae causa, nam σκεπεινός jure rejici videtur v. Niclas. ad Geopp. XI. 5, 5. et Schleusner. in Thes. V. T. s. h. v. quam derivationis, a σκέπη an a σκέπω ut πετηνός, quod est nomen navis (Πετηνή) in Inscript. Naval. IV. 318. et probatur Technicis, libri autem nostri plerumque cum πετεινός et πτηνός commutant v. Herod. II. 123. III. 106. Thomas M. s. h. v. Jacobs. ad Anth. P. 126. et 535. Boeckhiumque ab hoc nominatum; et fortasse Λειβῆνος (sic) ὁ Διόνυσος Hes. si a libando nomen accepit ut Liber *Lebasius dictus quia graece* λοιβή *dicitur res divina* Serv. ad Georg. I. 7. A circumflexis γαληνός (γεγάλημαι γεγαλήνισμαι Hes.) et ποτηνός, sed pro πατηνόν τὸ πεπατημένον Hes. πατητόν scribi oportet. De τιθηνός et τιθήνη non convenit utrum sit ῥηματικὸν ὄνομα an a τιθή EM. sed γαλαθηνός, pro quo Simeon Sethi λακτενδόπουλος dicit, ex homerico γάλα θῆσθαι conflatum esse consentiunt; quod hactenus probo ut ab incorrupto vel indeclinato τοῦ γάλα primum γαλαθής compositum censeam, cui testis nullus sed simile est αἰγοθής ὁ αἰγοθήλας EM. a γαλαθής vero productum γαλαθηνός. De duobus homotonis ἀκμηνός ὁ ἀκμάζων et ἀκμηνός ὁ ἄσιτος diu quaesitum quo tono scribenda sint; secundum Aristarchus gravari jussit σύνθετον εἶναι φάσκων παρὰ τὸ ā στερητικὸν καὶ τὸ ἀκμῆνος (sic). Ἀλλ' οὐκ ἔστι λέξιν εὑρεῖν ἀπὸ τοῦ κμ ἀρχομένην· εἰ δέ τις δοίη εἶναι, ὤφειλεν ὀξύνεσθαι· ὁ γὰρ τύπος ποθεῖ τὴν ὀξεῖαν Epimer. Cram. I. 74. Ille forsitan κμηνός finxit ut πτηνός, ψηνός etc. fictumque tuitus est exemplo glossematici κμέλεθρον, praeter quod nulla vox in principio habet κμ. Verum tamen diversum tradit EM. 49, 32. Ἀρίσταρχος παρὰ τὴν ἀκμήν, sive ille mutavit sententiam sive librarii mutarunt auctoris nomen. Proparoxytonon autem fecisse videtur propterea quod ἄκμη ἡ ἀσιτία, unde derivatum est, aeolicum perhibetur. Hesychii glossa Κηλήνη μέλαινα praeter accentum sana videtur congruente substantivo κηλίς macula; sed pro τρίχηνον τρικόρυφον cod. τριχήν praebet, quo Blomfieldius ad Aesch. Sept. 757. τρίχηλον trifidum significari su-

spicatur; perspicue falsum *πιτυρηνός* pro *πιτύρινος*, nec melius *μαριληνός* v. Bast. ad Greg. 557. Adjectiva tertiae declinationis suggerit Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 1408. *γαληνής, σαφηνής* et antehac incognitum *παιδηνής παιδηνοῦς ὁ παιδικός*, quibus supra apposui *γελανής, αἰανής* s. *αἰηνής* id quod *αἰανός*, ut *τρανός τρανής, στρηνός στρηνής ἀστρηνής*. *Ἀδηνής* a neutro *δῆνος* compositum; *ἀῤῥηνής* canum hirrientium epitheton onomatopoeticum videtur; opposita *ἀπηνής* et *προσηνής* nonnulli a praepositionibus deflexa putant ut ab *ὑπό ὑπήνη διὰ τὸ ὑποκάτω εἶναι ἢ ὡς εἰρήνη, γαλήνη* hoc est mera paragoge praepositionis. Verum de his feminini generis substantivis dicendum est amplius. Unius *συβήνη* scriptura non certa, origo incertissima est; *ἀνθρήνη* et *τενθρήνη* sive *τενθρηδών* sicut idem significant ita ab una stirpe *θρέω* susurro orta videntur.[4] Nominis *εἰρήνη* fundamenta latent in Hesychianis *Ἦρον εἰρήνην, Ἐνειρείαις συναλλαγαῖς*, ab *εἴρω* ut arbitror; ab *ἕρπω ἑρπήνη*. *Γαλήνη* non ab ipsa stirpe sed ab adjectivo natum esse alio loco demonstrare conatus sum. *Κητήνη πλοῖον μέγα ὡς κῆτος* Hesych. a *σέλας σελήνη, γάστρα γαστρήνη, κέβλη κεβλήνη ἡ ὀρίγανος* Hes. hoc est species origani capitata v. Salmas. Exercc. 914. F. *σαγήνη παρὰ τὸ σάττω ὡς λάμπω λαμπήνη* EM. sed hoc potius cum *ἀπήνη* cohaerere videtur, cujus synonyma sunt plurima *πήνα* Hes. gallicumque benna, *Γάπος ὄχημα Τυῤῥηνοί* Hes. *καπάνη* (media longa) *ὁμάνη, ἅμαξα, ἄγαννα*, nec sciri potest unane horum omnium stirps fuerit an specie similis re diversa. Certum vero habemus surenam piscem a surae similitudine denominatum esse Varr. L. L. V. 23. plurimaque hujus paragogae exempla cernimus in vocabulis locorum *Κύρη Κυρήνη* et alia in Parall. 116. allata.[5] Trisyllaba omnia excepto uno gravari docent Arcadius p. 111. et Theogn. 113, 18. *Ἀρήνη, Ἰσ-*

---

4) Horum vocabulorum alteri modo *ρῶ* deest *Ἀνθηδόνες αἱ μέλισσαι* EM. modo *νῦ, Ἀθρήνη εἶδος μελίσσης* Suid. ut *Ἀθήνη* pro *Ἀνθήνη* in codd. Thucyd. V. 41. neutrum recte si usum sequimur auctorem; si etymologiam, *νῦ* insertum videtur complendae syllabae causa ut saepe.

5) Si Arrianus Getas, ut Stephanus ait, *Γετηνούς* vocavit, is merus paraschematismus est ut *Τρόκμοι — ἐκαλοῦντο καὶ Τροκμηνοί* Steph. *Σκλάβοι* et *Σκλαβηνοί* apud Byzantios.

μήνη, γαλήνη· τὸ δὲ Γερμηνή ἡ συνήθεια ὀξύνει, in quo aqua haeret. Nam quod Goettlingius statuit p. 154. hoc esse femininum gentilicii *Γερμηνός*, propterea ratum habere non possumus quia is plane legitimus est accentus *Γέρμη ὁ πολίτης Γερμηνός καὶ Γερμηνή* Steph. non solum hujus nominis sed omnium *Σιδάκη Σιδακηνός Σιδακηνή, Σιδήλη Σιδηληνός, Φάλγα Φαλγηνός, Δάτον Δατηνός* etc. Desideramus igitur substantivum oxytonon et quidem usu tritum quia Arcadius dicit *ἡ συνήθεια ὀξύνει*. Id autem quale fuerit inventu difficillimum propter multitudinem eorum quae in libris nostris accentum regulae contrarium habent: *Ἀνθηνή* Nonn. XXVI. 87.[6] *Βολβηνή* Ptolem. V. 337. *Μαρδηνή* VI. 380. *Σαιδηνή ὄρος Κύμης καὶ χώρα* Steph.[7] *Μωρηνή* Strab. XII. 574. *Χορζηνή* XI. 528. *Ξερξηνή* 529. *Σωφηνή* septies in hoc libro, quae cur diversum a *Πριήνη, Κισθήνη, Καλθήνη* aliisque urbium et regionum nominibus accentum habeant, varie disputari potest. *Σωφηνή* quidem si ex *Σωφανηνή* contractum est, sic enim multi appellant,[8] accentum eo quo initio fuit loco mansisse non adeo mirum est; nec si regionis nomen declinatum est a gentilicio *Σωφηνός* ut *Κυζικηνός Κυζικηνή*. Diversum tamen sentire videtur Stephanus: *Σιδήνη Σιδηνός ὡς Σωφηνός*, hoc est incolas a regione denominatos esse; sed idem s. *Νίσιβις* hoc *Σωφηνός* confert cum *Νισιβηνός* et *Ταβηνός*, quorum principia sunt *Νίσιβις, Τάβαι*. Nonnullorum scriptura in dubio est; nam pro *Μαρδηνή* cod. *Μαρδυηνή* praebet ut *Γορδηνή* et *Γορδυηνή*, neque facile existet qui de vocabulis barbaris suffragia ferre audeat. Aliquanto major est constantia eorum quae numerum trium syllabarum excedunt. Haec Grammatici acui docent praeter *Μυτιλήνη, Δινδυμήνη, Πακτυήνη*, quibus quartum adjicit Eustathius ad Dion. 1088. *πόλις τὰ*

6) Hic urbis in India sitae nomen est; graeca *Ἀνθήνη* sive *Ἀνθάνα* scribitur ab Anthe, ut ajunt, condita.

7) Ab hoc Aeolidis monte appellata videtur *Σεδήνη ἡ Ἀμαζών* Theogn. 113. ut pleraque Amazonum a locis. Ceterum utrobique *Σαιδήνη* scribendum puto vel *Σαρδήνη* ex Herodo. V. Hom. c. 9.

8) *Σωφανίνη* ap. Steph. *Σωφανήνη* Dion. Cass. XXXVI. 36. *Σοφανηνή* Procop. Bell. Pers. I. 21, 62. E. correpta prima ut ap. Lucanum, accentu legitimo, sed *Σοφανήνη* de Aedif. III. 2.

Πάταλα ἀφ' ὧν ἡ νῆσος Παταληνή ὀξυτόνως ὡς οἱ ἀκριβεῖς, τινὲς δὲ καὶ βαρυτόνως ὡς Πριήνη, quomodo scriptum est Nonn. XXVI. 89. XXVII. 158. oxytonôs vero Strab. XI. 516. et in codd. Dionys. v. 1092. idque convenientius masculino *Παταληνός*, sicut gentiliciis *Ἀδραμυττηνός*, *Ἀδιαβηνός*, *Κομμαγηνός*, *Μελιτηνός*, *Πιμωλισσηνός*, *Παλμυρηνός* etc. adjuncta sunt regionum nomina homotona *Ἀδιαβηνή* etc. Sed *Μυτιλήνη* et *Δινδυμήνη* carent principio hujusmodi; nam gentilicia sunt *Μιτυληναῖος* et *Δινδυμαῖος*. Quodque Stephanus dicit *Δίνδυμα — ἀφ' ὧν Δινδυμήνη ἡ Ῥέα· ὁ τοπίτης Δινδυμαῖος καὶ τὴν θεὸν Δινδυμήνην ὅτι καὶ Δινδυμηνός καὶ Δινδυμηνή*, sic scribendum videtur — *Δινδυμαῖος· εἴη δ' ἂν καὶ Δινδυμηνός ὅτι καὶ τὴν θεὸν Δινδυμήνην λέγουσι.* Verum hoc proprium est epitheton deae proprioque insignitum accentu ut *Λευκοφρυήνη* Dianae cognomen pariter aparaschematiston generibus. Sed ejusdem Deae epitheta *Ἀστυρηνή*, *Μονογισσηνή*, *Κολοηνή*, et Junonis *Μανδαρηνή* Steph. Apollinisque *Λαρισσηνός* (ut *κολοσσηνός*) a masculinis declinata sunt oxytonis accentu, ut par est, eodem. De *Πακτυήνη* mihi non constat utrum deam significet an urbem an regionem quam Herodotus *Πακτυϊκήν* nominat. Ceterum in hoc universo genere librariorum inconstantia tanta est ut saepe idem nomen diversos habeat accentus ut in Stephani loco *Χολοβητήνη* et *Χολοβητηνή*, *Μοστηνοί* vulgo et *μόστηνον κάρυον* Ath. I. 52. C. modo diversa eundem *Ξερξήνη ἀπὸ Ξέρξου ὡς Καμβυσήνη ἀπὸ Καμβύσου*, illud recte, hoc secus; nam oxytona sunt similiter denominata ab Araxe *Ἀραξηνὸν πεδίον* Strab. ab Osroe *Ὀσροηνή* Procop. Pers. I. 17.[9] ab Atropate *Ἀτροπατηνή* Strab. quare rectius alibi *Καμβυσηνή* scribitur accentu eodem quo *Καμβυσηνός* Steph. s. *Νίσιβις*, ut et *Περπερηνή* debet pro *Περπερήνα* Strab. XIII. 607. et *Περπερίνη* Galen. de Euchym.

---

9) Barytonôs *Ὀσροήνη* Suid. et EM. *Ὀσροήνη ὅπερ τινὲς Ὀῤῥοΐνη λέγουσι*, partim euphoniae causa ad evitandam asymplocorum *σρ* concursum, quibus emolliendis alii delta addiderunt ***Osdroene*** dicentes v. Tzschuck. ad Eutrop. VIII. 3, 542. partim ex iotacismo. Pancratis carmen *Κοσροηΐδα* inscriptum fuisse olim conjecturam feci ad Aj. p. 97. nuper Bergkius in Mus. Rhen. Nov. I. 3, 357.

c. XI. 800. T. VI. et *οἶνος Περπερηνός* pro *Περπερῖνος* de Meth. Cur. XII. 4, 833. T. X. homotonon urbis nomini ut *Χολοβοτηνή — τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως διὰ τὴν πρόληψιν (τῆς καταλήξεως) ἐν τῷ πρωτοτύπῳ* et *Σιβερηνή τὸ ἐθνικὸν Σιβερηνός· προκατελήφθη γὰρ ὁ τύπος ἐν τῷ πρωτοτύπῳ* Steph.[10] Unde quid differat *Ἀγκυρανός*, paucis explicabo. Stephanus s. *Ἄγκυρα* ea quae a genitivo puro profecta sint, in penultima alpha longum et primitivo una syllaba plus[11] habere dicit *Ἀσιανός, Καρδιανός, Παριανός* etc. quare *Βοτρυηνός* culpat tanquam *παραλόγως* fictum. Ipse tamen *Διηνός* affert ex epigrammate Anth. Append. n. 253. dialecti ratione excusatum ut *Ἀριηνός* Dionys. v. 1098. *Ἀδριηνός* Eur. Hipp. 736. haud constante tamen, nam *Κιανός* scriptum est Apollon. I. 1354. et *Βακτριανός* Herod. I. 92. qui *Σαρδιηνός* dicere solet et *Ὀλυμπιηνός, Ματιηνός*, idque adeo Straboni adhaesit I. 49. sed redarguitur compluribus exemplis legitimae formae *Ματιανός*. Idem Ethnographus *Ἴστρος καὶ Ἰστρία· τὸ ἐθνικὸν Ἰστριανός καὶ κατὰ τροπὴν Ἰστριηνός*, quod et in libris nostris legitur et in nummis v. Eckhel. Doctr. II. 13. et idem alia *Μαρσύα τὸ ἐθνικὸν Μαρσυηνός τῷ τῆς Ἀσίας τύπῳ, Βολογεσσιάς Βολογεσσιηνός, Βιζύη Βιζυηνός*, pro quo in nummis *Βιζυανός* legimus, similiterque *Γορδυηνός* Plutarch. *Μοτυηνός* Diod. XIII. 63. XIV. 52. cujus alia forma *Μοτυαῖος* Stephano probata, *Ἀρσυηνός* Galen. Meth. Cur. XII. 4, 833. T. X.[12] *Καρδουηνός* Zosim. III. 31. (omiss. in Thes.) *Καπυηνός* Polyb.

10) Sic etiam *Αἰαμήνη* (sic) *Αἰαμηνός* Steph. sed alia quadrisyllaba crescunt *Κορομάνη Κορομανηνός* etc.

11) *Σπανίως δὲ δυσὶ συλλαβαῖς περιττεύει ὡς τὸ Ταυριανός, Σκορπιανός, Ζυγιανός, ἅπερ ἀπὸ τοῦ Σκορπίου καὶ Ταύρων καὶ Ζυγῶν παράγειν ἐοίκασι (εἰώθασι) δυνάμενα καὶ αὐτὰ ἀπὸ προτέρων παράγεσθαι τοπικῶν, Ζυγίων, Σκορπίων, Ταυρίων*, ubi facile esset corrigere *ἀπὸ τῶν Σκόρπων*, si modo nossemus Scorpos vel Scorpios vel Scorpianos; nam *Σκορπιανοί*, quod ex Herodoto affert, non reperitur. Is igitur scripsisse videtur *ὥςπερ ἀπὸ τοῦ Κάρποι παράγεται Κάρπιοι καὶ Καρπιανοί*, ethnicum ab ethnico ut *Σόγδοι Σόγδιοι Σογδιανοί*.

12) Male hic *Ἀρσυϊνός* editum est et non recte *Ἀρσυήνιος* de Comp. p. Locc. II. 517. T. XII. *Ἀρσυηνός* Stephanus ex *Ἀρσυσιηνός* contractum dicit *κατὰ συγκοπὴν τῆς σι. Καρδουηνός* a ceteris differt defectu primitivi ut *Γορδιηνός* proprium viri et alia quae omisi.

IX. 5, 6. sed saepius *Καπυανοί*, ut regula optat. Jam concludo verba illa Stephani *ὁ δὲ Ὧρος τὰ μέντοι καθαρεύοντα τῷ η θέλει παραλήγεσθαι χωρὶς εἰ* — hanc sententiam habere *τὰ μὲν καθαρὰ τῷ ᾱ θέλει παραλήγεσθαι, τὰ δὲ μὴ οὕτως ἔχοντα τῷ η̄*, hoc est illa quae paullo ante attuli in *ηνος* purum exeuntia aut minus recte scripta aut tropae nomine excusata esse. A genitivis non puris profecta per eta scribuntur *Ἐδεσσηνός, Λαρισηνός, Ὀβοδηνός* et cetera innumerabilia, exceptis romanis *Ἀφρίκανος, Ἀλβανός*[13] etc. et nonnullis quae rho ante vocalem habent. Quare Orus addit *χωρὶς εἰ μὴ τῷ ρ̄ παρεδρευόμενα διαφοροῖτο* (scr. *διφοροῖτο*) *καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀγκυρανός καὶ Θυατειρηνός, Γερμανός καὶ Γαγγρηνός*, ubi pro *Γερμανός* substitui debet gentilicium a nomine in *ρα* exeunte declinatum, *Γεῤῥανός*[14] vel simile aliquippiam. Postremo addit *ὧν τὰ μὲν παρὰ τὴν Ἄγκυραν συνεξέδραμε τῷ Σωρανός, Βοστρανός, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Θυάτειρα καὶ τὰ Γάγγρα παρῆκται· ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα.* Hic post *Ἄγκυραν* excidisse alterum exemplum, quod *Γέῤῥα* fuisse posui, vel ex articulo plurali *ὧν τὰ μὲν* apparet, nec vitio caret *Βοστρανός*, nam a *Βόστρα Βοστρηνός* declinari Stephanus ipse declarat non semel sed quatuor deinceps locis s. *Βόστρα, Γάγγρα, Γάδαρα, Ἔγρα.* Pro hoc igitur *Ὀστρανός* reponam a nomine urbis italicae ductum ut *Σωρανός* a Sora, a Cora Coranus, ab urbe Sardiana *Νωρανός*, quod Stephanus cum italico Nolanus confert; eoque modo Polybius *Ἀργυριππανούς* appellat quos Strabo VI. 283. *Ἀργυριππηνούς* vel ut Coraes scripsit, *Ἀργυριππίνους* dicit.[15] Ho-

---

13) Hoc est Alba oriundus; nam *Ἀλβανός* gentis Asianae nomen primitivi expers non magis huc pertinet quam *Γερμανός, Ἱσπανός* et alia aparagoga in Stephani loco, ubi pro *Ὀλβανός* scribendum est *Ἀλβανός*. Nam illud *Ὀλβηνός* dicitur.

14) Alibi quidem *Γεῤῥηνός* legitur et Stephanus ipse *Γεῤῥαῖος* affert ut *Ἀχέῤῥαι Ἀχεῤῥαῖος*, pro quo Appianus Pun. c. 63. *Ἀχεῤῥανός* posuit.

15) Hic magnae Graeciae proprius typus est, alter per eta Asianus, quem Stephanus s. *Ἀβασηνός* gentiliciis Europaeis abjudicat; is qui alpha habet, romanus. Idem *Ἵππος νῆσος Ἐρυθραίας καὶ πόλις Παλαιστίνης καὶ Σικελίας· τὸ ἐθνικὸν Ἱππῖνος καὶ Ἱππηνός*, hoc Asianorum, alterum Siculorum. Sed miscentur interdum; *Κάναθα πόλις Ἀραβίας,*

rum igitur exemplo Stephanus excusat *Ἀγκυρανός* et si quid aliud a nomine singularis numeri more latino deflectitur, sed a pluralibus derivata sequi communem Asianorum typum, *Θυατειρηνός*, *Γαγγρηνός* ut *Ἀργυρηνός*, *Ἀνδειρηνός*, *Ἀτρηνός*, *Δωρηνός*, *Ζοαρηνός* etc. neque praetermittit etiam feminine *ἡ Γάγγρα* dici ut *ἡ* et *τὰ Βόστρα*, *ἡ* et *τὰ Γάδειρα* et plurima talia, sed ob eam causam eta generis sui proprium non mutare; nec mutat *Σώτειρα* — *Σωτειρηνός*. *Γαδειρανός* num probaverit, quo Strabo utitur, dubito, quum praesertim in cod. *Γαδειρηνή* scriptum sit. Sed duobus secundae declinationis nominibus duplicem flexum concedere videtur: *Βόςπορος* — *Βοςπόριος καὶ Βοςπορανός καὶ Βοςπορηνός· διχῶς γὰρ λέγεται ὡς Τιβαρανός καὶ Τιβαρηνός*, quo exemplo cognoscitur illum de *Βοςπορανός* loquutum esse, quod Berckelius pro *Βοςποριανός* restituit; equidem existimo utrumque afferri *Βοςποριανός καὶ Βοςπορανός*, illud *ἐθνικὸν ἀπὸ ἐθνικοῦ* ut *Ζύγιος Ζυγιανός*, alterum magis ex latina consuetudine ut *Κιερανός*, Tibaranus.[16] Verum jam plus temporis quam vellem in hunc locum impendi, quem Ritschelius in Diss. de Oro p. 52. tractasset prosperius, si ab exemplis fuisset instructior. Nec despero fore qui meam operam vincat contractis quae ad rem judicandam opus sunt undique omnibus.[17] — Paragoga gene-

---

τὸ ἐθνικὸν Καναθηνός· ἐν τισὶ δὲ καὶ διὰ τοῦ ῑ γράφεται, parum ex regula; *Κύψελα Ἀρκαδίας — καὶ Θράκης· τὸ ἐθνικὸν Κυψελῖνος ἢ Κυψεληνός*.

16) Non hoc tamen Stephanus sub hac voce refert sed *Τιβαρήνιοι καὶ Τιβαρηνοί*, ubi cod. Rhed. pro illo *Τιβάρνιοι* praebet; *Τιβαρηνοί οὓς ἡμεῖς Τιβαρανούς* Eust. ad Dion. 762. Primitivo *Τιβαροί* Hecataeus utitur ap. Steph. s. *Χοιράδες*, derivato *Τιβαρηνός* Xenophon, Diodorus, Strabo (cujus libri variant XII. 540.) Arrianus Peripl. Eux. p. 120. *Βοςποριανός* pro *Βοσπορανός* Jacobitzius recte restituit Lucian. Alex. 57.

17) Pro *Παρασιακηνή* Theognost. 113. scribendum *Παραιτακηνή* v. Ellendt. ad Arrian. III. 19, 5. *Κοδρομηνή* Suidas quoque refert sed accentu in penultima posito. Ex nomine Darii Codomani colligi licet regionem Persidis *Κοδομηνήν* dictam esse. In bisyllabis Arcadii *Ῥήνη, σκήνη, φήνη, γλήνη ὁ ῥύπος· τὸ μέντοι σκηνή ὀξύνεται προςηγορικὸν περιέχον ἔννοιαν*, pro barytono *σκήνη* scribendum est *σμήνη* ex Herod. *π. Μον.* 16. vel utrobique *Σήνη*, et postea *περιεκτικὴν ἔχον ἔννοιαν*. In Theogn. 113. *Σήνη ἡ πόλις, Οὐχηουνη* — forsitan fuerit *Βήνη οὐχ*

ris neutrius nulla praeter *κάρηνον*, nam *ἄγρηνον*, quo rete et vestis significatur, ab *ἄγρα* vel *ἀγρεῖν* derivatum esse hoc minus affirmem quod Eratosthenes illud *γρῆνον* sive *γρῆνυν* dixit; *ἐπίξηνον* et *ἐπίσφηνον* syntheta videntur, cetera peregrina sunt ut *σαγαπηνόν* sive *σαγαπηνός* v. ad Phryn. 760. quod interdum proparoxytonum est Hipp. Mul. I. 726. Diosc. Mat. III. 95. in editt. vett. ut *Ἀσπόρδηνον ὄρος* Strab. XIII. 619. sed dea *Ἀσπορδηνή*. Aliarum terminationum nulla in quaestionem venit praeter *ἑρμηνεύς*, quod veteres ab *Ἑρμῆς* et *εἴρω* arcessunt. Propria sunt *Φαληνεύς* Bacchi miles Nonn. XXVIII. 54. *Ἀρύηνις* Alyattae filia Herod. I. 74. ubi codd. *Ἀρυήνη* praebent, et aeque incertum urbis nomen *Τυῆνις* (sic) vel *Τυηνός* v. Holsten. ad Steph. s. h. v.

CAP. IV.

De nominibus in ιν — exeuntibus.

§. 1. Ne in ipso aditu quaestionis flexuosae crebrius subsistere et circa minima momenta luctari cogamur, dilatis difficilioribus ad adjectiva praevertam. Horum mensuram tonumque tradit Arcadius p. 65, 9. *τὰ εἰς ινος ὑπερδισύλλαβα τὸ ι βραχὺ ἔχοντα σημαίνοντα μετουσίαν προπαροξύνεται, κρίθινος, δάφνινος, φήγινος. Τὰ μέντοι ἀπὸ (ἐπὶ) καιροῦ ἢ ἀπὸ ἐπιῤῥήματος ὀξύνεται θερινός, χειμερινός*, quod etsi interdum pro *χειμέριος* usurpatum est, tamen justo jure adnumeratur temporalibus EM. 810, 18. Horum autem alia a substantivis ducta sunt *δειλινός, ἐαρινός, φθινοπωρινός*, alia ab adjectivis *χθιζινός, νυκτερινός*, nec pauca ab adverbiis *χθεσινός, περυσινός, τητινός, αὐθημερινός* Schol. Lucian. Lexiph §. 1. Theodos. Gramm. p. 66. Anecd. Cram I. 365. Pleniore canali fluunt materialia *ἄγνινος, αἱμάτινος, ἀκάνθινος, ἄκτινος, ἄλινος, ἀχυρινός* et ab omni fere rerum corporearum genere; minus multa ab incorporeis *ἀέρινος, αἰθέρινος*, et ab animatis *ἀνθρώπινος, λάγινος, τράγινος, ὀνάγρινος* etc. quae saepe usurpantur laxius licentiusque, *γραῦς ἀμπελίνη* vinosa Anth. VII. 384.

ἡ Βίνη, cujus in proximis mentio. *Λήνη* (Baccha) rectius sic scribitur Strab. X. 468. quam *ληνή* Philostr. Sen. Imagg. I. 23, 797. 25, 800.

χεῖρες κρυστάλλιναι congelatae Hippocr. *τράγιναι κόραι* Anth. et *λαγίνη γέννα* Aeschyl. pro genitivis[1] etc. Adverbialibus adnumerantur etiam *ἀδινός*, *θαμινός*, *πυκινός*, *ταχινός* EM. 58, 52. Anecd. Cram. I. 349. neque ab ea ratione abhorrent *οὐδαμινός* et *μηδαμινός*. Sed quod iidem *ἀληθινός* ab adverbio *ἀληθές* derivatum statuunt, *πεδινός* a *πέδοι* Cram. II. 327. *ῥαδινός* a *ῥεάδην* EM. quo nemo usus est, indicium praebet eos non tantam significationis curam habuisse quantam accentus[2], de quo nihil aliud praecipi oportuit quam materialia gravari, temporalia oxytona esse, eodemque sono finiri, quae neutri adscripta sint generi. Contra regulam scriptum est *βαϊνός* apud Symmachum, *χηλινός* Poll. et *τήτινος* jam olim a Phrynicho castigatum App. 66, 19. Verbalium illi nullam mentionem fecerunt; nec puto demonstrari posse. Nam *βίβλινος οἶνος* Hesiod. Opp. 589. a *βλύω* propagatum esse ad significandum vinum valentissimum, Goettlingio non crediderim; nec magis illud quod Welckerus affirmat de Tragoed. Graec. p. 1017. Carcini nomen citharistam significare a *κρέκω* ductum;[3] *αἴθινος* nulla causa est cur ab *αἴθω* potius repetatur quam ab *αἰθός*, ut multa sunt adjectiva ab adjectivis propagata partim eodem intellectu partim leniter deflexo, *γλαύκινος*, *μαλθάκινος*, *δειλάκρινος*, *ἱλάρινος* (nisi peccavit librarius), *μικύθινος*, *τριμίτινος*, *τριπιθήκινος*, *χολοβάφινος*, *ὠμοβύρσινος*, cf. Parall. 247. quorum nonnulla primitivorum locum explent, et facticium *ἐκείνινος*. Et horum pleraque antiquis ignota sunt et alia utriusque generis *αὐρινός* Cram. II. 179, 31. *βόϊνος*, *δένδρινος*, *καθημερινός*, *ὀψινός*, *σημερινός*, *χρύσινος* etc. *Θέϊνος* et *τιτύρινος* in monimentis doricae dialecti continentur. Quae vero

---

1) Herodotus contra *πέδιλα νεβρῶν* dixit VII. 75. quia *νέβρινος* non licebat. Audacius Calpurnius Ecl. V. 90. *fumus cervinus.*

2) Nec *θηλαμινός* adverbio ulli subjici potest, si Hesychius ita scripsit *θηλαμινοῦ νεογνοῦ*, sed fortasse *θηλαμόνος* scripsit; *θηλαμών* active dici potuit et passive ut *τρόφιμος* et *alumnus* hoc est qui alitur et qui alit.

3) Herodianus unum novit *Καρκίνος* paroxytonon appellativo per omnia simile; de quo non Meinekius errat sed Welckerus, cujus disputatio, ut equidem video, hac una ratione nititur, nomen *Cancer* non decere poetam.

penultimam longam habent, si ab ethnicis discedimus, perpauca sunt et obsoleta *Γελωτῖνος ὁ καταγέλαστος* Hes. et homerica *ἀγχιστῖνος* et *προμνηστῖνος*, cujus origo obscurior. Sed jam substantivis operam dabimus.

§. 2. *Τὰ εἰς ινος ὀνόματα ἢ κύριά ἐστιν ἢ ἐθνικὰ Σκοπελῖνος, Ἀκραγαντῖνος· ἢ ἐπίθετα ῥηγῖνος ὁ δεινός, ἢ προσηγορικὰ ἐχῖνος, γελασῖνος· ἢ ὑποκοριστικὰ οἷον φιλῖνος, παλλακῖνος. Ταῦτα δὲ εἰ ἐπὶ ὀνόματος κ. τ. λ.* EM. 793, 43. Hoc praescripto quinque discernuntur genera, quorum unumquodque suas habet et proprias cautiones. Propriorum et ethnicorum nonnunquam forma est eadem: *Ἀγάθη — Ἀγαθῖνος τὸ ἐθνικὸν ὡς Ἀκραγαντῖνος· Ἅβρων γὰρ ἐν τῷ περὶ παρωνύμων τοῖς τοιούτοις καὶ αὐτὰ συνέμιξε. Εἰ δὲ καὶ κύριον εἴη, οὐκ ἀπεικὸς σημαίνειν ἀμφότερα.* Agathinus proprium viri nomen est Anth. XI. 337. Cic. Verr. II. 36. aut ex gentilicio conversum ut *Ἐλευσῖνος*,[4] *Ῥηγῖνος* Suid. *Σκυθῖνος* Steph. s. *Τέως*,[5] aut ab adjectivo derivatum ut *φιλῖνος* EM. l. c. multaque alia *Σοφῖνος* Corp. Inscr. n. 806. *Ἀργῖνος*, *Γλυκῖνος*[6], et latina Crassinus, Probinus, Nigrinus, Macrinus etc. v. Tschuck. ad Eutrop. II. 11. p. 87. neque interest utrum haec ad propria *Σόφος* Inscr. 1297. etc. referantur an ad adjectiva. A compositis *Εὐπάλης Εὐπαλῖνος*, quod Valckenarius ad Herod. IX. 15. recte simplicibus adnumerat, *Εὐκράτης Εὐκρατῖνος*, *Σωκρατῖνος* Inscr. n. 172, 19. quod Boeckhius p. 308. analogum esse negabat, *Φιλοχαρῖνος* n. 1240. cujus accentum in antepenultima posuit, *Ζωπυρῖνος* (omiss. in Th.) Athen. XIV. 662.

---

4) Omisi *Σαλαμῖνος* Anth. XI. 387. quia adjectivum est *Σαλαμίνιος*.

5) *Σκυθινός* editum est Plut. de Pyth. Oracc. XVI. 273. T. XI. ut gentilicium *Σκυθινοί* Xenoph. sed et hoc accentu incerto sicut pleraque gentium vocabula *Βουδινοί* et *Βουδῖνοι*, *Βουλινοί Βουλῖνοι* v. Drakenborch. ad Liv. XLIV. 30, 11. *Ταυρινοί* Polyb. II. 60. *Ταυρῖνοι* Strab. IV. 204. *Σιβινοί* VII. 290. *Κοττινοί* Dio Cass. LXXI. 12. *Μορινοί* Strab. IV. 200. et contra *Κεστρῖνοι*, *Ἀργυρῖνοι* etc.

6) *Γλύκος* non reperi nisi in vasculo Krameri ***Ueber Styl und Herkunft der Thongefaesse*** p. 57. cui *Γλαῦκος* reponendum videtur; sed *Γλύκη* et *γλυκίνας*. Incertum est *Βραχῖνος*, et pro *Τραχῖνος* Heliod. V. 27. sq. in Photii Excerptis LXXIII. 94. legitur *Τραχινός*, mendose quidem, sive a *τραχύς* ductum est sive a *Τραχίς*. Barine Horat. II. Od. VII. Bentlejus neque latinum neque graecum esse judicat.

C. Poll. VI. 70. *Χαροπῖνος* Herod. V. 99. *Εὐοφελῖνος* ab εὐωφελής, puto. A substantivis sive propriis sive appellativis *Ἀρκτῖνος*, *Ἀτταγῖνος*, *Βροντῖνος*, *Δονακῖνος*, *Ἑρμῖνος*, *Ζεφυρῖνος*, *Λυκῖνος*, *Σκοπελῖνος* Pindari pater (*Σκόπελος* Inscr. 1246.) *Στρατῖνος* Inscr. n. 1584. v. 14. *Φωκῖνος* n. 475. Jam rem transactam haberemus, nisi intercessisset Ruhnkenius. Is enim Hist. Oratt. p. 127. *Ἀρχῖνος*, *Ἀλφῖνος*, *Καλλῖνος*, *Ἀντῖνος*,[7] *Λασῖνος* etc. non simplicia esse affirmat sed composita cum nomine *νοῦς*, hoc argumento quod eadem alibi scribantur plenius, *Ἀρχίνοος*, *Πασίνους* etc. *Haec*, inquit, *contractio Graecis etiam placuit in nominibus appellativis; Hesychius Κακόνος κακονοῶν et Λασῖνος ἐπιλήσμων· quanquam intelligo non magnam in talibus esse Hesychii auctoritatem.* Postea ap. Santen. ad Terentian. p. 284. addidit dupliciter dici *Ἡγησίνους* et *Ἡγεσῖνος*, sic ut *δορυξόος* et *δορυξός*, quibus correptae ultimae exemplis Corais adjicit *διπλός* et *χρυσοχός* ad Isocr. p. 278. Cur vero quae ultimae proxima est syllaba ex brevi reddita sit longa, et hic inexplanatum reliquit et Ruhnkenius. Sed sine dubio idem senserunt quod Buttmannus in Gramm. §. 36. syllabae finalis pondus inclinatum esse in antecedentem. Quam quantitatis metathesin duobus confirmare licet exemplis, *λασῖνος* et quod illi afferre neglexerunt ab eodem Hesychio traditum *Τειρῖνος τείρων διάνοιαν, λυπῶν.* Sed multum vereor ne haec sit nominis proprii interpretatio argutior quam verior; nam verbum *τείρω* ad componendum inhabile est. Addit Ebertus in Sicelion. p. 95. simili quadam productione ex *Χαρίλαος*, *Περίλαος*, *Βαθύλαος* facta esse *Χάριλλος*, *Πέριλλος* etc. Neque tamen dissimulat se nescire cur a *Χαρίνοος* non *Χάριννος* extiterit ut *Χαρίλαος Χάριλλος* sed *Χαρῖνος*. Quae discrepantia mihi tanta videtur ut sententiam ipsam evertat. Praeterea *Χάριλλος* et cetera, de quibus dictum

---

7) Non hoc apud Pausaniam legitur sed genitivus *Ἀντίνου*, qui ad *Ἀντίνους* referri potest ut *Πειρίθου* et *Ἀλκάθου*, quae Buttmannus in Gramm. §. 36. huc refert, ad *Πειρίθους*, *Ἀλκάθους*. Priscianus VI. 17, 280. (p. 720.) Antinus componit cum Panthus, cujus postrema producitur. Helladius Besantinous in EM. ter vocatur *Βησαντῖνος*, ut urbs Besa ipsa Antino et Antinopolis.

est in Dissert. II. c. III. §. 2. non hac ratione orta esse arbitror, quam vir egregius tuetur, sed simplicia. Itaque unum illud relinquitur, quod directe ad fidem spectat, *λασῖνος*, vocabulum exoletum et devium, cujus non ea vis est ut Graecos nomina civilia omnibusque trita *Μνασίνους* Paus. II. 22, 6. *Μαντίνους* Schol. Lyc. 481. etc. ad hanc formam redegisse putemus, quum praesertim crebra sint attenuatae ultimae exempla, *Πείριθος*, *Ἄλκιθος* Polyb. XXVIII. 16. *Οἴδιπος* Anth. VII. 429. *ἀέλλοπος* sive *ἀελλόπος* v. Parall. 250. in nullo autem vocalis producta appareat.[8] Nec veri simile est Platonem modo *ἀγχῖνοι* scripsisse, quod Bekkerus in Theaet. p. 144. A. e duobus codd. ascivit, modo *ἀγχίνοι*, quod idem in Civ. VI. 503. C. et in Phot. Bibl. CCXXIX. 432. reliquit intactum, et legitur saepius Aristid. Or. III. 27. etc. Equidem si *Μνασῖνος* reperiretur, non dubitarem simplicium in numero referre, idemque judico de *Κρατῖνος*, quod Schol. ad Dion. Gramm. p. 858. paronymon esse dicit *ἀπὸ τοῦ κράτος*, et de *Καλλῖνος*. Nam quod Terentianus elegiaci carminis auctorem Callinoum vocat, non est argumentum idem nomen fuisse. Graecis namque hanc licentiam consuetudo dedit ut nominum propriorum terminationes susque deque haberent. Sic idem homo *Ἄλκιμος* nominatur et *Ἀλκιμέδων*, alius *Πύθης* et *Πυθοκλῆς* v. Siebel. ad Paus. T. IV. 328. alius *Ἕρμων* et *Ἑρμοκράτης* Schweigh. ad Ath. T. II. 49. cujus mutabilitatis exempla cumulavi in Aglaoph. 996. auxit Lehrsius in Arist. 249. Et in hoc ipso genere, quem Demosthenes et Aeschines Anaxinum vocant, Plutarchus Vitt. X. Oratt. X. Anaxilaum transnominavit, alii Hegesinoum in Hegesilaum verterunt v. Menag. ad Diog. IV. 60. Elpinem in Elpinicem v. Wessel. ad Diod. XVI. 15. Euthynum in Euthydemum v. Elmsl. ad Acharn. Argum. Hac igitur ratione affirmare licet *Καλλῖνος*[9] et *Καλλίνους*, etsi arbitrio scribentium in unum collata sint hominem, tamen non forma solum di-

---

8) *Ὕψινος* dactylicum in Joannis Geometr. C. V. 447. A. et *ποικίλοχρος* II. 441. A. ob vilitatem auctoris praetermisi; *Πολυνός* exterminavit Spitznerus Observatt. in Quint. p. 173.

9) Welckerus in Adnot. ad Schwenckii Etymol. p. 334. ex *Καλλίλινος* concisum dicit, cui simile *Φιλιλύρα* i. e. *Φιλύρα* finxit in *Nachtrag zur Trilog.* p. 53. Graecis haec ignota sunt.

versa esse sed etiam natura, non minus quam *Ἀριστῖνος* Plut. Quaest. Rom. V. 313. T. XII. et *Ἀριστόνους* Thuc. VI. 4. Plut. V. Lys. c. XVIII. Arrian. Ind. XVIII. *Ποντόνοος* Phaeacis nomen homericum et *Ποντῖνος* montis Paus. II. 36. *Ἀρσίνοος* ejusdem Homeri et *Ἀρσῖνος* fluvius, quem Strabo etiam *Ἐρασῖνον* dici testatur[10] idemque viri nomen est ut *Ἐργῖνος*. Hoc autem nemo ex *ἐργόνους* natum dicet, neque magis *Ἀλφῖνος*, quo Ruhnkenius utitur, ab *ἄλφω* compositum sed potius Albinum interpretabitur ab *ἀλφός* unde *ἀλφινία ἡ λεύκη* Hes. Fit quidem interdum ut in compositione iota substituatur pro ō, *τερπικέραυνος*, *Χαιριγένης* Corp. Inscr. n. 214. *Διονυσικλῆς*, *Δαμιθάλης*, *Θουρίμαχος*, Demipho et Clitipho apud Plautum et Terentium. Sed nulla profecto ratio est cur hoc artificio uti malimus quam omnia illa paronymis adscribere simplicibus. — Accentus in hoc toto genere nominum propriorum constantia summa est. Quare si Phesinus ille in Inscr. Chia n. 2242. p. 210. a Phaside, ut Boeckhius suspicatur, appellatus est,[11] non *Φήσινος* aut *Φησινός* scribi debet sed *Φησῖνος* ut *Ἱππαρῖνος* familiare Siculis nomen a fluvio vernaculo ductum Parthen. c. XXIV. etc. Nec recte Westermannus in Plut. Vitt. X. Oratt. p. 80. *Ἀνάξινος* dedit; *Ζωπύρινος* Athen. XIV. 662. D. et similia quaedam jam alii expurgarunt. Sed quae neque apud poetas leguntur neque constat unde derivata sint, eorum et accentus in incerto et mensura: *Βολίνη* et *Βόλινον* Achajae oppidum, *Μύρκινος* Thraciae Thuc. IV. 107. quod in codd. *Μυρκῖνος* scriptum est; *Μύλινος* gigas Diod. V. 71. *Ῥημινός* Siciliae fluvius Dionys. Epist. ad Pomp. c. V. 781. et alia. *Κρήτινος* Plut. de Pyth. Oracc. XXII. et *Πράτινος* Alciphr. III. Ep. 36. si cum *Πρατίνας* et *Κρητίνας*[12] conferuntur, paronymorum speciem praebent, neque video quo alio *Aeschinus* Gruter. Inscr. p. 878. n. 1. ablegari possit. Accentum hujus

10) Fluviorum nomina fortasse ab *ἔρση* et *ἄρδω*, unde antiqui *Ἄρδησκον* nominatum putant et Arethusam. *Ἀρσίνοος* Inscr. n. 1570. b. p. 748. (et *Ἀρσινόη*) *τὸν ἀερσίνοον* significare potest.

11) Coraes in Atact. T. III. p. 252. apud Arrianum *Φυσῖνος* vel *Φυσίνους* scribendum putabat.

12) Vitiose *Κριτίνης* scriptum est et *Κριτινία* pro *Κρητινία* a Cretensibus condita Apollod. III. 2, 1. et Steph.

nominis non novimus sed proportionem sequentibus *Αἰσχῖνος* scribendum erit ut *Καλλῖνος*, unde derivatum *Αἰσχινάδης* apud Aristophanem iota longum habet ut *Χαρινάδης*. Neque tamen dissimulabo *Aeschinus* in Terentii Adelphis habere dactyli mensuram, et pro illo Meinekium in Com. Fragm. IV. 542. scribere *Αἰσχυνάδης*. Illud excusare nescio nisi licentiae nomine, qua Plautus in nominibus Graecorum propriis persaepe usus est. Alterum probabo si quis exemplum hujus formae suggesserit, *Ἀμυνάδης* vel simile. Mihi quidem verba in *υνω* exeuntia memoria repetenti, nullum incidit nomen proprium in *υνος* vel *υναδης* declinatum. His explanatis ad Grammaticum me refero, cujus verba in principio hujus paragraphi apposui, nunc vero reliquum sermonem evolvam.

§. 3. Ille igitur ethnicis propriisque adnectit primum adjectiva subjecto exemplo unico et inepto *ῥηγῖνος ὁ δειλός*, de quo Rheginorum opprobrio erudite disseruit Ebertus in Dissert. Sicul. p. 189. sed minus recte defendit vulgatum *ῥιγῖνος* tanquam a *ῥιγεῖν* profectum. Illud vero non magis adjectivum est quam *Αἰξωνεύς*, si pro calumniatore dicitur, vel *Ἀβδηρίτης*, si pro stulto v. Ruhnken. ad Tim. p. 15. Deinceps substantiva: *ἐχῖνος*, *γελασῖνος*, quae non ejusdem sunt generis, sed illud ex se natum, quod genus sermonem nostrum non contingit nisi quatenus a Grammaticis immixtum est, alterum paragogum exemplorum numero maximo. Ex utroque conflata sunt nomina aquatilium, de quibus illi explanate disserunt: *Τὰ εἰς ῑνος μακρὸν ἔχοντα τὸ ῑ ὅσα ἐν ὕδατι διαιτᾶται προπερισπῶνται, ἐχῖνος, κορακῖνος, φοξῖνος, καρκῖνος· ἐχρῆν κατὰ τὸ* (cod. *καὶ τὸ*) *γυρῖνος προπερισπᾶσθαι ὁ μικρὸς βάτραχος. Σπάνια δὲ τὰ ὀξύτονα, ἐρινός ὁ ἐρινεός καὶ χαλινός* Arcad. 65, 14. Nomen *καρκῖνος* a nonnullis sic esse pronunciatum ut *ἐχῖνος*, plurima sunt in libris nostris vestigia Theophr. Caus. II. 17, 9. Aelian. H. Ann. I. 35. Galen. de Temper. II. 6, 72. Sext. c. Astrol. p. 340. et confirmat flagitiosa originatio *ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα κινεῖν* EM. sicut *κορακῖνος ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κινεῖν* Ath. VII. 287. B. Sed Herodianum hujus erroris participem fuisse credere nefas, neque ipse permittit π. *Μον.* p. 20, 8. *οὐδὲν εἰς νος λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ ῑ συνεσταλμένῳ παραληγόμενον παροξύνεται ἀλλ' ἤτοι*

προπαροξύνεται δρύινος, λίθινος, ἢ ὀξύνεται ἐαρινός, πύκινος. Διὸ ἐπιστατέον τῷ καρκῖνος, cujus vestigia legit Choeroboscus II. p. 188. 197. 228. 236. τὰ εἰς ινος πρὸ μιᾶς τὸν τόνον ἔχοντα προπερισπῶνται — χωρὶς τοῦ καρκῖνος. Ex eo conficitur Arcadium hunc fere in modum scripsisse: σεσημείωται τὸ καρκῖνος· ἐχρῆν γὰρ προπερισπᾶσθαι. Καὶ τὸ γυρῖνος προπερισπᾶται.[13] In piscium nominibus librarii regulam servarunt non semper, sed plerumque: ἀθερῖνοι, ἐλεγῖνοι, σαργῖνοι conjuncta sunt in Aristot. H. An. IX. 2. sine ulla tot codicum discordia, et in iisdem commentariis κορακῖνος et κυπρῖνος. Sed in L. VIII. 19. p. 602, 1. Bekkerus μύρινος retinuit etsi sat boni libri μυρῖνος praebent; ἐρύθρινος codd. Ath. VII. 300. F. Med. Mosq. p. 10. et accentu in ultimam remoto ἐρυθρινός Arist. l. c. IV. 11. p. 538, 20. VIII. 13. p. 598, 13. μύξινος et μυξινός Ath. VII. 306. E. VIII. 356. B. κύπρινος VII. 309. A. κοράκινος Med. Mosq. p. 9. φόξινος Phot. EM. et in Aristotelis loco, quem hi spectant, L. VI. 13. et 14. in aliquot codd. φοξινοί scriptum. In Athen. VII. 322. E. τὸν σκεπινὸν Δωρίων φησὶ καλεῖσθαι ἀτταγινόν cod. Cas. primum σκεπίνον tum ἀτταγῖνον, sed Pal. et Ald. ἀτταγεινόν ut μάξεινος VII. 315. F. pro quo codd. Cas. μυξῖνος et μύξινος et VIII. 332. B. μαξεινοῖς, in Theophrasti autem Fragm. de Pisc. II. 2. unde haec sumta sunt, μαξίναις. Λάρινος adjectivo λαρινός contrarium accentum habet aut casu aut ob antidiastolen. Postremo in Numenii versu p. 304. E. et 321. F. his verbis finito καὶ ἐννυχίην πίτυνον, piscis ignoti nomen πίτυνος, πίτινος et πύτινος scribitur, Schweighaeuserus vero ἐννυχίην πιτύινον corrigit, illud substantivum esse putans, hoc adjectivum *pinus colore similis*, sed adjectivi penultima brevis, pinus color proprius nullus est.[14] Hominum attributa sunt ἀγρωστῖνος fabulae Epicharmiae inscriptum, ἐργαστῖνος et ἐργα-

13) Plura elapsa esse putat Goettlingius de Acc. p. 202. Facile erat pro καρκῖνος substituere aliud properispomenon βαρῖνος vel γαρῖνος vel σαργῖνος. Sed verbum ἐχρῆν ostendit excidisse semiosin, sine qua regula claudicat.

14) Meinekius ad Com. Fr. II. P. I. 125. piscem illum πύτινον dictum putat a similitudine πυτίνης.

στίνη, quibus simile *Ἀκεστῖνος* medici nomen ab Heliodoro fictum. Hactenus de scriptura. Origo, quoad patet, plerisque a substantivis: *κεφαλῖνος* ab eo, qui *κέφαλος* vocatur, momento quodam distinctus Ath. VII. 306. E. ut *μυξῖνος* differre videtur ab eo qui *μύξος* sive *μύξων* vocatur, *σαργῖνος* a sargo VII. 321. C. Photiusque dubitat idemne sit *κεστρῖνος* et *κεστρεύς*, quorum primitivum est *κέστρα*. *Κορακῖνος ἐπώνυμος αἴθοπι χροίῃ* Opp. Hal. I. 133. et ab Epicharmo *κοριοειδής* vocatur, quod idem est ac *κορακοειδής*. Cyprinus a colore aeris cyprii dictus, *σεσερῖνος* fortasse ab herba. Alia ab adjectivis *ἐρυθῖνος* Ath. VI. 271. A. et codd. Jamblich. Protr. XXX. 316. ubi Kiesslingius *ἐρυθρῖνον* scripsit praeter causam; nam et latine erythinus nominatur; Marcellus v. 13. *ἐρυθρόν* vocat adjectivo usus substantive sicut Oppianus scepinum quem *versu dicere non est*, *σκέπανον* dixit mutato tamen adjectivi accentu; a *φοξός* v. 12. *φοξῖνος*, cui simile *γλαυκῖνος* in usu fuisse colligitur ex deminutivo *γλαυκινίδιον*. A *τυφλός τυφλῖνος ἰχθὺς καὶ ὄφεως εἶδος* Hes. quam Latini caeciliam vocant. Ignota sunt aut ignotis proxima *βαλῖνος*, *γαρῖνος*, *φυξῖνος* quod Dindorfius Ath. IX. 403. pro mendoso *φυξίκινος* posuit, alii *φοξῖνος* malunt, nec abhorret *μυξῖνος* a *μύξα* ductum. Piscium inquilini sunt *γυρῖνοι*, quod nomen veteres a *γυρός* arcessunt[15] et *καρκίνοι*, cujus etymon tradere videtur Hesychius *Κάρχαι καρκῖνοι* retento accentu vulgari, qui quantopere invaluerit apparet ex haesitatione Schol. Arist. Pac. 179. *καρκίνος ἐν τῷ ἀντιγράφῳ παροξύνεται· ἴσως οὖν συνέστειλεν αὐτὸ ὡς Ἄρατος.* Tertio loco succedunt plantarum vocabula masculina *πελεκῖνος ὅτι ὅμοιος τῇ ὄψει τῷ πελέκει* Theophr. et *σταφυλῖνος* ab eo quod radix colorem uvae nigricantis habet, tertiumque genere et accentu dispar *ἡ κυκλάμινος τὸ κυκλάμινον* a *κυκλαμίς* ductum, cujus synonymum fertur *περικλύμενον* Hes. origo nos fugit. Verum eadem terminatio ad alias quoque rerum species translata est. Namque *σταφυλῖνος* praeterquam plantae, etiam insecti nomen fuit v. Schneider. ad Aristot. H. Ann. T. III. 665. quod cur Bekkerus VIII. 23. p. 604, 18.

---

15) Correptionis exemplum praebet Anth. XI. 336. *ἔπλευσε Καρῖνος* a *Carus* derivatum. Attamen primam producit Nemesianus Cyn. 70.

σταφύλινος scripserit minus liquet quam cur Dindorfius Ath. IX. 371. D. *ἀσταφύλινος* verterit in properispomenon;[16] proparoxytonon est in Med. Mosq. p. 347. Oribas. XII. 179, 1. Et *κορακῖνος* non solum piscis dictus est sed et avis, si Hemsterhusius vere hoc Hesychio restituit pro *κορακόνιοι*. Aristophanes Avv. 882. tanquam congeneres jungit *πελεκᾶντα καὶ πελεκῖνον*, de quo loquitur Oppianus Ixeut. II. 6. et in Cram. Anecd. Paris. I. 37. *Ἀκανθίς ὁ στραγαλῖνος λέγεται* Tzetz. Schol. in Cram. Anecd. Oxon. III. 359. Mus. Rhen. T. IV. 24. et usitatius *ἀστραγαλῖνος*, incertum unde ortum. Quae vero res inanimatas significant, non facile huc descendunt; nam *κυτῖνος* Paul. Aeg. VII. 16, 279. et *κιρκῖνος* Galen. de Opt. Doctr. c. III. p. 18. T. II. ed. Chart. p. 47. T. I. Kuehn. cum proparoxytonis commutanda, illud a *κύτος τὸ χώρημα* Hes. unde *κύτταρος τὸ πῶμα τῆς βαλάνου ὅπου ἐγκάθηται ἡ βάλανος*, Suid. sicut cytino flos mali punici insidet tanquam calyculo. Alterum usu romanum, genere cognatum est graeco *κίρκος, κρίκος*. Firmatius est *χυτρῖνοι τὰ κοῖλα τῆς γῆς δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἀνίενται* Hes. et *κυθρῖνοι τόποι εἰσι τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι* Arrian. Erythr. p. 167. ed. Blanc. neque aliud significat Geopp. XIV. 6. *νεοσσιαὶ περιστερῶν ἃς ἡμεῖς κυθρίνους ὀνομάζομεν*, quae nos ollaria dicere possumus, sicut sepulcra multis intus foraminibus loculisque ad recipiendas urnas columbaria vocantur; minus vero recte in Antig. Mirab. c. 176. ubi cavum terrae significat, *χύτρινος* scribitur, qui accentus convenit Hippocratis locis, ubi pro *χύτρα* valet v. Galen. Gloss. ut *ὀστρακίνη* pro olla sive pelvis, et Hesychio s. *Λίθων χοαί* ubi tubi sive canales designantur. Haec enim adjectiva sunt substantivorum locum sortita pro tempore ut et *ὄγκινος* dicitur pro *ὄγκος* et *κάλινος* id est *ξύλινος* pro trabe Hes. eodemque accentu. Nec mutant andronymica *Ἀνθρώπινος* Polyaen. V. 3, 8. *Ἀμπέλινος* Antiph. p. 145, 35. *Ἀμαρακίνη* Alciphr. III. Ep. 37. *Μυῤῥίνη* etc. ac ne *Ῥαδινή* quidem Strab. VIII. 347.[17]

---

16) *Πλεονάσαν τὸ α φυλάσσει τὸν αὐτὸν τόνον ἄβορος* (scr. *ἀμαυρός*) *ἀγαυρός, ἄσταχυς* (scr. *ἀσταφίς*) Schol. Il. VIII. 178.

17) Lysiae orationem *πρὸς Χυτρῖνον* memorat Pollux X. 116. quod nomen vel accentus causa suspectum est. *Ἐαρίνη*, quod Bentlejus posuit ad Hor. Od. II. 8, 2. apud Graecos non reperi.

Sed Ἀμπελῖνος gentilicium ut significatione ita accentu distinguitur ab adjectivo metusiastico, Ἀμοργῖνος ab ἀμόργινος v. Barcker. ad EM. 732. et similiter appellativa σταφυλῖνος *pastinaceus* Gloss. a σταφύλινος, κορακῖνος et proprium Coracinus Martial. VI. 55. a κοράκινος coracinus. Sed nulla est distinctio appellativorum et propriorum; nam Κεβαλῖνος v. Coraes ad Plut. T. IV. 445. Muetzell. ad Curt. VI. 26, 17. Μυρῖνος v. Jacobs. Catal. Poett. 919. Ἐρυθῖνοι σκόπελοι οἱ νῦν Ἐρυθρῖνοι ἀπὸ τῆς χρόας Strab. homotona sunt piscium vocabulis nomenque κεστρῖνος non solum piscem significat sed etiam virum et Cestrinae incolam.

§. 4. Tertio loco Grammaticus ille commemorat ὑποκοριστικὰ οἷον Φιλῖνος· σημαίνει δὲ τὸν φίλον· παλλακῖνος ὁ ἀπὸ παλλακῆς. Et Arcadius quoque quatuor generum, quibus hanc assignat terminationem, ultimum facit deminutivum: τὰ εἰς ινος τὸ ῑ μακρὸν ἔχοντα κύρια, ἐθνικὰ ἢ ἐπιθετικὰ ἢ ὑποκοριστικῶν ἔννοιαν ἔχοντα προπερισπῶνται φιλῖνος, κρατῖνος, ἐχῖνος τὸ κύριον,[18] λεοντῖνος, ῥηγῖνος· τὸ δὲ λαρινός ὀξύνεται, taciteque assignificat Theognostus p. 67, 32. τὰ διὰ τοῦ ηνος μὴ ὄντα μετουσιαστικὰ μήτε ὑποκοριστικὰ διὰ τοῦ η γράφονται, Ἀκεσηνός ὄνομα ποταμοῦ, Εὐηνός etc. Sed hypocorismi exemplum tam clarum atque expressum quam sunt italica *farfallino, ragazzino* etc. illorum nemo profert. Φιλῖνος quidem in duobus Theocriti locis est amati nomen sed proprium ut ex multis apparet aliis. De παλλακῖνος quod sequitur in EM. vereor ne non suo loco positum sit sed translatum ex proximis: ταῦτα δὲ εἰ ἀπὸ ὀνόματος παραχθῶσιν, ἢ ἀπὸ εὐθείας ἢ ἀπὸ γενικῆς παράγονται, φίλος, φιλῖνος, ἀγαθός ἀγαθῖνος, ubi quum desit exemplum vocabuli a genitivo profecti, interponendum est ἀπὸ τῆς πάλλακος παλλακῖνος, quod sive spurium significat sive tironem,[19] a deminutivi significatione tantundem abest. Neque quidquam huc pertinet Ζωπυρῖνος, cui

18) Non aliter scribitur appellativum et nomen urbis, omninoque illae subscriptiones τὸ κύριον, ὄνομα πόλεως etc. apud Arcadium, Theognostum et ceteros saepe parum opportuno loco reperiuntur.

19) Παλακῖνος πολεμιστήριος Hesych. παλλικάρια milites mediae, quae dicitur, Graecitatis v. Du Cang. h. v. et Aglaoph. 1326. Adn.

Coraes Atact. III. 250. eam attribuit, et *γυρῖνος ὁ μικρὸς βάτραχος*, quod Fischerus ad Vell. II. 29. exempli loco affert. Aristophanes de Cleone loquens Eqq. 1055. *τὸν ἱέρακα φίλει — ὅς σοι ἤγαγε συνδήσας Λακεδαιμονίων κορακίνους*, vetus oraculum, in quo accipitris impetus in aviculas adumbratus esset, comice interpolasse et *κόρακας* sive *κορακίσκους* ridiculi causa in *κορακίνους* mutasse videtur. In ultimis *εἰ δὲ ἀπὸ ῥήματος, ἢ ἀπὸ ἐνεστῶτος ἢ ἀπὸ μέλλοντος ἐχιῶ ἐχῖνος, πραξιῶ πραξῖνος· τὸ δὲ σεβεῖνος διὰ διφθόγγου*, primum scribendum est *ἔχω ἐχῖνος*, quod nomen illi parum prospere ab *ἔχω* repetunt EM. 406, 4. Schol. Nic. Th. 579. dein *πράξω*, quod tempus varias ex se parit andronymicorum species *Πρᾶξις*, *Πρήξων*, *Πραξίων*, *Πραξίας*, et hoc ipsum *Πρηξῖνος* Herod. VII. 180. *παρὰ τὸν μέλλοντα πράξω καὶ τροπῇ* Choerobosc. II. 247. *Ἐρασῖνος παρὰ τὸν ἐράσω μέλλοντα* EM. 369, 45. *Ἐρασίνη* (*Ἐρασίνης*) *καὶ ἐράσμιος* (*Ἐρασῖνος*) *ὁ ἐράσμιος παρὰ τὸν ἐράσω. Γράφεται δὲ διὰ τοῦ ι τῷ λόγῳ τοῦ ἐρυθῖνος* Gud. p. 204, 25. Id minus certum est a futuro (*ἐράσω*) derivatum esse quam virorum nomina *Ἀλεξῖνος* Ath. XV. 696. Phot. Cod. XCIX. 148. *Ἀναξῖνος* Demosth. p. 272, 27. Aeschin. 616. 1. *Λυσῖνος* Phalar. Ep. XCIII. *Σωσῖνος* Corp. Inscr. n. 837. *Περσῖνος* Poll. IX. 93. *Τελεσῖνος* Plut. V. Sull. c. XXIX. de Fort. Rom. c. IX. Appian. Civ. I. 90. Sil. Ital. X. 148. nisi nomen italicum est a Telesia urbe[20] omniumque notissimum *Στασῖνος*. Quorum exemplo *Πίσινος* ille, quem Pisander imitatus esse dicitur Clem. Strom. V. 2, 266. (751. Pott.) *Πεισῖνος* vocatus videtur potius quam Cicerinus. Neque dubito quin poetis licuerit numerorum causa hunc *Στησίνοον* transnominare, illum *Τελεσσίνοον*, et item alia sicut Quintus I. 227. in exitu hexametri: *Περσίνοός τε* maluit dicere quam *Περσῖνός τε*, et Terentianus in clausula quinarii *Callinous,* non quod alteram formam versui includere nequirent sed quia nihil referre putabant simplici uterentur an composito. Appellativa sunt duo, *γελασῖνος* et *γελασίνη ἡ πολλὰ γελῶσα*, neque hoc solum sed etiam dentes et lacu-

---

20) Vitiosam scripturam *Thelesinus* notavit Heinrich. ad Juven. VII. 25. Alii errori occurrit Grammaticus Cram. II. 264. *Τελεσῖνος ὡς Ἀκραγαντῖνος*, eorum puto qui diphthongo uterentur.

nas sive ganglia facie sic dici Hesychius docet *Γαγγαλίδες γελασῖνοι*, et facticium *ἐλεγξῖνος*. De diphthongo quod ille admonet, non solum *Σεβεῖνος* sic scriptum est in cod. Rav. Arist. Ran. 427. sed et alia nomina saepius in libris ut *Χαλκεῖνος* Paus. I. 37, 4. *Λάρειvoς* Phot. s. *Λαρινός*, pro quo in Schol. Pind. Nem. IV. 82. rectius *Λάρινος*, in Sch. Arist. Pac. 922. minus recte *Λαρινός* legitur, nec raro in nummis atque lapidibus *Χαρεῖνος* Corp. Inscript. n. 1241. *Λυκεῖνος* n. 1255. et alia prius allata c. II. fin. quod cavere videtur Choeroboscus Cram. II. 260. *Σκωρῖνος — ὡς ι ἡ παρατελευταία, ἡ παράδοσις.* Nos hac diphthongo non magis utimur quam in similibus *τειμή, εἶσος* etc. — Medio inter perispomena loco Arcadius abrupte infert *σπάνια δὲ τὰ ὀξύτονα ἐρινός ὁ ἐρινεός καὶ χαλινός*,[21] tum interjectis aliis, quae jam retuli, adjectivum adjicit *τὸ δὲ λαρινός ὀξύνεται*, quo accentu Herodianum usum esse testatur Scholiasta Arist. Pac. 922. Qui hoc nomen *μεγαλόῤῥινος* interpretati sunt, necessario gravarunt, isque accentus convenit etiam simplici quod latino *laridum* cognatum videtur. Choeroboscus vero enumeratis adjectivis, quae materiam declarant, *τούτοις*, inquit, *ὅμοια τὸ κάμινος, ἴκτινος, κύμινος, κυκλάμινος, κόφινος, κότινος*,[22] *διὰ τοῦ ῑ γραφόμενα.* Horum primum et qui ad *καίω* referunt et qui ad *καμάρα* (quia fornaces fornicum similes) aequo jure sunt; secundi aliam formam prodit Hesychius *Δίκτυς ἰκτῖνος*[23] fortasse a verbo *δικεῖν icere* ut *δίκτυον rete jaculum;* namque milvus est avium rapacium, quibus nomen commune *καταῤῥάκτης Stossvogel*, quia se ex alto in praedam dejiciunt sicut ille

21) *Ῥυτὰ — τὰ χαλινά, κυρίως δὲ τὰ λεγόμενα ῥέτεινα* Schol. Hesiod. Scut. 308. idem est quod Du Cangius *Ῥέτενα* scribit, id est retinacula. Sic et attina et destina dicitur sed feminine. Vox Graeca verbum *χαλᾶν* affinitate contingere videtur. Arbor unde dicta sit, nemo novit.

22) In Theocr. V. 118. *μέμναμαι ὅκα μὰν τεῖνε τὺ δάσας Εὐμάρας ἐκάθαρε* scribendum videtur *ὅκα μὰν κοτίνοιο τὺ* — cui respondet v. 117. *καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας.*

23) De accentu dixi Parall. 107. Proparoxytoni exemplum, quod ex Aenea Gaz. attuli, nuper e codd. sustulit Boissonadius p. 192. *Ὑσγινόν* oxytonum est in Schol. Lucian. Gall. §. 14.

κίρκος πήδημα λαιψηρὸν δικών Lycophr. 531. Pro *κύμινος* usitatum est neutrum penultima longa ut *ὕσγινον*, quod ab *ὕσγη* derivatum est, *κυκλάμινον*, *συκάμινον*, *ὁρμῖνον* (et *ὅρμινος*) propriumque *Λόβρινον ὄρος* Nicand. brevi vero *κόσκινον*, incerta *ἄρινον τὸ νάπυ* Psell. Gramm. v. 366. (nisi compositum est). Apertiora in utramque partem sunt haec: *ἔνδινα παρὰ τὸ ἔνδον ὡς σέλινα* Schol. Il. XXIV. 806. et *σέλινον παρὰ τὸ ἕλος* Orion. p. 141, 8. cui speciem conciliat scriptura *Ἑλινοῦς* in codd. Thuc. VI. 4. alii ab *εἵλλω*, *ἑλίσσω*, quod et herbae convenit quae vulgo *οὔλη* et a Latinis *crispa* vocatur v. Jacobs. ad Anall. T. VIII. 220. et pariter fluviis (nam *Σελινοῦς* consuetum fluviorum nomen). *Ἕλινος* vero, cujus media brevis, accentus interdum in ultima positus est, nemo dubitabit ad idem illud referre verbum, unde etiam *ἑλλεδανός ὁ τῶν δραγμάτων δεσμός* EM. *ὄλινοι κριθῆς δεσμοί* Hes. et *οὖλος*, *οὐλοδέτης*, pendent.

§. 5. Adjiciam nunc alteram quaestionem de permutatione positionum. Schol. Lyc. 912. *τὸν κεγχρῖνον Λυκόφρων κεγχρίνην εἶπε*, quod solum testatum est. *Τυφλῖνος* Aristot. H. An. VIII. 24. multo rarius legitur quam *τυφλίνης*, quo idem utitur. Verum *ὁ δρυΐνος ὄφις ἐν ταῖς τῶν δρυῶν ῥίζαις τὸν βίον ποιούμενος* Galen. Ther. ad Pis. VIII. 234. Paul. Aeg. V. 15, 165. idem quidem est qui *δρυΐνης* nominatur sed adjective dicitur ut *ὀξίνης οἶνος* Theophr. Hist. IX. 15, 3. et absolute *ὀξίνης* c. 11, 1. ut *μυτρίνης* Galen. de Comp. Med. sec. Locc. III. 637. sed *ὄξινος* sive *ὄξυνος*, Geopp. VI. 4, 5. ut *οἶνος μύρτινος*, *δάφνινος*, *κέδρινος*, *πιτύϊνος*, quibus substantivum modo additur, modo deest. Eadem ratione comparata sunt *κερατίνης* et *λόγος κεράτινος*. *Ἀγῶνες φύλλινοι* Poll. et Anecd. Bachm. I. 410. ut *ἀγῶνες χύτρινοι* Schol. Arist. Rann. 220. et *φυλλίναι* Hes. quod perperam addubitatur. Neque *ταχίνης* differt a *ταχινός*, nisi quod hoc epitheton commune est, illud peculiariter tribuitur cervo et lepori itidem ut *φελλίνης* avi v. Schneider. ad Ixeut. c. XXI. 437. etsi pluribus aptum fuisse intelligitur ex Hesychii loco *Φελλίνας κούφος* i. q. *φέλλινος*. Duobus illis, quae in exordio hujus paragraphi allata sunt addenda sunt nomina fluviorum Indiae et Siciliae *Ἀκεσῖνος* (ut *Ἐρασῖνος*) et *Ἀκεσίνης*, *Καικῖνος* et *Και-*

κίνης, cui similis appellatio amnium Italicorum Carcines et Targines Plin. III. 15. et Thracii Orosines IV. 18. hominumque barbarorum *Σισίνης* sive *Σισίννης* v. Schweighaues. ad Appian. T. III. 859. *Ὀρξίνης* Arrian. Alex. III. 8, 8. *Μιθρίνης*, *Πετρίνης*, *Ῥαθίνης* etc. v. Boeckh. in Corp. Inscr. Vol. II. 115. Horum unum *Ἀκεσίνης* in carminibus scriptum est Dionys. v. 1135. Nonn. XXIII. 276. iota utrobique longo, idemque de *Βαρδίνης* Syriae fluvio colligi licet ex inepta Grammaticorum etymologia *βαρυδίνης*, et de *Καικίνης* propter romanum nomen Caecina. Sed graecorum penultima brevis est. Primum in propriis *Σμικρίνης* v. Meinek. Com. T. IV. p. 120. *Κρητίνας* Scymn. Fragm. v. 212. *Αἰσχίνης* Theocr. XIV. 2. et aliis locis, quibus obruitur Christodorus mediam versus concinnandi causa producere coactus. Quod autem Spitznerus in Prosod. p. 78. ex Rhiano Anth. XII. n. 93. proponit tanquam alterum productionis exemplum *ἢν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω στέψῃς δέμας*, sic pronunciari oportet ut omnes audiantur vocales quomodo *ἀχαιίνεω* VI. n. 165. *κεγχρίνεω* Nic. Th. 464. neque hiatus est, ut vir eruditus putat, in Apollonii versu I. 470. *Ἴδεω ἑσπομένοιο* nisi dissimuletur vocalis, quam posteriores poetae in hac genitivi forma saepe exprimunt. *Λεπτίνης* igitur, a *λεπτός* derivatum Herodian. *π. Μον.* 27, 31. pronunciamus media correpta et similiter alia, quibus poetae abstinent, *Ἁψίνης*, *Ἐλπίνης*, *Μικίνας* Diod. XVII. 112. *Τηλίνης* Herod. Eadem lege tenentur appellativa: *κεντρίναι* Oppian. Hal. I. 378. *δρυΐνης* Nic. Th. 441. Andromach. ap. Galen. de Antid. I. 6, 33. T. XIV. *κεγχρίνης* Lyc. 919. *ὀξίνης* Arist. Eqq. 1309. Vesp. 1082. *μυρίνης* Diphil. Fr. Vol. IV. 381. *ἐργατίνης* et *συνεργατίνης* in Anth.[24] *τυρακίνης* Philoxen. Ath. XIV. 643. C. et quae solo accentus indicio cognoscuntur: *καυλίναι* (pisces) Athen. VIII. 355. *σπαθίναι* Eust. 711, 39. quibus simile *μοσχίναι* Hesychio restituendum arbitror pro *Μοσχιναῖοι σκιρτητικοί* ut Malach. IV. 2. *σκιρτήσατε ὡς μοσχάρια.* Et hanc ad normam dirigenda sunt quae neque metro neque accentu dignosci possunt *ἀνθίνης κυκεών* Hippocr. *ταμισίνης τυρός*

---

24) De *χερσὶ διεργατίναις* v. Parall. 268. suspicari coepi ne *διεργατικαῖς* scribendum sit.

Medd. Mosq. *ὀρφακίνης μικρὸς ὀρφώς* Athen. VII. 315. A. unde sumsit Eustathius p. 1721, 49. *ὁ νέος ὄρφος ὑπ' ἐνίων ὀρφακίνης ὑποκοριστικῷ τύπῳ*, cujus specimen aptius est *ἐλαφίνης νεβρός* Hes.[25] — Quemadmodum vero nomina in *ινος* et *ινης* mensura discreta sunt, sic etiam quae in *ινης* et *ινη* exeunt. Quas terminationes inter se permutari uno certe exemplo probari potest. Namque masculinum *ἀχαίνης*, quo paulo ante usus sum, in Phalaeci pentametro — *ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαίνεω*, iota breve habet, longum vero feminina positio in Babrii versu XXII. (VII. 143. Knoch.) *τοιαῦτα κωτίλλουσα τὴν ἀχαίνην.* Unde sequitur in Apollon. IV. 175. *ἐλάφοιο — ἣν ἀγρῶσται ἀχαιινέην καλέουσιν* et Oppian. Cyn. II. 247. *κερόεσσαν ἀχαιινέην πτερόεντες* aut scribendum esse *ἀχαίνην* aut certe sic pronunciari oportere. Injuria vero casus obliqui *κεντρῖναι* ab Albertio ad Hesych. h. v. et Coraeo ad Xenocr. p. 72. et *κεντρίνην* Sch. Nic. Th. 334. ab H. Stephano ad *κεντρίνη* referuntur, maleque Freundius in Lex. Lat. ex masulinis pluralis numeri *ceratinae* et *crocodilinae* Quintil. I. 10, 5. concinnavit *ceratīna* et *crocodilīna.* *Ἀθερῖναι* saepius nominantur quam *ἀθερῖνοι*, intellectu, ut videtur, eodem; nec discreta sunt *ἐργαστῖνος* et *ἐργαστίνη.* — Diphthongum Technici ab hoc genere abjudicant: *τὰ εἰς ινης καὶ ινη ἀποστρέφεται τὴν ει, τὸ δὲ νεοπείνης* (scrib. *γεωπείνης*) *σύνθετον* Philem. 38, 28. Theogn. 44, 3. *τὰ διὰ ινη μονογενῆ μὴ γενόμενα ἀπὸ ἐπιθέτων κύρια*[26] *ἀποστρέφεται τὴν δίφθογγον* Choerob. 270, 5. Zonaras s. *Ἀδραστίνη.*

§. 6. Verum in hoc genere, quod multas habet et proprias causas, aliquantisper immorandum est. De accentu nos certos reddit Arcadius p. 112. *τὰ εἰς ινη ὑπερδισύλλαβα μονογενῆ βαρύνεται εἰλαπίνη, μυρσίνη, θριδακίνη, ἀξίνη, ὑσμίνη*, quorum ultimum originis enexpertae, primum a *λάπτω, λα-*

---

25) Idem affert *Κωλετίνης* i. q. *κωλώτης*, et *σταβατῖναι κωπεῶνες*, quod *σταβατίναι* scribendum a *σταβεύς κωπεών*, ut videtur, derivatum.

26) Significat *Ποθεινή* et similia. Apud Theodosium Gramm. p. 66, 22. qui eadem iterat, pro *αἰτινίη* scribendum est *Αἰητίνη*, pro *ῥωδακίνη* vero *ῥοδακίνη*, quod et *ῥωδάκινον* s. *δωράκινον* dicitur Galen. de Succid. p. 737. T. IX.

φύσσω, ut veterum nonnulli tradunt EM. 298, 15. derivatum est aut a δαίω (δαίς daps) δάπτω. De ceteris nemo controversiam faciat an sint paronyma, ἀξίνη ab ἀκή ut ascia, acisculus, acieris etc. De quantitate Herodianus de Dichron. T. III. 291. τὰ εἰς ῑνη παράγωγα ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς ἐκτείνει τὸ ῑ, Αἰητίνη, ἰατρίνη, θριδακίνη, ἡρωίνη, Ὠκεανίνη, χωρὶς τοῦ εἰλαπίνη καὶ τοῦ Μολυβδίνη· ἔστι δὲ πόλις.[27] Ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς ἔφην διὰ τὸ σατίνη, Ἀσίνη, μυρσίνη· οὐκ ἐκεῖνο ἀποφαινόμενος ὡς τὰ τρισύλλαβα συστέλλει· πολλάκις γὰρ ἐκτείνει, δωτίνη, ὑσμίνη, πυτίνη. Plura quam hi complexus est Theognostus in canone orthographico p. 113, 31. Ἀσίνη ἡ (πρὸς) Ἑρμιόνη (Ἑρμιόνῃ), σατίνη, εἰλαπίνη, μυρσίνη, Ματίνη (Μαντίνη) Μολυβδίνη, κηρυκίνη, θριδακίνη, φίνη, ἀριγίνη (Ἀρικίνη) ἐριγίνη (Ἐρυκίνη) ἡρωίνη, δωτίνη, Αἰητίνη, Μενεκίνη ἡ πόλις, μελίνη κέγχρος, χοιρίνη ἡ δικαστικὴ ψῆφος, Καρίνη ἡ πόλις, Ὑρμίνη, ὑσμίνη, Εὐκολίνη, Λογίνη, quae quomodo pronuncianda sint significat ipso ordine et collocatione exemplorum. Namque sex quae primum locum obtinent, penultimam brevem habent; quae sequuntur, in quantum nota sunt, longam. Primum κηρυκίνη ad synonymum κηρύκαινα[28] eandem proportionem habere videtur quam βολβιτίνη ad βολίταινα, ἰατρίνη ad ἰάτραινα, unde colligitur iota longum esse ut in proximo δριθακίνη. Pro φίνη incertum utrum ὀρφίνη reponendum, quod Hesychius καλάμη μελίνης interpretatur ceteroqui ignotum, an φορίνη, cujus media, quia longa est, in codd. Poll. VI. 55. et alibi per ει scribitur ut περιφόρειvος olim Athen. IX. 383. F. sed κοφίνη si unquam receptum est v. Meinek. Com. Fr. T. II. 768. certe masculini simile fuit. De

---

27) Mendose Arcad. 195, 7. τὸ δὲ ἠλατίνη, μολυβδίνη ὀνόματα πόλεως. Μολυβδάνα urbs Steph. fortasse eadem est.

28) Suidas Κηρυκαίνας λέγουσιν Ἀλεξανδρεῖς γυναῖκας αἵτινες εἰς τὰς αὐλὰς καὶ συνοικίας παριοῦσαι (παρίασιν) ἐφ᾽ ᾧτε συναγείρειν τὰ μιάσματα καὶ ἀποφέρειν. Easdem Hesychius significat Κηρυκίνη ἡ καταρωμένη. Sic illae vocatae videntur quia pannos menstruales et ceteras sordes conclamabant ut nostri κοπραγωγοί solent, vulgo abominatae ob foedum negotium, quo illas quoque aulae Alexandrinae ministras implicatas suspicor, quas Athenaeus VI. 256. E. πλήρεις πάντων καθαρμάτων dicit.

sex sequentibus nulla est dubitatio. Pro milii nomine graeco (v. Varr. L. L. V. 31.) producere possum poetae testimonium nullum praeterquam Sophoclis in Triptol. VII. κνήμη μελίνης, si quidem haec verba, ut Ellendtius suspicatur in Lex. Soph., in principio senarii posuit; paronymon esse colligo ex Plin. XXII. 63. *panicum Diocles mel frugum appellavit,* et Galen. Temp. Simplic. VI. 875. T. XI. ἔλυμος καλεῖται καὶ μελίνη ὅμοιον κέγχρῳ, quam Theophrastus minus dulcedinis habere dicit. A μέλι igitur μελίνη. Huic quod adjacet χοιρίνη *porcellana*[29] ex adjectivo factum est substantivum mutata prosodia ut σταφύλινος σταφυλῖνος. Καρίνη urbs Mysiae esse videtur quae alibi Καρήνη scribitur v. Wesseling. ad Diod. XX. c. 3. Quod sequitur Εὐκολίνη mulieris nomen proprium est in Inscr. atticis et blandimentum Hecatae secundum Grammaticum in Ruhnken. Epist. II. 181. Εὐκολίνη ἡ Ἑκάτη παρὰ Καλλιμάχῳ Χαῖρ' Εὐκολίνη, κατ' ἀντίφρασιν οἱονεὶ μὴ οὖσα εὐχερὴς διὰ τοῦ ῑ τῷ λόγῳ τοῦ Εὐηνίνη, hoc est iota longo; quare illud in principio versus iambici positum fuisse videtur. Nam quod Wyttenbachius statuit ad Plut. Conviv. Sept. p. 922. illum Ἑκάλη et Ἑκαλήνη scripsisse, non permittunt verba κατ' ἀντίφρασιν — εὐχερής, nam Hecale fuit vetularum benignissima, planeque errat Cleobulinae nomen in Κλεοβουλήνη mutans, quod cum oxytonis Ἀρτακηνός et Ἀδραμυττηνός comparat. Postremum Λογίνη innotuit ex Epicharmiae fabulae elogio Λόγος καὶ Λογίνα, quod Bergkius in Comm. de Reliqq. Com. p. 149. cum patronymicis vel ut Trypho appellat in Schol. Theog. 389. paronymis confert, quae nemo ignorat; ac legitur nomen viri proprium Λόγος in Inscr. attica n. 284. sed illud patronymicum esse neque ex argumento carminis cognosci potest, neque terminatio cogit.

---

29) Τῶν στρόμβων καὶ χοιρίνων καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων Ath. III. 93. B. accentu mendoso. Nec recte χοιρίναι scriptum Poll. III. 16. pro χοιρῖναι et Athen. XIV. 647. B. ubi placentae significantur non ex suilla, ut arbitror, sed similes concharum. Sed hoc loco Meinekius Vol. III. 641. substituit masculinum χοιρίνης, cujus media brevis. Concha illa hodie γουρουνάκι vocatur v. Coraes ad Xenocr. p. 129. a γουροῦνι id est χοῖρος. Veteres partem corporis praefandam, cui similes sunt porcellanae, porcum et concham nominarunt cf. Add. ad Aj. v. 847.

§. 7. Si Herodiani canon totus et integer ad nos transmissus est, praeter *Μολυβδίνη* quadrisyllaba omnia longam habent penultimam, idque de *ἀθερίνη*, *θριδακίνη*, *ἀπαρίνη*, evincunt poetarum testimonia. His comparanda videntur *Ἀκανθίνη* Arabiae insula, *Ἀχραδίνη*, quod sive paronymon est ab *ἀχράς*, ut Goellero visum de Syrac. p. 52. sive aliunde ortum, melius sic scribitur in plerisque codd. Athen. V. 207. F. quam *Ἀχραδινή* Polyb. VIII. 6, 1. Diod. XIII. 113. Plut. V. Timol. XVIII. *Βολβιτίνη* cujus neutrum *Βολβίτινον στόμα* diversum habet ab *Ἀχραδῖνος* similibusque accentum, *Ἐλεφαντίνη* urbis nomen et mulieris ut *Ἡφαιστίνη* Aegypti uxor, *Κοκκαλίνη* serva.[30] Et appellativa *ἀγκυλῖναι* i. q. *ἀγκύλαι* sive ansae in Mathem. vett. *ἐργαστῖναι*,[31] *κεφαλίνη* pars linguae interior, quam medici radicem linguae vocant, acerina piscis qui graece *κηρίς* dicitur v. Schneider. ad Artedi Synon. p. 104. et polypodum nomina *βολβιτίνη* et *πουλυποδίνη*, illaque ab Hesychio relata: *Ἀβροτίνη ἁμαρτωλή* — *Ἀγκαλίνας Ἀργεῖοι τὰς ἀγκάλας* — *Βουκολίνη κίγκλος τὸ ὄρνεον* — *Κωβηλίνη ἠπήτρια*, a *κωβήλη βελόνη acus* ut *ἀκέστρια* sarcinatrix,[32] et alia reconditiora quam ut ad veritatem revocari possint.[33] Trisyllaba Technicus ipse re-

---

30) EM. 4, 6. *Ἀντίμαχος Ἰαχίνῃ, τοὶ δ᾽ ἆρ᾽ ἀβολήτορες ἄνδρες ἔασι.* Putavi amicae nomen fuisse elegiae inscriptum ut ***Lyde***, ***Lesbia***, ***Nanno***. Sed jam praefero Duebneri correctionem ad Vit. Statii *Ἰναχίδαι· τοὶ δ᾽ ἆρ᾽* —

31) Ad hoc exemplum pro *Κραστῆναι διάκονοι γυναῖκες* scribendum puto *δραστῖναι*. Veterem scripturam *δραστή* Od. IV. 123. nonnulli interpretati sunt *θεράπαινα*.

32) *Κωβήλη* fortasse proprie significavit acum capitatam a *κόβη* caput v. Dissert. II. C. 1. §. 2. p. 91. Capitellum paracenterii sive acus chirurgicae Vegetius nominat. Alterum acus nomen *ὄπεαρ* sive *ὕπεαρ*, *ὀπήτιον* et conversis vocalibus *ἠπύτιον* ap. Hes. s. *Χηλεύσεις*, ab *ὄπη* ductum videtur hoc est foramen subulae — *ἡ τρυμαλιὰ τῆς ῥαφίδος* sive *κύαρ*. Hinc *ἠπᾶσθαι* sarcire mutata vocali ut *κατηφιᾷν* et *κατωπιᾷν* ab *ὄψ ὦπες*.

33) *Ἀγλωστῖναι γογγυλίδες*, *Μακαρίνη ἀνδράχλη* etc. Pro *Κεκραγῖναι ἄγριαι θρίδακες* reponi potest *τετρακῖναι*, idemque sub *Καρυστεῖναι κεκραγέναι*. *Αἰκατερίνη* sine interpretatione positum in Anecd. Cram. I. 124, 20. paullum similitudinis habet cum *ἑκατερίς*, quod est saltationis genus. Sed incidit aliud; Vossius de Philol. II. 2. p. 35. de Catharina martyre loquens, in codd. vett., inquit, ***Aecatherina*** dicitur. Athenarum

gula adstringere ausus non est; quippe et brevia reperiri ut *σατίνη*, quod alii ad *σάττω* referunt, alii ad *θάσσω*, et longa ut *πυτίνη*, cui cognata sunt *βυτίνη λάγονος σταμνίον* Hes. eaque, quae Du Cangius affert *βούττης*, *βοῦττις*, butinus, ab antiquo *πίθος* deflexa.[34] Eadem mensura sunt *ῥητίνη* resina peregrinum potius quam a *ῥέω* declinatum ut Isidorus statuit XVII. 7, 71. a *τέλλη* vel *τελλίν τελλίνη*[35] et plantarum appellationes *βολβίνη* atque *ἑλξίνη*, quam Schol. Nic. Ther. 537. *ἑλκυστικήν* interpretatur, Plinius XXII. 19. *ab eo dictam quod semina habet vestibus adhaerentia.* Hinc conjecturam capimus de aliis paronymis, quae poetarum numeris inclusa non sunt, *ἀλσίνη* a lucis ubi provenit denominata Plin. XXVII. 8. Diosc. Mat. II. 224. *ἰξίνη* cujus gummis visci similis v. Sprengel. ad Theophr. p. 231. sq. ab *ἰξός*, et porro *αἰγίνη* caprifolium Diosc. IV. 14. (omiss. in Th.) *γλαυκίνη* sive *γλαυκία*, *θυρσίνη*, *χυλίνη* et super tres syllabas *ἐλατίνη*, *ἐλλεβορίνη*, *βαλσαμίνη* a balsamo haud dubie ut *καρδαμίνη διὰ τὸ ἐοικέναι καρδάμῳ* Diosc. Mat. II. 154, 272.[36] pariterque ceteras plantas ab aliqua similitudine vel formae vel efficaciae vel saporis odorisve denominatas esse maxime credibile videtur. Sic et

---

locum Athenaeus VI. 325. D. Triglam appellatum ibique Hecaten *Τριγλανθίνην* consecratam esse narrat; quomodo nomen hoc conformatum sit, tacitum tenet.

34) Hesychius *Ὠμοσιάκῳ βουτίνῳ τρυβλίῳ* et Eust. 1163, 31. *τὸν βῖκον οἱ κουρολεκτοῦντες βύτιναν* (sic) *φασίν.* Apparet illo nomine non solum viminea sed etiam figlina significari opera.

35) *Τελλῖναι βάλανοί τε* Marcell. Sid. v. 37. *τελλῖναι ταριχηραί* Diosc. Eup. I. 52, 116. mendose *τελλίναι* Mat. II. 8, 170. Med. Mosq. p. 9. Hippocr. de Diaet. II. 682. T. I. Xenocr. c. 49. — *αἱ τελίνες* (*τελλῖνες*) Paul. IV. 1, 132. *τῶν τελλίνων* Aret. Acut. II. 13, 345. Olympiod. in Aristot. Meteor. p. 26. Paul. VII. 237.

36) Pro *Ἑλμακήνη λειμῶνος σχοῖνος* Hesych. malim *ἑλμακίνη* ab *ἕλος τελματώδης τόπος*, unde *ἕλμα* i. q. *τέλμα*, hinc puto *ἕλμαξ* ut *λεῖμαξ*, et *ἑλμακίνη* ut *δέλφαξ δελφακίνη*. Idem *Βρικίννη εἶδος βοτάνης*, quod Wassius ad Thucyd. V. 11. cum nomine loci *Βρικιννία* contulit, fortasse a *βρίξ εἶδος θριδακίνης* derivatum simplicique consona scribendum est. Pro *σικίννην* Dion. Hal. Antt. VII. 72. in Vat. recte scriptum *σίκιννιν*. Sicinnidis inventor plerumque *Σίκιννος* vocatur v. Potter. ad Clem. Paedag. p. 130. sed insula *Σίκινος* penultima brevi.

μυρτίνη piri oleaeve species, quam Romani murteam appellant, iota longum habet, *μυρτίνη* vero sive *μυρσίνη* myrtum si significat, breviter dici sic ut *Μυρσίνη* feminae nomen proprium et *Μύρσινος* urbis, perspicue et Grammatici docent et poetarum metra declarant Pind. Isthm. VIII. 147. Soph. El. 326. etc. Quippe femininum est adjectivi *μύρσινος*. Nam ut a *μῆλον μηλέα*, a *σῦκον συκῆ*, sic alio terminationis flexu a *μύρτον μυῤῥίνη ἣ τὰ μύρτα καρποφορεῖ* Geopp. XI. 16. Peccat igitur accentus in Moschop. Sched. p. 140. *μυῤῥῖναι παρ' Ἀττικοῖς αἱ κοινῶς μυρσῖναι.* Similiter *πιτυΐνη*, ubi est plantae nomen, quae ab aliis *χαμαίπιτυς* vocatur, non ita ut Passowius fecit, signandum arbitror sed appicto penultimae apice. At si *ῥητίνη πιτυΐνη* Galen. Eupor. II. 24, 472. T. XIV. Geopp. VI. 7. omisso substantivo dicitur *πιτυΐνη* Paul. VII. 18, 294. et 296. sicut *τερεβινθίνη* Geopp. XVI. 9. Paul. VII. 288. pro resina terebinthina, nemo aliter pronunciabit quam masculinum *πιτυΐνος*. Eodemque modo plantarum nomina *πελεκῖνος*, *σταφυλῖνος* discerni ab adjectivis proparoxytonis, ex iis quae prius dicta sunt ante oculos est. Tertio eduliorum vocabula ex adjectivis facta nativam retinere brevitatem documento est *γυρίνη* in Luciani versu, cui aequiparamus *κεγχρίνη* pultis miliaceae nomen et *θριδακίνη* placentae diverse a substantivo *θριδακίνη* i. q. *θριδακίσκη*, quod a *θρῖδαξ* derivatum est ut a *δέλφαξ δελφακίνη* iota pariter producto; postremo *Μαξιναί* (*μάξιναι*) *μάζαι* Hesych. *Ὀξίνη* quoque, sive irpicem designat sive oxyregmiam, natura adjectivum videtur, et *σπαρτίναι* Poll. X. 113. cujus accentum non mutem. Sed *Γενστρίνη γαῦλος* Hes. germanum sine dubio substantivum est. De *μολυβδίνη*, quod est teli genus, dubito.[37]

§. 8. Nomina gentilicia consentaneum est sequi mensuram musculinorum: *Κραστός — ὁ πολίτης Κραστῖνος, τὸ θηλυκὸν Κραστίνη* Steph. etc. *Καρίνη* in Thesauro amphimacri notam accepit ut apud Hesychium *Καρίναι θρηνῳδοί* et *Καρ-*

---

37) Pro *σαρδῆναι* Galen. de Alim. Facult. III. 41, 746. T. VI. Coraes ad Xenocr. p. 202. *σαρδίναι* scribi vult vel *σαρδῖνοι*, quod nomen hodie in usu est.

βῖναι βαρβαρικαί.[38] Sed rectius sine dubio *καρῖναι κύνες* Poll. V. 37. neque secus statuendum de proprio mulieris nomine v. Meinek. Com. IV. 144. aliisque similibus *Καλλίνη* Vit. Pind. Vratisl. p. 10. *Κρατίνη* Clem. Protr. IV. 47.[39] *Ζωπυρίνη* Corp. Inscr. p. 1207. Telesina (nisi italicum est) Martial. VI. 7. *Χοιρίνη* Euripidis uxor, quae alibi *Χοιρίλη* dicitur v. Fritzsch. ad Thesmoph. v. 289. *Μοσχίνη* poetria attica Athen. VII. 297. B. quod nomen ex patronymico in proprium vertisse videtur sicut Eumetis Cleobuli filia a nonnullis vocata est *Κλεοβουλίνη πατρόθεν* Plut. de Pyth. Oracc. c. XIV. De nominibus urbium *'Ανθίνη*, *Δαφνίνη* quae et *Δαφνίς* ut *'Ελεφαντίς* dicitur v. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. I. 313. *Μιλτίνη* Diod. XX. 58. *Φελλίνη* ib. c. 57. *Πλινθίνη* etc.[40] dubito utrum Graeci adjectivorum modo pronunciaverint an porrecta penultima. Quae vero penultimam ex confesso longam habent, saepe in extrema vacillant. Urbs illa Elidis, quam Homerus *῾Υρμίνην* vocat, in Paus. V. 1, 8. *῾Υρμίνα* scribitur aut mendose aut ex contagione dorismi v. §. 9. Stephanus vero *῞Υρμιναν Μενέλαος διὰ τοῦ ᾱ, 'Εχεφυλλίδας ῾Υρμίνην τὰς νῦν ῾Ορμίνας*, et Strabo VIII. 341. *῾Υρμίνη πόλις νῦν οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἀκρωτήριον ῎Ορμινα ἢ ῞Υρμινα.* Similiter illius *πολυσκάρθμοιο Μυρίνης* Il. II. 814. et urbis eponymae *Μυρίνης* Apollon. I. 604. Anth. App. CCCLXXXI. nominativus triplici modo scribitur *Μυρίνα* paroxytonôs, sive urbis nomen est Lemniae vel Aeolicae Xenoph. Hell. III. 1, 6. Polyb. XVIII. 27. Strab. XII. 573. XIII. 662. Galen. de Simpl. Med. Fac. IX. 1, 2. p. 172. T. XII. sive Amazonis Diod. III. 53. et 54. Lesbon. de Fig. p. 184. ed. Valck. et proparoxytonôs

---

38) Nescio an eodem referendum sit *Κάρβις μαστροπός* Hesych. ***carissa lena*** Gloss. *καρβατίνη ὑπόδημα κληθὲν ὑπὸ Καρῶν* Poll. (correctio quam in Parall. 332. adn. 8. proposui inutilis est). Masculinum *Καρινός* semel legitur Paus. I. 44. accentu vitioso et suspectum Sylburgio.

39) Haec a *Καλλῖνος, Κρατῖνος.* A compositis *'Αλκινόη, 'Αρσινόη, 'Αντινόη* Paus. *Αὐτονόη, Λυσινόη, Τιμονόη* Anth. (*Τιμόνοος* Pind.) Notabilis corruptio *Φημῖνος* pro *Φημονόη* Schol. Eur. Orest. 1094. (1087.)

40) In Schol. Il. II. 625. *ἀπὸ τοῦ 'Εχῖνα εἴρηκεν 'Εχινάων*, scrib. *'Εχῖναι.* Hesychius ex illo loco *'Αχινάων τῶν 'Εχινάδων*, consuetudinem vulgarem servans, nam echinus vulgo *ἀχινός* dicitur.

Herod. I. 149. Strab. XIII. 622. Aristid. Or. Sacr. V. 347. Agath. Hist. Praef. p. 5. C. Sch. Il. II. 814. *Μύῤῥινα* vero Harpocr. s. *Ἡφαιστία* et iterata liquida altera *Μύριννα* in multis libris Lycophr. 243. idque Eustathius 351, 30. in homerico loco invenit et cum *Ἤριννα* et *Κόριννα* confert sed repugnant nummi *ΜΥΡΙΝΑ* et *ΜΥΡΕΙΝΑ* inscripti v. Eckhel. Doctr. II. 495. Sestini Letter. T. VIII. 86. et Hierocles Synecd. 661. Attingit haec Theognostus II. 100, 31. sed modo penultimae causa: *τὰ διὰ τοῦ ινα προπαροξύτονα δι' ἑνὸς ν γραφόμενα ἢ καὶ διὰ δισσοῦ διὰ τοῦ ῑ γράφονται Ἄρπινα, Βέλβινα, Καμάρινα, Αἴγινα, Μυκέρινα ὄνομα πόλεως, Φίλιννα, Ἤριννα, Βίτιννα, Κόριννα, Σάλπινα* (sic) *ὄνομα κύριον,*[41] *Μύρινα, οἷς ὅμοιον καὶ τὸ πῖνα ἐπὶ τοῦ ὀστρέου δι' ἑνὸς ν γραφόμενον,* quod nisi additum esset, illum *Μύριννα* scripsisse putarem. Duo enim genera facere videtur, unum quod ν simplex habet nomina urbium et heroinarum eponymarum complexum, alterum in ιννα desinens quo mulieres vocantur. Illius generis quam sit inconstans scriptura vel hoc, unde orditur, nomen ad probandum satis est; namque urbs Elidis et filia Asopi et Oenomai equa modo *Ἁρπίνα* id est *Ἁρπίνη* scribitur Steph. s. *Ὀλυμπία*, Schol. Paris. ad Apoll. I. 752. *τῆς Ἁρπίνης* Lucian. de Mort. Peregr. §. 35. *τῇ Ἁρπίνῃ* Diod. IV. 73. modo *Ἅρπιννα* in melioribus libris Lyc. 167. Paus. et al. v. Tzschuck. ad Strab. VIII. 144. tertiamque formam testatur EM. p. 27, 12. *Ἅρπιννα ὄνομα ἵππου ὅπερ τινὲς διὰ δύο γράφουσι.*[42] Pro *Βέλβινα* sive *Βέλμινα* etiam *Βελβίνα* et *Βελεμίνα* scribitur v.

---

41) Salpinam nullam novi praeter paludem Apuliae v. Cort. ad Lucan. V. 377. Addit *τὰ διὰ τοῦ ινα ἰταλικὰ προπερισπώμενα διὰ τοῦ ῑ γράφονται ἡμῖνα, Φαυστῖνα, Πλωτῖνα.* EM. 667, 37. *τὰ ἰταλικὰ πρὸ μιᾶς τὸν τόνον ἔχοντα διὰ τοῦ ῑ, Φαυστῖνα, Μαρῖνα,* quod ad masculinum *Μαρῖνος* pertinet sed perperam *Μαρίνα* scribitur ap. Theognost. ut *Πλωτίνα* Dio Cass. LXVIII. 5. *Φαυστίνα* LXXI. 19. *Κρισπίνα* LXXI. 33. *Σαλωνίνα* Porphyr. V. Plot. XII. 63. ed. Creuz. etc. nisi ubi metri causa iota corripitur ut *Μακρίνα* Anth. VIII. n. 163. Recte vero *Βηρῖνα* Phot. cod. 79, 102. *Βασιλῖνα* etc. Idem valet de vocabulis urbium italicarum *Ἀκυλῖνα, Κωνσταντῖνα* etc.

42) Lycophro v. 167. *Ἅρπιναν Ἁρπυίαις ἴσην,* aspiravit sine dubio; alibi saepe non aspiratur cf. Boeckh. Pind. Expl. p. 220.

Sieb. ad Paus. I. 21, 3. VIII. 35, 3. ab eodem fortasse etymo unde *Μέλινα* urbs Argolica sed reduplicata litera initiali ut *βολβός, βόλβιτον* etc. Sequitur illa *nunquam concessa moveri* Camarina, mota tamen a scribentibus; nam non proparoxytonon solum legitur sed etiam *Καμαρῖνα* et *Καμαρίνα* Thuc. III. 86. VI. 5. Diod. IX. 76. Fragm. LXXIII. 320. T. IX. Lucian. Pseudol. §. 32. exutumque dorismo *Καμαρίνη* Scymn. Descr. 293. sed damnatum a Criticis quia poetae ultima brevi utuntur v. Boeckh. ad Pind. Ol. V. 4. neque ipse probaverim, etsi hanc scripturam non forte temere invectam credo sed quia paragogi speciem praebet a *καμάρα* ducti; neque enim non probabile videtur urbem nomen accepisse a canalibus Hipparidis fluvii quos Pindarus Ol. V. 27. *ὀχετούς* vocat, canales autem *καμάραι* sive *ἀμάραι* vocantur, proprie quidem fornicati: *ψάλις καμάρα ὑδρορρόη* Schol. ad Plat. 459. sed etiam qui concamerati non sunt: *ἀμάρα ὁ ὀχετὸς δι' οὗ ἐν τοῖς κήποις φέρεται ὕδωρ, τάφρος ἢ ὑδρορρόη* EM. 77, 12. eodemque spectant Hesychii glossae *καλαρῖνες ὀχετοί — καλαρυγαί τάφροι.*[43] Hinc etiam suspicor in oraculo illo *μὴ κίνει καμάριναν* non paludem illam Camarinae vicinam sed quasvis cloacas declarari. Accentum a Technicis traditum confirmant *Γαλάρινα* ejusdem Siciliae oppidum et *Μυκέρινα* Aegypti ut videtur. Semel nec sine vitii suspicione *Αἰγίνη* legitur in Il. II. quod si Stephanus comprobasset, gentilicii formam usitatissimam *Αἰγινήτης* hinc potius ortam dixisset quam ex trope vocalis $\bar{\alpha}$ in $\bar{\eta}$ s. *Βεμβῖνα — Βεμβινίτης ὡς Σταγειρίτης· παρὰ δὲ Ῥιανῷ Βεμβινάτης· ἔοικεν οὖν* (adde *ὡς*) *Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης κατὰ τροπήν, οὕτω καὶ Βεμβινάτης καὶ Βεμβινήτης ὡς Πανύασις κ. τ. λ.* quo loco *Βέμβινα* scribendum est; nam properispasin Grammatici nominibus italicis vindicant. Idem *Ῥέσινα — εἰ μὲν ὡς Αἴγινα τονωθείη Ῥεσινάτης, εἰ δὲ ὡς Τέρινα Ῥεσιναῖος*, ubi non dubito quin *Τερῖνα* scribendum sit, etsi saepius *Τέρινα* legitur Scymn. Descr. 305. et *Τέρεινα* Lyc. v. 726. et 1008. quaesita, ut opinor, synemptosi, quam signi-

---

43) Eckhel. Num. Vet. p. 16. Camarinae nomen ab arabico ***Kamar*** i. e. luna ductum ideoque in nummis lunae signum expressum esse existimat. Sed hoc non convenit urbi a Graecis conditae.

ficat EM. 752, 37. *τέρεινα ἀπὸ τοῦ τέρην Λυκόφρων· ἔστι δὲ καὶ πόλις*, ubi Lycophronis nomen ad ultimum rejici oportet; nec raro *Τερίνα* Scylac. §. 12. p. 5. Diod. XVI. 15. Et porro argumentor *Κάρβινα, Λάρινα, Μάρκινα* sive *Μαμακρίνα*, quorum gentilicia Stephanus in *αιος* exire dicit ut *Τεριναῖος*, antiquitus properispomena fuisse et cetera ad eundem modum latinae consuetudinis exceptis quae penultimam corripiunt *Mutina, Ruspina, Sarsina Σάρσινα* Strab. V. 143. Sed revertor ad graeca, quorum illa, quae retuli, geminatae consonae nullum ferunt indicium sed alia quaedam topicorum huc inclinant *Πελίννα* Arrian. Alex. I. 7, 7. rectiusque *Πέλιννα* v. Tzschuck. ad Strab. IX. 631. Boeckh. ad Pind. Expl. 331. et eodem modo in nummis v. Sestini Lett. VIII. 137. Eckhel. Doctr. II. 146. et inscriptionibus v. Bernhard. ad Dion. 535. quare improbatur *Πέλινα*. Et *Κέρκιννα, Κάρμιννα* saepius scriptum est quam *Κέρκινα, Κάρμινα* Nonn. XXVI. 219. haec ut *Λέτρινα, Κύτινα, Μέλινα*,[44] illa ut *Ἄβιννα* Phot. Bibl. CCXLI. 530. (omiss. in Th.) *Βάγιννα, Βούκιννα* etc. quae si saepius legerentur, fortasse ejusdem inconstantiae exemplum praeberent. Quinque muliebrium nominum, quae Theognostus affert, primum est *Φίλιννα* Arist. Nub. 684. Plutarch. Alex. c. 77. etc. simile masculino *Φίλιννος* Eupol. Fr. p. 518. ut *Κόριννα*[45] dicitur et *Κόριννος* Suid. Pro illo tamen Meinekius usitatius *Φιλῖνος* posuit, cui adjunctum est *Φιλίνη*, quod idem p. 743. Hegemonis fabulae aptius judicat quam *Φίλιννα*, in Theocriti vero Epigr. XXII. Anth. P. IX. 434. ubi est mulieris Syracusanae nomen, e cod. Vat. *Φιλίννης* edidit pro *Φιλίνης*, de quo Valckenarius dubitasse videtur an omnino graecum non sit. Nec sat certus est genitivus *Μελίνης* in catalogo Thespiadum Apollod. II. 7, 8. *Μέλιννα* a *μέλι* derivatum, *Βίτιννα* ab ignoto quodam nomine, unde *Βίτος, Βίτων* et *Βίτω*, et a similibus principiis illa quae Theognostus praetermisit, *Lycinna* Propert. III. 15, 5. quod cum *Λυκῖνος* sic sociatum est ut *Φίλιννα* cum *Φιλῖνος*, a *γυρῖνος Γύριννα* et *Γυριννώ ὡς ἐρατός Ἐρατώ* EM. 243, 52. ut *Μέλιννα* et *Μελιννώ*. Appellativum est

44) Hinc derivata sunt *Κυτιναῖος* et *Μελιναῖος* iota longo ap. Lycophr.
45) Remansit *Κορίννα* Themist. Or. XXVII. 334. C. alibi correctum est.

βασίλιννα et nescio an ex Hesychii glossa *Μαλακίννης παρθένος* eluceat nominativus *Μαλάκιννα παρθένου ὄνομα* vel *ἐπώνυμον*. Alius quis forsitan deminutivum dixerit (mollicella) cui numero Ruhnkenius ad Callim. Fragm. XL. p. 184. ed. Blomf. et Bastius ad Aristaen. p. 632. *Κόριννα*,[46] *Ἤριννα* etc. adscribunt argumento nullo; quis enim demonstrat Erinnae nomen ab *Ἥρα* potius ductum esse quam ab *ἦρ* unde Earine? et vel illo concesso quis dijudicet utrum Domicellam significet an Domninam? *Κόριννα* mihi non magis deminutivum videtur quam masculinum *Κόριννος* sed denominativum. Huic ex appellativis unum apponi potest *κίκιννος*, quod cum latino *cirrus* majorem quam cum *κόννος πώγων* habet significationis similitudinem; *Ἀρβίννη κρέας Σικελοί* Hes. est latinum *arvina* sed a graecis delapsum fontibus v. Parall. p. 74. Femininis *ἐλιννύς* et *ἐριννύς* plerique alterum $\bar{\nu}$ detrahunt nec demonstrari potest necessarium esse. Illud EM. recte ab *εἴλειν* repetit *ἵνα* (*ἐλινύειν*) ἢ *τὸ ἐν τῷ αὐτῷ εἰλεῖσθαι καὶ στρέφεσθαι*, huc et illuc se versare, tergiversari, cessare, quae est propria verbi *στραγγεύεσθαι* significatio, similique paragoge verba producuntur, ab *ἄγω ἀγινέω*, *ὄρω ὀρίνω*, unde fortasse *Ἐρινύς*. Et ab *εἰλῶ* etiam *σέλινον* fictum est iota, ut cetera, longo, sed *ἕλινος* (*ἕλιξ* palmes) brevi. Ultimum sit *σκορδινᾶσθαι* sive *κορδινᾶσθαι* id est *διαστρέφεσθαι* sive *ἐκτείνειν τὰ μέλη* *toto corpore extendi*, quomodo Festus verbum pandiculari interpretatur. Primitivum est *σκορδάζειν σπᾶσθαι* Hes. quod interpretamentum etiam verbo *σκορδινᾶσθαι* convenit.

CAP. V.

De nominibus in ον— ων— *et* υν— *exeuntibus.*

§. 1. In $\overline{\text{ονος}}$ duo, non amplius, reperiri, ait Theognostus Cram. II. 68. *Μύκονος* et *Ἤδονος ὁ ποταμός*, omissis

---

46) Lexicographi nostri afferunt *κορίνη puella* et *κορινναῖοι e clanculario concubitu nati*, illud ex Philostr. V. Apoll. II. 22, 74. *τὰ λευκὰ τοῖς μέλασι, τὰ πυρσὰ τοῖς ὠχροῖς μίγνυσιν ὥσπερ αἱ κορῖναι*, pro quo *Κειρῖναι* scribendum est ex notissimo Homeri loco. Adjectivi testis, quem illi quaerunt, est Hesychius *Σκοτίους τοὺς μὴ ἐκ φανερᾶς μίξεως γεγονότας, ἔνιοι παρθενίους, ἄλλοι κορινναίους*.

appellativis διάκονος et ἄκονος ἢ ἄκινος Diosc. quibus causa nostra non contingitur. Femininorum unum in ᾰ exit Τόρουνα urbis nomen; appellativa ἀγχόνη, αὐονή, βελόνη et reliqua[1] protuli ad Buttm. Gramm. p. 405. quibus adnumerandum πλειόνη sive πληιόνη Pleias Pind. Fr. LIII. si a πλέω propagatum est, minus vero si, ut Vossius suspicatur ad Arat. 253. a πλειών. Et de propriis Αἰσιόνη, Ἀνθεμόνη Dionys. Antt. I. 49. Δηριόνη, Δειριόνη Alciphr. III. 45. Μηριόνης, Ἰλιονεύς, Ὀθρυονεύς disceptari potest utrum paragogen bisyllabam habeant an subjecta sint masculinis in ων, qualia similiter terminatis Ἠϊόνη, Ἑρμιόνη, Γηρυόνης, Ἠιονεύς, Δηιονεύς praecedunt. Neutrum nullum praeter Ἄθμονον. — Masculina in οινος excludit Theognostus II. 68. τὰ διὰ τοῦ υνος οὐκ οἶδε τὴν διὰ τῆς οι γραφήν, Πάχυνος etc. qui Δίποινος et θέοινος sciens praetermisisse videtur ut composita. Feminina praeter Δίποινα Arcadiae oppidum duo sunt, ἀγκοίνη ab ἀγκών productum et μενοινή a μένος potius quam a fictitio μενή, unde Herodianus EM. 596, 38. illud sic ut ab ἐδή ἐδωδή reduplicatione finali extitisse credidit. Huic adhaeret adjectivum μενοινής πρόθυμος Hes. — Quae congenerem diphthongum in penultima habent, ratione carent Ἐδοῦνοι ἔθνος Suid. Καμοῦνοι gens Rhaetiae Strab. IV. 206. (omiss. in Th.) Ταυροῦνος fluvius Arrian. Ind. c. IV. βελλούνης buteo Hes. Νεπουνίς Amazon Lyc. Ἴξουνα ἡ βοόστασις Hes. Περιγούνη Sinnidis filia Plut. Thes. c. VIII. syntheton videtur ut Μελιγουνίς. — Nominum in υνος exeuntium magnum numerum coegit Herodianus de Dichron. 287. T. III. qui omnibus ypsilon longum tribuit excepto si sigma praecedat δεσπόσυνος, θάρσυνος, πίσυνος — τὸ δὲ μόσυνος ἐκτεταμένον ἔχει ἀπὸ γενικῆς γενόμενον, genitivos autem vocalem longam habere Φόρκυνος, Πόλτυνος, cujus genitivi alia forma utitur Stephanus s. Μεσημβρία — Πολτυμβρία ἡ Πόλτυος πόλις, cui vicinum sine dubio fuit Πόλτυνος ὄρος Anecd. Bachm. T. I. 449. De ana-

1) Pro ταρπόνη Arrian. Mar. Erythr. p. 178. vel ταρπάνη scribendum videtur vel ταρπίνη, utrumque a τάρπη. Στορόνη quod cod. Harl. praebet Aret. Diut. I. 2, 297. aeque obscurum est ut quod vulgo legitur στορύνη. Longius producta ἱμονία et στελμονία alibi attigi.

drome genitivi quod dicit, Grammatici etiam de *ὄρκυνος*, cujus primitivum est latinum *orca, κίνδυνος* et aliis pronunciant v. Parall. 138. et 170. quorum origo ultra memoriam jacet. *Λάμυνος* sive *Λάβυνος* quod idem affert, fluvii est nomen v. Bast. ad Greg. 388. In Theognosti catalogo II. 68. unum *Ῥόσχυνος* fluvius esse videtur qui ab Avieno in Ora marit. 567. Roscinus dicitur media brevi; *Ὄρδυνος ὄνομα ποταμοῦ* ignotum est sed mons Lesbi hoc nomine vocatur Theophr. H. Pl. III. 18, 13. quem Plinius Ordymnum dicit ut *Σίγυμνοι* in Orph. Arg. 759. *Σίγυννοι* vero sive *Σίγυνοι* ut nunc scribitur Apoll. IV. 320.[2] *Κόρυνος* quod addit, idem esse videtur jactus nomen quod Photius refert *κάρυννος* vel *κήρυνος* Meinek. T. III. 232. Desunt illi *Κόρδυνος* sive *Κόρδυνον ὄρος* v. Reimar. ad Dion. Cass. LXVIII. 26, 1141. *Χέσυνος ποταμός* Marcian. II. 99. quorum et etymon ignotum et prosodia; *Μακύνου τείχη* in principio hexametri Anth. IX. 518. id est urbs Aetolorum, cui nomen *Μάκυνα* sive *Μακύνεια*, hodie *Μακρυνοῦ*, unde Coraes suspicatur a *μῆκος* derivatum esse ad Strab. p. 211. *Ὄφρυνος* longa, reor, media, licet *Ὀφρύνειον* corripiat Lycophr. 1208. ubi in Gloss. et Schol. *Ὀφρυνός* editum est contra canonem Arcadii p. 66. qui nomina sic terminata gravari dicit nisi sint ethnica ut *Βιθυνός, Μαριανδυνός*.[3] Praetermitto *Φάλυνος*, quod et *Φαλῖνος* scribitur v. Schneider. ad Xen. Anab. II. 1, 18. et alia aeque incerta.[4] Appellativorum pleraque cum

2) Eadem est inconstantia appellativi de quo erudite disserit Fritzschius ad Thesmoph. v. 1197. nec constat latinum ***prunum*** antiquius sit an graecum *προῦμνον*. Sed columen columna ex *κολώνη* natum videtur ut Portumnus ex Portunus.

3) Contrarium dicit Stephanus *Μαριάνδυνος βαρυτόνως*, sed excidit *κατὰ τοὺς Αἰολεῖς* ut Berkelius docet. In bisyllabis Arcadii p. 112. *τὸ φρυνή καὶ γυνή ὀξύνεται τὸ ῡ βραχὺ ἔχοντα*, illud *Φρυνή* neque notum est neque $\bar{\upsilon}$ breve habet; urbis nomen *Κυνή* longius distat vulgato, ac ne constat quidem penultimam brevem esse. Praeterea Herodianus unum *γυνή* excipit. Quare suspicor Arcadium *Φρύνη* scripsisse, idque eo loco quo ***μύνη*** et ***Βύνη*** refert.

4) Pro ***Βάρυνος*** Schol. Apoll. II. 780. scribendum est ***Βώριμος*** sive ***Βῶρμος***, Pro ***Εὔρυνος*** ***τοξοσύνην ἐφεῦρε*** Cram. IV. 255. ***Εὔρυτος*** ille inclytus sagittarius *ᾧ πόρε τόξον Ἑκηβόλος* Apollon. I. 88. Herculis in hac arte magister Theocr. XXIV. 106.

verbis contexta sunt *ἄμυνα*, *εὔθυνα*, *αἰσχύνη*, *τορύνη*, *ἄρτυνος* et *ἀρτύνης*, *εὔθυνος* et *εὐθύνης*, *Ὄλυνος ἀποκάθαρμα* Hes. a *μολύνω*, *Ἀγάθυνος* Corinthii cujusdam nomen Polyb. adjectivumque *θάρσυνος*. Cum nominibus vero *κόρυς* — *κορύνη*, *χεῖλος χελύνη*, *βάθος βόθρος βόθυνος*, a proprio *Δελφοί δελφύνη* vel *δέλφύνης* draco Python. Urbis *Ταμύναι* et Cereris *χαμύνης*, quam Spanhemius ad Call. H. Dian. 3. tacite in *χαμεύνην* mutat, quae sit prima positio (*χάμυνα* an *χαμύνη*) et quod etymon, dicere nescio. *Ὀδύνη* sunt qui cum *δύη* cognatum putant (ut *δύρομαι ὀδύρομαι*) et *λάγυνος* seu *λάγηνος* cum *λαγών*, *γέρυνος* cum synonymo *γύρινος*, sed de *σιβύνη* et *σίγυνος*, deque neutris *ἄβρυνον* et *κάρυνον* sive *κάροινον* nemo speret quidquam non prorsus improbabile dici posse. Adjectivum *θάρσυνος* ut a verbo potius repeterem macroparalecto quam a *θαρσύς*, permovit me paronymorum novitas raritasque; *ὄξυνος* Geopp. VI. 5. et Hes. s. *Σίτανον* docti in *ὄξινος* vel *ὀξίνης* mutandum censent v. Coraes ad Plutarch. T. VI. 374. sed herbae nomen *ὀξυνίς* i. q. *ὀξαλίς* rumex apud Neophytum legitur v. Salmas. Plinn. p. 906. C. et urbis *Ὀξύνεια* Strab. VII. 327. *γλυκόξυνος* Du Cangius affert. *Πάχυνος παχύς* Herodian. l. c. Arcad. 193. et Anecd. Bachm. l. c., hodieque usitatum est *βραδύνη* vespera (italice *sera*) et *ταχύνη* *ἡ πρωΐα*, interdum per iota scripta v. Coraes ad Plutarch. Stoch. T. III. 33. Obscurum illud Empedoclis *σχεδύνη φιλότης*, quod Plutarchus *σχετικήν* interpretatur v. Sturz. p. 230. Buttmannus in *σχεσύνην* vertit; sed *πίσυνος*, quo exempli causa utitur, Grammatici non retulissent inter *μονήρη*, si illud apud poetam omnibus notum atque tractatum invenissent. Quare *σχεδίη* praetulerim intellectu connectendi et continendi, quem habet substantivum *Σχεδίη συνάφεια* Hes. Geminatae liquidae exempla praebent propria incertum unde derivata *Ἄργυννος*, *Ἕρκυννα*, *Κίκυννα* Schol. Arist. Nubb. 134.[5] et

5) Theognostus II. 101. hoc refert inter proparoxytona *χέλυνα*, *εὔθυνα*, *ἔρυνα*, *Δίκτυννα*, *σίγυννα*, quorum primum et ultimum non legitur, tertium corruptum videtur pro *Ἕρκυνα*, quod propius quam *Μόργυνα*. In Arcadii regula de nominibus in *υνη* p. 194. multa exciderunt quae ex Herod. de Dichr. 287. facile restitui possunt.

Δίκτυννα, quod saepius uno *ν* scribitur, a monte Dicte. Ex aliis terminationibus praeter proprium *Κερύνης* succurrit *Τερύνης ὄνος τετριμμένος* Hes. ab eodem verbo unde *τρυσίππιον ὁ χαρακτὴρ τῶν τετρυμένων* et aeque dubia *Τερίνη ἡ τετριμένη* Hes. *τορύνη ἡ καταπεπονημένη* Anecd. Bachm. I. 449. Ad extremum *βασυνίας*, cujus origo latet, et *στηθύνιον* Phrynichi judicio damnatum.

§. 2. Usitatam Romanis paragogen *colonus, patronus, matrona, caupona, annona* etc. Graecos quoque frequentasse exempla declarant ad Buttm. p. 405. proposita. Sed graecorum nominum major varietas, praesertim femininorum. Pars enim paraschematismo constat *γόγγρος γογγρώνη, χέλυς χελώνη, ἄτρυτος Ἀτρυτώνη, θυῖα* (*θυιάς*) *Θυώνη*, pars terminationem significabilem habent, ac gentiliciam quidem, *Ἀργειώνη ἡ Ἑλένη* Theogn. p. 115.[6] cf. ad Buttm. 440. patronymicam *Ἀκρισιώνη, Αἰνειώνη, Ῥειώνη* quod Theognosto reddendum p. 115. pro *Ἠριώνη*, vel ex eo genere quod denominativum dicimus *βρύον βρυώνη, ἄργεμον ἀργεμώνη, Ἁλώνη διὰ τὴν ἐργασίαν τῶν ἁλῶν* Steph. et *Μεθώνη ἀπὸ τοῦ μέθυ*, sed si illud ab *ἅλων*, area, unde *ἁλωνία* ut *ἀγωνία* ab *ἀγών*,[7] non plus huc pertinet quam cetera, quibus nomina in *ων* praecedunt, ut patronymica *Ἠετιώνη, Ἠλεκτρυώνη*, et paraschematista *μελεδών, μελεδώνη, Κύρτων Κυρτώνη*, Sisapo Sisapone v. Parall. 146. et denominativa a *μελεδών μελεδωνός*, a *λειμών Λειμώνη*, a similibus *Μηκώνη* et *Κωδώνη* Aeneae filia Dionys. Antt. I. 49. *ἰασιώνη* herba. Eustathius ad Dion. 327. *κατὰ Παλλήνην τόπος τις κατὰ παραφθορὰν Τορώνη λεγόμενος* significare videtur nomen ex *τορύνη* ortum esse. Idem ad Il. p. 942, 4. *κολωνός* et

---

6) Hoc loco *χελώνη τό τε ζῶον καὶ ὁ στέφανος* lacunosum est; post *ζῶον* excidit *καὶ τὸ τοπικὸν χελώνη ἡ ἄκρα, εἰρεσιώνη ὁ στέφανος*, quo exemplo utitur Herodianus Epim. 229. Pro *Ἰζώνη* scribendum *Βιζώνη*] vel *Ἰτώνη*, pro *Χρυσώνη ἡ πηγή* fortasse *Βρυσώνη ἡ πηγή*. Fontem vulgus *βρύσιν* vocat.

7) Apud Atticos idem utriusque intellectus, apud alios diversus Schol. Eur. Hec. 311. Ab *ἄκρων* summitas profectum videtur *ἀκρωνία ἄθροισμα* id est cumulus Herodian. in Sch. Eum. 184. ut *βουβών βουβωνία*. Sed et ab aliter terminatis *πλαταγή πλαταγώνιον, ὄρον ὀρωνία* (nisi hoc fortuitu congruit).

κολώνη a *κόλος κολοβός* repetit; *κοχώνη* sive *κόχωνον* nostri docti cum latino *coxa* componunt unde coxo i. q. catax et conquexi i. q. incoxavi v. Hand. Tursell. T. II. 31. *χορωνός* corona a *χορός* circulus, et polysemanti *κορώνη* significationes varias ad notionem curvi revocant; *ἐλεδώνη* polypi species fortasse propter cirros (*πλεκτάνας*) denominata est a verbo *εἰλέω*. *Κροτώνη* vero inexplicabile ut multa a Glossographis adnotata.[8] Adjectiva tria reperio *κορωνός*, quod cum *κορώνη* cohaeret, et verbalia *γεγωνός* et *ἰδωνός ὅμοιος* Hes. quorum illud terminationem a verbo habet, hoc asciticiam ut proprium *Ποτώνη* sive *Πωτώνη*, quod nihil aliud quam *πετηνή* significare videtur cf. Boeckh. ad Inscr. Nav. p. 289.[9] Nomina secundae declinationis Arcadius oxytona esse tradit praeter *Κόρωνος* quod gravari propter diastolen; sed id quoque acuitur saepius v. Siebel. ad Paus. T. I. 176. et pariter *Οἰωνός*, *Κολωνός* Plut. Quaest. Gr. XL. aliaque substantivis homotona. Regulam sequuntur *Δοκωνός*, *'Εμβλωνός* Oppian. Cyn. II. 115. (omiss. in Th.) *'Οθρωνός* Lycophr. multa vero migrant non solum *Γίγωνος*, *Δώδωνος* Steph. et Sch. Il. XVI. 233. *Εὔδωνος*, *"Ιτωνος*, *Τρίτωνος* Steph. quae propter breviores nominativos *Γίγων*, *"Ιτων*, Eudon etc. ad anadromen referri possunt, sed etiam *"Αλπωνος*, *Κάννωνος*, quod Theognostus oxytonis adnumerat, *Τέρπωνος* urbs in Illyrico sita Appian. Illyr. XVIII. quam vetus interpres *Terpo* reddit, *'Αβώνου τεῖχος*.

CAP. VI.

De nominibus in σῦνος et σύνη exeuntibus.

§. 1. Tria illa adjectiva, quae Herodianus in principio superioris capitis propter aequalem penultimae mensuram consociavit, eadem aliam ob causam junxit Eustathius p. 709, 53. *συρακουσία λέξις ὁ πίσυνος ἐκ τοῦ πείσω γενομένη· ἀναλογία δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ δεσπόσυνος, θάρσυνος· τοιαῦτα δέ τινα καὶ*

---

8) *Γρουθώνη γραῖς*, *Γογώνη φάρυγξ*, *Λατῶναι ζειαί* Hes. *Γρονθώνη* Theognost. sine interpretatione, fortasse a *γρόνθος* vel *γρόνθων*.

9) *Πρωτώνη* Platonis soror dicitur in Schol. in Aristot. p. 23. b. 46. ed. Brand. quasi a masculino *Πρώτων*.

τὸ εὐφρόσυνος καὶ κηδόσυνος. Primum horum alii ex πιστόσυνος concisum volunt EM. 673, 30. Orion. 131, 9. cujus nominis testis nullus neque syncope probabilis est, quare praestat a πείσω repetere quamvis a nullo alio verbo bisyllabo nomen hujusmodi emanet. Neque trissyllaborum certa fides. Quidni enim ἁρμόσυνος ab ἅρμων potius, unde ἁρμονία et Ἁρμονίδης, repetamus sic ut χαρμόσυνος, vel mea causa ab ἅρμη sive ἁρμός? Et δεσπόσυνος a δεσπότης ut ἱπποσύνη ab ἱππότης? qua una via syntheton οἰκοδεσποσύνη deduci potest quo oportet. Barbarum est κλεψοσύνη, quod ex novitiis affertur auctoribus; κλεψύνη enim dicendum erat ut πίσυνος, si hoc in exemplum venisset; sed illi sive dubio κλεπτοσύνη scripserunt. Quin ne praesentis quidem temporis huc deflexi exemplum certum proferre possum praeter quod Hesychius nescio unde expiscatus est, Χαιροσύνη χαρά. Nam θάρσυνος, quod Eustathius hic inserit, terminationem a verbo propagatam habet correpta vocali ut βασκαίνω βάσκανος v. C. I. §. 1. αἰδοσύνη perperam in Lexica relatum esse Sinnerus in Thes. animadvertit; κλεπτοσύνη non a κλέπτω derivatum esse sed a κλέπτης colligitur ex similibus δρηστοσύνη, ἐπαιτοσύνη ap. Grammaticum in Endlicher. Anall. p. 107. et πυκτοσύνη. Ergo etiam σκεπτοσύνη Timonis Phlias. a σκέπτης repetendum quamvis inusitato, neque βασκοσύνη, quo Poeta de herbis utitur, habet quo referatur sive verbum sive nomen praeter controversum illud Hesychii Βάσκα μακέλη βασκανία. Sed sunt alia a nominibus primae declinationis femininis ducta, θηροσύνη Oppian. τεχνοσύνη Leonid. Tar. Verum redeo ad adjectiva; quorum non pauca a nominibus secundae declinationis ortum habent: δουλόσυνος ἑταιρόσυνος, κουρόσυνος, sed plura a triptotis γειτόσυνος, εὐφρόσυνος,[1] φιλοφρόσυνος, μαντόσυνος, ταρβόσυνος, γηθόσυνος et κηδόσυνος, quae a nominibus potius quam a verbis (γήθω, κήδω) manasse, ex appositis perspicitur. Postremo χαρμόσυνος a χάρμα vel χάρμη Joann. Zonar. Antt. IV. 184. D. Exposita horum adjectivorum origine sequi-

---

1) Paul. Aeg. I. c. 27. Niceph. Greg. Hist. VIII. 11, 21. A. Andreae Or. in Nativ. Mariae p. 102. T. XII. Bibl. Gall. Olympiod. in Phileb. p. 254. ed. Stallb.

tur ut exponamus progeniem. Adverbia equidem nulla reperi praeter *εὐφροσύνως* Theogn. 766. et *γηθοσύνως* in Hippocratis Epist. ad Damagetum extrema p. 24. (814. K.) ubi in codd. *γηθόσυνος* et *γηθόσυνα* scriptum est. Comparationis in hoc genere vestigium nullum apparet; positionis femininae non multa. Apud Homerum quidem Od. XI. 540. *ψυχὴ Αἰακίδαο φοίτα γηθοσύνῃ*, nonnulli *γηθοσύνη* scripserunt *χωρὶς τοῦ ι* Harl. improbante sine dubio Aristophane qui in Il. XIII. 129. *γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διίστατο* eddit pro *γηθοσύνη*, idque Herodianus ratum habuit propterea quod apud Homerum plurima legantur substantiva *δρηστοσύνη*, *κερδοσύνη*, *μαχλοσύνη*, *ξεινοσύνη*, *πλαγκτοσύνη* (adde *βριθοσύνη*, *δουλοσύνη*, *δαιτροσύνη*, *ἱπποσύνη*, *ταρβοσύνη*, *τοξοσύνη*) ipsumque *γηθοσύνη* saepius, nec raro *γηθόσυνος*, sed masculinum modo, non *γηθοσύνη*. Valentius hoc foret argumentum sicubi *ἡ γηθόσυνος* legeretur. Sed omnino poeta hoc adjectivo non saepe, aliis huic similibus nunquam usus est. Vere tamen ille pronunciavit hoc genus *ἐπὶ τὸ πλεῖον* non moveri. In H. H. in Ap. 137. *χρυσῷ Δῆλος ἅπασα βεβρίθει γηθοσύνῃ* — substantivum substitui potest, totumque versum interclusit Hermannus. Proximum est *εὐφροσύναις ἀοιδαῖς* Pind. Fr. Parth. II. n. 63, 592.[2] et *κιόνεσσι δεσποσύναις* Pyth. IV. 476. ubi nulla est librorum dissensio. Cratinus Fr. LXIX. 89.[3] *Ἥραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει καταπυγοσύνην*, nisi *καταπυγοσύνη* scripsit. Apud Aeschylum Pers. 520 (586.) *δεσπόσυνοισιν ἀνάγκαις* pauci femininum praebent, aliquanto plures Eur. Hec. 96. *τὰς δεσποσύνας σκηνάς* pro vulgato *δεσποσύνους*,[4] idemque in Plut. V. Lyc. c. XVIII. nunc pro *δεσποσύνας* restitutum est. Numerum auget Schol. Eur. Or. 1371. *καλλοσύνας* (*Αἴδας*) *ἀντὶ τοῦ περικαλλεστάτης* et ad v. 1376. *ἱπποσύνη Δαρδανία*, sed rectius alii utrumque pro substantivo accipiunt, quod genus vocabulorum prae ceteris frequens Euripidi: *ἁβροσύνη*, *ἀγνωμοσύνη*, *ἀμνημοσύνη*, *ἀπει-*

---

2) Judith. XIV. 9. *φωνὴ εὐφρόσυνος* cod. *εὐφροσύνης*, quod et illuc convenit.

3) T. I. p. 148. ed. Meinek.

4) *Δεσποσύνη* Matthiae perperam aequiparat cum *θηροφόνη*, de quo Brunckius loquitur.

ροσύνη, ἀπιστοσύνη, δουλοσύνη, δυςφροσύνη, μνημοσύνη, πημοσύνη, τοξοσύνη, τεκτοσύνη,[5] adjectivis autem utitur non motis μαντόσυνοι ἀνάγκαι Iph. A. 761. δουλόσυνος κτηθεῖσα Hec. 449. εὐχαῖς δεσποσύνοις Iph. T. 439. ut Hermannus edidit (424.) pro δεσποσύναις, confirmatque Eustathius p. 918, 49. δεσπόσυνος Εὐριπίδης οὐ μὴν δεσποσύνη. Eademque feminini forma praevalet apud posteriores: ἡ μνημόσυνος Meleag. Epigr. I. 4. ἡ κουρόσυνος Theodor. VI. ἡ γηθόσυνος Anth. Pal. VI. n. 235. Orph. H. XXVII. 14. et apud scriptores numeris solutos: μετάθεσις εὐφρόσυνος Niceph. VIII. 11, 217. A. ᾠδαὶ χαρμόσυνοι IX. 6, 260. E. χαρμόσυνος ἐπέλευσις Eust. 470, 36. His manifestum fit haec adjectiva ἐπὶ τὸ πλεῖον, ut ille ait, generis esse communis. Femininum est in Orac. de V. Plotini v. 45. p. 9. (p. LXXVI. Creuz.) σὺν θαλίῃσιν ἐϋφροσύνῃσιν et Antip. Anth. P. IX. 407. γειτοσύνης καλύβης, Orph. H. III. 5. νὺξ εὐφροσύνη, Apollon. I. 784. et Oppian. Hal. II. 74. γηθοσύνη, quod et auctor Lexici Rhetor. in Bekk. Anecd. p. 232. adnotatione dignum duxit. Πισύνη, quod Passowius recepit, non legitur nisi in Photii glossa Περιωπή, ubi πίσυνοι scribendum ex Thucydide; adjectivum μαχλόσυνος μαχλοσύνη vereor ne ipse confinxerit. De Nonno II. 692. πλαγκτοσύνης ἀπόειπε παλίμπορα κύκλα πορείης, mihi non plane exploratum est adjectivone usus sit an substantivo quod iterat in L. IV. 161. sic ut unus genitivus pendeat ex altero πλαγκτοσύνη πορείας vel πορεία πλαγκτοσύνης, intellectu adjectivi quem ille saepius genitivis tribuit: ὕπνος ἐρώτων XVI. 355. δόρυ χάρμης XVII. 107. ὀρχηθμὸς ὀλέθρου v. 214. μέλος εὐφροσύνης XX. 300. θώρηξ κυδοίμου XXII. 256. etc. Adjectivum ad constructionem aptissimum est, ad sententiam minus, si quidem πλαγκτόσυνος in hominem potius convenire videtur quam in

---

5) Post Euripidem plurima protulit Manetho in quarto libro: ἀλημοσύνη v. 34. πολυπλαγκτοσ. 222. πορνοσ. 314. τεκτοσ. 323. 440. δεσμοσ. 383. παιδοσ. 378. μοιχοσ. 396. μετεωροσ. 436. θεωροσ. 462. κακοδαιμοσ. 462. 475. 594. ἀξιοπιστοσ. 505. et in sexto libro δουλοσύνη 68. 691. 711. μαχλοσ. 130. 190. κλεπτοσ. 207. ὁμοφροσ. 215. ἀλημοσ. 226. μαντοσ. 313. 735. τεκτοσ. 418. 438. ἐμφροσ. 470. ἰδμοσ. 744. sed in quinto ne unum quidem, duo in primo, septem in secundo et tertio cf. Lehrs. Quaest. Epp. p. 279.

viam; neque omnino aliud adjectivum feminine terminatum apud Nonnum reperitur; unum, ut memini, masculinum *γηθόσυνος*. Idem ambigo de mulierum nominibus propriis *Ἀπημοσύνη* Apollod. III. 2, 1. *Ἁβροσύνη*, *Εὐφροσύνη*, *Σωφροσύνη*, *Μνημοσύνη*, Charmosyne in Inscrr. Grut. utrum substantive appellata sint ut *Εἰρήνη*, *Ἀγάπη*, *Νίκη*, *Χλόη*, *Σοφία* Anth. IX. n. 813. et in Inscriptionibus latinis Felicitas, Pietas etc. v. Dissert. IX. an adjectivorum modo declinata Euphrosyne ab Euphrosynus, quod saepe legitur in utriusque linguae Inscriptionibus et *Σωφρόσυνος* Corp. Inscr. n. 2206. *Χαρμόσυνος* n. 2927. Victoria a Victorius, ut ab *Εὔνοος Εὐνόα* Theocr. et ab aliis masculinis vel usitatis vel usitatorum similibus *Πραξινόα* Eunoae domina apud eundem Theocritum, *Ἀριστονόη*, *Ἀρσινόη*, *Θεονόη*, *Ἰφινόη*, *Νικονόη*, *Προνόη* Diod. IV. 68. etc. omnia alio accentu notata quam quae substantivis adnumerari possunt *Πρόνοια* Minervae epitheton, *Ὁμόνοια* Anth. App. n. 210. *Εὔπλοια* Veneris epitheton et navis nomen in Inscr. Naval. p. 83. in aliis *Εὔνοια*, quibus editores accentum appellativorum reddiderunt in utramque partem aeque aptum; nam si Graecis collibuit adjectivum *ἡ εὔνους* vertere in proprium *Εὔνοια* ut *εὔβους Εὔβοια*, certe acuerunt antepenultimam. *Ὑγίεια* sive est Minervae cognomen sive nomen deae Aesculapio natae, sine dubio Salutem significat.[6] Sed de *Εὔκλεια* vix ratio iniri potest utrum idem valeat atque *ὑγίεια* an motionis ritu derivatum sit ab *Εὐκλῆς* ut *Εὐρύκλεια*, *Στρατόκλεια*, *Σωκράτεια*, *Εὐτυχία*, *Εὐσεβία*, *Εὐνομία*. Denique Schneiderus quum dicit substantivum *μαχλοσύνη* reapse nihil aliud esse quam feminini generis adjectivum, nullum utriusque ordinis discrimen relinquit; sequitur enim Cattierii opinionem Gazophyl. p. 55. nomina in *οσυνη* cadentia omnia natura esse adjectiva; sed verius, ut arbitror, Simplicius in X. Categ. *N. γ̄.* b. *δικαιόσυνος Ζεὺς ἀπὸ δικαιοσύνης ὡς εὐφρόσυνος ἀπὸ τῆς εὐφροσύνης*, nam revera substantivorum multo major est numerus et testes ampliores. Homerus quidem unum recepit *γηθόσυνος*, nam *ἁλοσύδνη* quodque Callimachus huic affinxit *ὑδατοσύδνη*, simpli-

6) Mulieris nomen est *Ὑγίεια* in Epigr. quod Jacobsius in T. III. 967. edidit, *Ὑγείη* Append. n. 153. Julia Hygie in Gruteri Inscrr.

cia esse pro *ἁλοσύνη* et *ὑδατοσύνη*, jam ad Aj. p. 486. dixi mihi falsum videri; neque Doederlini auctoritas Synon. T. III. 85. de sententia me deducit potiusque assentiar Vossio vocabula ista cum *ὕδνη* id est *ἔγγονος* composita existimanti, quod cum *υἱός* et *φύω* cognatum videtur. Deinceps inde exempla increbescunt sed nequaquam pari cum substantivis frequentia: *δεσπόσυνος* in H. H. in Cer. *εὐφροσύνως* Theogn. et cetera superius enumerata. Quo loco praetermisi ob quandam dubitationem *ἀπαυλόσυνος* in Leonidae Epigr. Anth. VI. n. 221. ubi leo narratur tugurium ingressus intactos reliquisse incolas:

— — αἰνολέων κεκακωμένος ἀθρόα γυῖα
ἦλθε φιλοκρήμνων αὖλιν ἐς αἰγινόμων.
οἱ δ' οὐκ ἀμφ' αἰγῶν μεμελημένοι ἀλλὰ περὶ σφέων
εἵατο σωτῆρα Ζῆν' ἐπικεκλόμενοι.
χεῖμα δὲ θὴρ μείνας θὴρ νύκτιος οὔτε τιν' ἀνδρῶν[7]
οὔτε βοτῶν βλάψας ᾤχετ' ἀπαυλόσυνος.

Sic Jacobsius ex Plan. edidit pro *ἐπαυλόσυνος*. Mihi vero neutrum ceterorum hujus notae adjectivorum simile videtur, neque *ἀποικόσυνος*, *ἀποδημόσυνος* vel tale aliquid probari posse arbitror. Quam suspicionem adauget correctionis facilitas; nam et sic scribi potest *ᾤχετ' ἄπαυλος ὄρος* ut in Simonidis epigrammate quod ille imitando expressit VI. 217. *ὑλονόμος θὴρ — ἀν' ὕλῃεν ὠκὺς ἴθυνεν ὄρος* et, si quid variare voluit, *ᾤχεθ' ὁ πουλύσινος*, quod ab *ἐπαυλόσυνος* minimum distat sententiaeque pondus addit oppositione contrariorum *nocentissima bestia nocuit nulli.*

§. 2. Substantivis homericis, quae antea commemoravi, Hesiodus adjecit *ἀδρεσύνη*, *ἰδμοσύνη*, *λησμοσύνη* et *φραδμοσύνη*, Solon *γνωμοσύνη*, Xenophanes et Sappho *ἁβροσύνη*, Theognis *δικαιοσύνη* et *μαργοσύνη*, Archilochus *τλημοσύνη*, multaque alia insequuti poetae *ἀγαλακτοσύνη*, *ἀγρειοσύνη* (si vera est scriptura) *ἀδελφοσύνη*, *ἀθωοσύνη*, *ἀϊστοσύνη*, *αἰσχροσύνη*, *ἀκεραιοσύνη*, *ἀλαπαδνοσύνη*, *ἀλιτροσύνη*, *ἀλυκτοσύνη*,

---

7) Jacobsius pro *θὴρ μείνας* corrigit *θερμήνας* satis probabiliter nisi vitium subest proximis *θὴρ νύκτιος* pro *διανύκτιος* (ut *ἐννύχιος*) id est *διὰ νυκτὸς μείνας*. *Ἀθρόα γυῖα* vide ne in *ἄρθρα γυῖα* mutandum sit.

ἀπειροσύνη, ἀπιστοσύνη, ἀοιδοσύνη Gregor. Naz. Carm. XXVI. p. 96. A. et L. p. 120. A. ἀϋπνοσύνη, εἰκαιοσύνη, ἐπαγροσύνη, ἐπιορκοσύνη, ἐρημοσύνη, ἐφηβοσύνη, ἠλοσύνη, θεωροσύνη, κραιπνοσύνη, κακοβουλοσύνη, λαβροσύνη, λεπτοσύνη, μετεωροσύνη, ὀρθοσύνη, σκαιοσύνη, χηροσύνη. Haec ab adjectivis tracta sunt; minus multa a substantivis ἀεθλοσύνη, δειπνοσύνη, ζηλοσύνη, θεσμοσύνη, πηοσύνη, a nominibus in μος vel μα derivatis ἀγερμοσύνη sive ἀγυρμοσύνη, οἰκτιρμοσύνη et σεβασμοσύνη, quibus subjungam δρησμοσύνη quod in H. H. δρᾶσιν significat, apud Maximnm δρασμόν. Ex his quae tertiae adscripta sunt classi, nomina in ος huc deflecti solent ἀνθοσύνη, ἀδοσύνη, διψοσύνη, θαμβοσύνη, καλλοσύνη, κηδοσύνη, μηδοσύνη, χητοσύνη, et in ων ἀρηγοσύνη, γειτοσύνη, καταπυγοσύνη, τεκτοσύνη, παιηοσύνη, ac prae ceteris quae in μων exeunt verbalia ἀλιτημοσύνη, δαημοσύνη, ἐλεημοσύνη, ἐθημοσύνη, ζηλημοσύνη, ἡμοσύνη, θεημοσύνη, τλημοσύνη, μνημοσύνη, quod Grammaticus Cram. I. 411. non ut Cattierius a μνημόσυνος sed a μνήμων derivatum censet, cujus a genitivo propius abest quam a μνήμη et μνῆμα. Itaque tenoris servandi causa etiam παλαισμοσύνη non substantivo πάλαισμα subjungimus sed adjectivo, etsi non reperitur nisi proprium Παλαίμων v. Aglaoph. 1170. et verbum παλαιμονεῖν, quorum ad similitudinem Aristarchus παλαιμοσύνη scripsit Eust. 1587, 40. sed non persuasit poetae imitatoribus Quint. IV. 120. Nonn. X. 332. XXXVII. 581. Maneth. III. 356. Christod. Ecphr. 234. Et ob eandem causam huc referimus παιγμοσύνη Stesich. Fr. LXVIII. κελημοσύνη, κελευσμοσύνη, πημοσύνη, χαρμοσύνη, χρησμοσύνη, quorum aliis adjectiva praeeunt, aliis substantiva, sed illa pluribus, si praesertim conjuncta computamus, quo ex genere unus Homerus sex delibavit ἀγανοφροσύνη, ἀεσιφροσύνη, ἀφροσύνη, ὁμοφροσύνη, σαοφροσύνη, χαλιφροσύνη et cum aliis verbis connexa ἀχρημοσύνη, ἐφημοσύνη, μεθημοσύνη, συνημοσύνη, ὑποθημοσύνη, quibus Hesiodus adjunxit δυςφροσύνη, ἐπιφροσύνη, εὐθημοσύνη, κακοθημοσύνη, Theognis ἀγνωμοσύνη, ἀπημοσύνη, εὐφροσύνη, πολυφροσύνη, σωφροσύνη, Pindarus non plus uno φιλοφροσύνη, post sequuti ἀλιτοφροσύνη, ἀμνημοσύνη, ἐχεφροσύνη, λαθιφροσύνη. Ceterae hujus declinationis terminationes ad derivandum minus aptae habitae sunt; ab — ηρ

unum extat ἀνδροσύνη in oraculo Euseb. Pr. Ev. V. 28, 225. C. et Diod. Exc. VII. 2. in Maji Collect. Script. T. II. p. 2. ab — αις παιδοσύνη Maneth. ab — ις μαντοσύνη Pind. et Emped. et θεμιστοσύνη Orph. H. ab adjectivis ἀληθοσύνη Theogn. πουλυμαθημοσύνη Timo Phlias. et αἰδροσύνη EM. 42, 43. Hoc autem genus universum quo familiarius est poetis, eo minus convenit accuratae et politae orationi. Apud atticos quidem scriptores unum reperitur simplex δικαιοσύνη. Neque copulata illi susceperunt nisi ea quae ab adjectivis in ων exeuntibus derivata sunt; Plato haec: ἀφροσύνη, εὐφροσύνη, σωφροσύνη v. Benseler. ad Isocr. Ar. 363. ἀλλοτριοπραγμοσύνη a Grammaticis enotatum v. Schneider. ad Civ. IV. 444. B. ἀσχημοσύνη, εὐσχημοσύνη, φιλοχρημοσύνη et ἀνεπιστημοσύνη, Aeschines ἀγνωμοσύνη et ἑτερογνωμοσύνη, Xenophon μεγαλογνωμοσύνη et εὐθημοσύνη,[8] Lysias p. 17, 1. πολυπραγμοσύνη, Demosthenes κακοπραγμοσύνη, φιλοπραγμοσύνη, αἰσχροῤῥημοσύνη (in Epist.), idem et Isocrates φιλαπεχθημοσύνη, Thucydides I. 32. ἀπραγμοσύνη et V. 7. ἀνεπιστημοσύνη; quibus similia multa suppeditant extranei: ἀκτημοσύνη Clemens Al. δικαιοπραγμοσύνη Heraclit. Epist. ἐπιστημοσύνη Diog. ἑτερογνωμοσύνη Joseph. ἐχεῤῥημοσύνη Jamblich. ἰσχυρογνωμοσύνη Philo, κοινονοημοσύνη M. Anton. ὀλιγοπραγμοσύνη Plutarch. ὁμοιοσχημοσύνη Aristot. συμφροσύνη Appian. ex simplicium numero αἰδημοσύνη Zeno, ἀστοσύνη Liban. T. I. 322. II. 362. quo loco Thomas ἀστειοσύνη legit, γειτόσυνη Strab. Sunt haec pauca ex magno cumulo decerpta, de quibus nihil affirmare possumus nisi quod ad damnandum parum est, non reperiri ea apud locupletes auctores; utrum vero casu praetermissa sint an quia minus placerent, existimatu difficile. Pollux quidem multa, quae hodie testes nullos aut minus idoneos habent, in numerum recepit, duo reprobavit ἀθεαμοσύνη IV. 9. et πικρογνωμοσύνη ib. 13. quod insuave auditu dicit, simile ἀγνωμοσύνη nihil culpans; alia fortasse praetereundo, sicut censores, ejecit. Nonnullis Atticistae notam apposuere. Thomas ἱππασία λογοποιοί, ἱπποσύνη δὲ ποιηταί — χρηστότης οὐκ

---

8) Ὑποθημοσύνη ab Homero, cujus fabulam enarrat, sumsisse videtur.

ἀγαθότης οὐδ' ἀγαθωσύνη. Pollux III. 85. *ἡ δουλοσύνη ἰωνικόν*, cui familiae inserenda sunt *κελευσμοσύνη* Herod. *κακοφραδμοσύνη* Democrit. Stob. Flor. LXXIII. 62. p. 473, 3. *ἀδημοσύνη* ejusdem VI. 55. p. 82, 19. et quae in Astrologia Luciani brevi se intervallo subsequuntur *μαντοσύνη, τεκτοσύνη, ὑποθημοσύνη* etc. *Ἀδημοσύνη* Grammaticus Bekk. p. 80. a Xenophonte quoque scriptum refert in Memorabilibus, ubi hodie non reperitur, sed Ruhnkenius suspicatur olim sic scriptum fuisse eo loco quo nunc *ἀνεπιστημοσύνη* legimus. Huic vero Buttmannus obloquitur in Lexil. II. 137. Antiatticistas non disserere pro aliis vocibus quam iis quae ab Atticistis reprehensae essent; quod si verum esset, tamen non conveniret in *ἀδαημοσύνη*, a quo Atticorum usus quam maxime abhorret. Aeque non persuadet *ἀδημονία* non a verbo *ἀδῆσαι* sed ab *ἀδημεῖν* derivatum, hoc autem a *δῆμος* compositum esse hoc intellectu quo verbum germanicum *es ist mir unheimlich*. Ita enim disserit, nomina in *οσυνη* a verbalibus originem habere, quae vero non sint verbalia alio deflecti in *ονια*, contraque analogiam fictum esse a Callimacho *ἀπημονία* pro *ἀπημοσύνη* et in Odyss. *ἀδαημονίῃ* commutari oportere in *ἀδημοσύνῃ* quod Harl. praebet. Verum non *ἀπημονία* solum legitur sed etiam *εὐημονία ἐμπειρία* Hes. *φιλοπραγμονία* Schol. Eur. Hippol. v. 72. *παραφρονία* in secunda Petri II. 16. apud deteriores *εὐγνωμονία* et fortasse compluria hujusmodi mihi non animadversa; nuper enim ad haec attendere coepi. Et ex diverso *κακοδαιμοσύνη* Maneth. IV. 462. Suid. s. *Ἀπίκιος*, *εὐδαιμοσύνη* ab Archyta Stob. Tit. I. 76. p. 14, 47. et aliis scriptoribus Doriensibus Euryphamo Tit. CIII. 27. p. 355, 42. et Metopo I. 64. p. 11, 51. frequentissime usurpatum contra consuetudinem magis quam contra analogiam. Quapropter mihi persuaderi non patiar ut *ἀδημονία* aliunde quam ab *ἀδήμων* derivatum putem et in simplicibus *γειτοσύνη* minus graecum censeam quam *γειτονία*, quorum illud cum *ἁρμόσυνος* convenit, hoc cum *ἁρμονία*. Adeo arcta sunt utriusque formae confinia. *Ἡγεμοσύνη* vero si quis dixisset non solum ab illa aberrasset regula, quam Buttmannus vulgo obtinere ostendit, sed ab ea quoque qua sanctum est ut omnia hujusmodi substantiva quartam ab extrema syllabam longam habeant aut,

si haec brevis est, producant tertiam Theognost. II. 115, 17. ut quatuor illa quae Grammatici nominatim excipiunt *ἁγιωσύνη*, *ἀγαθωσύνη*,[9] *ἱερωσύνη*, *μεγαλωσύνη* EM. 275, 42. Moschop. Sched. p. 74. qui quum addit *καὶ ἕτερα*, significat *μακαριωσύνη*, quod Herodianus Epimm. p. 232. apponit, vel *θεοχολωσύνη*, quod Schneiderus ex Schol. Luciani profert, vel *ἰδιωσύνη* ignotum antiquis ut cetera praeter *ἱερωσύνη*. Reiskius autem quum ad Liban. Antioch. p. 356. scribit *solet Libanius substantiva* in *οσυνη exeuntia ab adjectivis in ος formare ut h. l. εὐθυμοσύνη et supra, ni fallor, in Vita ἀλογοσύνη*, de utroque errat; nam nec hoc aliudve simile legitur neque ille *εὐθυμοσύνη* scripsit, quo Hesychius utitur s. *Εὐθυμία*, sed *ἡ τῆς ὅλης* (urbis) *εὐθημοσύνη situs amoenus*. Sed neutrum plurale *τὰ ἡγεμόσυνα* legitur apud Xenophontem, quod est solemnium nomen ut *τὰ χαρμόσυνα* Herod. *τὰ κουρόσυνα* EM. idemque Xenopho in Oecon. bis dixit *τὰ δεσπόσυνα* (*χρήματα*) Thucydides V. 11. *τὸ μνημόσυνον* ab Antiattista observatum. Unde non sequitur Atticos adjectivis *ἡγεμόσυνος* et *δεσπόσυνος* usos fuisse; quo genere illi omnino abstinent; nam *πίσυνος*, quod inter Thucydidis glossas refertur Phot. s. *Περιωπή*, nulli illorum comparabile est neque omnino sui simile habet; quam ob causam vox sicula vel siciliensis habetur Schol. Il. V. 205. Eust. 539, 34. ex *πιστόσυνος*, ut antea dixi, contracta, perspicuo insuetae formationis indicio. Jam quod ad significationem horum vocabulorum attinet, ex ipsis, quae proposita sunt, exemplis pro se quisque fines terminosque huic nominum generi circumscriptos pernoscet, opinor. Sed quia Matthiae ad Eur. Or. 1377. *ἱπποσύνη* negat pro *ἱπποστάσιον*, ut Scholiastes ait, accipi posse, quia nullum vocabulum in *συνη* exiens locum designet, id uno refellam exemplo Agathiae *θηροβότου πρέμνον ἐρημοσύνης* Anth. IX. 4.[10] id est *τῆς ἐρήμου*. Et quis dubitet quin *γειτοσύνη* de loco dici potuerit sic ut latinum vicinitas? Neque aliter accipiendum videtur Hesych. Mil. de Orig. Const. §. 27. p. 68. ed. Orell. *ἀναλα-*

---

9) Saepius scribitur *ἀγαθοσύνη* sed mendose ut *κακοσύνη*.

10) *Τῆς θηροκόμου — ἐρήμου* Apollinar. LXIV. 28. vix discerni potest a *θηρονόμου*.

βόντες τοὺς διαφθαρέντας πύργους τοῖς ἐκ τῶν τάφων λίθοις Τυμβοσύνην τὸ τεῖχος ἐκάλεσαν, hoc est sepulcretum.

CAP. VII.

De affectionibus.

§. 1. De mutatione literarum, e quibus haec constat terminatio, loquutus sum saepius sed cursim et abrupte; nunc exponam articulatius, ac primum de vocali terminationis prima ejusque vel ellipsi vel pleonasmo, tum de ceteris elementis. De alpha igitur haec est Technicorum sententia: *ἀπὸ τοῦ ψῶ ψεδανός καὶ ἐν συγκοπῇ ψεδνός ὡς μηκεδανός μακεδνός* Eust. 207, 22. *ἀπὸ τοῦ κήδω κηδανός καὶ κεδνός* 1421, 22. *ἔστυγον στυγανός καὶ ἐν συγκοπῇ στυγνός* EM. 731, 26. *οὐδὲ τὸ $\bar{α}$ συγκόπτεσθαι ξένον, ἐπεὶ οὕτως ἔχει τὸ σπάργνον, τὸ ἔδνον, τὸ τέκνον* Apollon. Synt. IV. 12, 334.[1] Neque solum alpha simplex tolli contendunt sed etiam conjunctum *ἡ θεράπαινα κατὰ συγκοπὴν θεράπνη* Sch. Apoll. I. 786.[2] Epsilon adjungit Schol. Dion. Gramm. 1137. *τέχνη παρὰ τὸ τευχάνω συγκοπῇ καὶ ὑφέσει· τὰ γὰρ εἰς $\overline{νη}$ λήγοντα προηγουμένου συμφώνου πᾶσαν φύσει μακρὰν ἀποστρέφονται χωρὶς εἰ μὴ ἀπὸ πάθους εἴη ὡς πλήμνη, στρώμνη, ποίμνη, ἀπὸ τοῦ πλήμη, στρωμένη, ποιμένη.* Hic et Schol. Nic. Th. 30. *ἰαμνός* ab *ἰαμένη* sive *εἰαμένη* fictum dicit. Eademque exaeresi etiam iota tolli, *πυκινός πυκνός* EM. 696, 4. *πυρινός πύρνος* sive *πύρνον* Sch. Od. XV. 312. Athen. 114. D. ubi oxytonum est. Sed de *τευχάνη* intercedit Choeroboscus in Sch. Dion. l. c. *τέχνη* a verbo *τεύχω* repetens sicut Sch. Il. XIV. 351. *θαλπνός, τερπνός, στιλπνός* sine ulla ambage ad *θάλπω* etc. reducit, saepeque alii terminationem $\bar{ν}$— vocabulorum stirpibus agglutinari declarant, *στεῤῥός στέρνον* EM. *ἀϊδνές κατὰ πλεονασμὸν τοῦ $\bar{ν}$* Sch. Hes.

---

1) Addit *τὸ δάκνον, τὸ Ἐριχθονίδαι.* Pro illo scribendum est *δάκνω*, quod ex *δαγκάνω* concisum esse alii tradunt. Ceterorum crebra est mentio: *παρὰ τὸ ἥδω ἥδανον καὶ ἕδνον* EM. 316, 41. *παρὰ τὸ τέκω τέκανον καὶ τέκνον* 750, 20.

2) Sic Mitylenaei Belonii temporibus *σφύραιναν* piscem *σφύρναν* appellabant v. Du Cang. Acna sive acnua ex *ἄκαινα* contractum.

Theog. 860. quippe significatio utriusque formae eadem est, ut in verbis κέρχω κέρχνω, sic in nominibus ὄμπη ὄμπνη, μύῤῥα σμύρνα,[3] περκός περκνός, ὀρφός (Parall. 344.) ὀρφνός, πελός sive πελλός pullus πιλνός φαιός Hes. quae antithesis vocalis saepe verborum auctus insequitur πίλνημι, πίτνημι, τίκτω. Sed inter σισύρα et σισύρνα Ammonius aliquippiam interesse statuit. Sic etiam quum duo sint verba diversae potestatis πλέω τὸ πλώω et πλέω τὸ πλήθω, ne qua ambiguitas oriretur, ab illo πλήμη ἡ πλήμυρα derivatum est, ab hoc πλήμνη. Illam vero syncopae suspicionem neque usquequaque respuimus, neque continuo omnia, quae breviora sunt, imminuta esse putamus; nam fieri potest ut utraque terminatio seorsum nata sit modo soni variandi causa ut ὀρφανός ὀρφνός v. Intp. ad Hesych. s. Ὀρφαναία, modo etiam significationis ut λίχνος λιχανός.[4] Idem fit ceteris vocalibus. Φέρενα et φερνή, παίδινος ἡ παιδίσκη Hes. et παιδνός, quod veterum nonnulli a παίζω derivatum putant,[5] τόρονος ὁ τόρνος Ταραντῖνοι Hes. hoc pleonasmo propius, illa ellipsi. Sed utrinque pariter distat στρωμνή, quod ex στορέμνη concisum esse fabulatur EM.[6] nec veriora duco quae Schneiderus in Lex. et alii comminiscuntur στάμνος ex ἱστάμενος, σκύμνος e

---

3) Μύῤῥα ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι Athen. XV. 688. C. Omisi κρυμός, κρυμνός, quia non satis munitum est; Κρῶμος Cram. II. 330. et Κρῶμνος sive Κρῶμνα, fortasse aliqua cohaeret cum κρημνός sive κρεμνός, quod praeferunt Grammatici Cram. II. 384, 12.

4) Δαπάνη et dammum sunt qui componunt; nec repudiandi videntur. Illud Καπανέως δέμας καπνοῦται Eur. Suppl. 497. forsitan Tragicorum commentum fuerit ex etymo καπνός ductum.

5) Παιδνός ἀπὸ τοῦ παίζω ὡς ἀλαπαδνός, ὀλοφυδνός, Schol. Il. V. 683. Eust. 1900, 4. Verum haec a paragogis ducta sunt ut a κομίζω κομιδή, sed a παίζω si Graeci derivassent adjectivum, id παιγνός foret ut ab ἅζομαι ἁγνός.

6) Στρωμνή a βρώμη, γνώμη, ῥώμη differt quod substantiam significat solum non actionem, neque scimus utrum primitivum sit στρώνη ut ζώνη, χρώνη, σμώνη, an quod vulgo sumitur στρώμη. De accentu Cram. I. 48. τὰ εἰς νη μετ' ἐπιπλοκῆς βαρύνεται ὄρφνη, λίμνη· τὸ ἀκμή ἐπὶ ἄκμονος· ἀντιπίπτει τὸ στρωμνή καὶ ἰσχνή καὶ Ἰσχνά πόλις scrib. τὸ ἀμνή ἀπὸ τοῦ ἄμενος (id est ἀμενής v. EM. 84, 30.) ἀμνός — καὶ Ἰχνή καὶ Ἰχνά πόλις, unde Θέμις Ἰχναία.

κνόμενος, *μέριμνα* ex *μεριμένη* v. Dissert. III. §. 6.[7] *Εὔρυμνος*, quod nonnulli ex *εὐρύμενος* contractum putarunt, Hermannus ad Arg. 990. ex errore natum esse ostendit. *Ἰαμνός* vero, quo illi pro exemplo nituntur, nostris in libris fruticem sive *θάμνον*, ut Hesychius interpretatur, et fruticetum significat potius quam *χῶρον ἥμενον* Theocr. XIII. 40. vel *πεδίον καθήμενον* v. Wernsdorf. ad Himer. p. 638.[8] Longas vero vocales extritas esse nec veri simile est nec probatur eo quod Amazon Smyrnae eponyma et urbs ipsa modo *Μυρίνη* dicitur modo *Σμύρνα*.[9] Sed iota hoc aliquanto obscurius promi ostendit nomen *ἠρῴνη*, de quo alibi dixi. — Porrigi autem hanc vocalem in nonnullis adjectivorum temporalium monet Arcadius p. 195, 10. *τὰ παρὰ καιροῦ συντιθέμενα* (sic) *συστέλλει τὸ ῐ, θερινός, νυκτερινός — οἱ δὲ ποιηταὶ πολλάκις ἐκτείνουσι*, non illa quidem sed *ὀρθρινός*, *ὀπωρινός*, *μεσημβρινός*, quibus Ruhukenius Epist. 166. etiam *θαμινός* adnumerat, mendosam scripturam sequens; *κρανέϊνος* ex conjectura illatum est H. H. in Merc. 460. pro *ὑδάτινος* in Matronis versu Athen. IV. 136. C. successit *ὑδατεινός*. Sed Nonnus *κόφινος* usurpavit media porrecta; cujus substantivi usus non admodum antiquus est, etymon Coraes non inepte conjectat ad Heliod. p. 152.[10] Pro *μυρίκη* in exitu versus Opp. Hal. IV. 165. Schneiderus *μυρίνη* posuit, quod vereor ut jure fecerit. Vicissim iota longum corripitur si vocabulum extrinsecus crescit, *ὑσγινόεις* ut *ἀλγινόεις*, *ἀργινόεις* v. ad Aj. p. 184. et *Ἐλευσινίδης, Ἐλευσίνιος*, quod Blomfieldius in Animadv. in Suppl. v. 1. p. 234. ed. Lips. iterum iterumque in *Ἐλευσῖνος* convertit. Inferioris vero ordinis poetae nomina propria breviando iota corrum-

---

7) Sic expediunt etiam latina lamna et aerumna, quod mihi potius ab *αἴρω* propagatum videtur unde *αἴρα* et *aero* ut alumnus, auctumnus, vertumnus, pilumnus. Propriam significationem refert ***aerumnulae***.

8) Sic etiam Columella pisces planos vocavit ***jacentes***.

9) Euseb. Chron. p. 34. Syncell. p. 181. A. *Μυρίνα* (sic) *ἡ παρά τισι Σμύρνα λεγομένη ἐκτίσθη ἐν Ἀσίᾳ.*

10) A *κουφός* id est cavus v. Du Cang. Idem forsitan fuerit cupa (*κούφα* Du Cang.) *κουπήιον ἡ ἐπὶ τῆς ἁμάξης καμάρα* Hes. *κυψέλη ἀγγεῖον πλεκτόν* id. praecipue alvearium sive corbis apium. Ad haec conferunt francogallica ***coffin, coffre.***

punt *Κυρίνος*, *Αἴγινα*, *Μακρίνα* etc. v. Franck. ad Inscr. Richter. p. 35. neque iota solum sed etiam ceteras ancipites *Λουκιανός* ut supra dixi et *Acyndinus* Anth. Lat. II. 144. Sed pro *καστανοῦ καρύου* Nic. Al. 269. aut ut Schneiderus suasit in Indice *καστηνοῦ* scribendum, aut quia huic testis deest, *καστανέου*; castaneas Romani vocant. Nonnus Paraphr. XX. v. 2. Mariam, quae a patria nomen *Μαγδαληνή* accepit, *Μαγδαλίνην* vocavit iota facilius corripi posse ratus quam eta. De quo nominatim cavet Moschopulus Sched. p. 144. *τὰ ἐθνικὰ καὶ τοπικὰ διὰ τοῦ η γράφεται Σαρακηνός, Μαγδαληνός, Ἀγαρηνός, Ῥαιδεστηνός, Ἀμαστρηνός*[11] — sed quod addit *τινὰ δὲ αὐτῶν διὰ τοῦ ῐ Μελιτινός, Ἀδραμυτινός καὶ Παλαιστινός ὃς καὶ Παλαιστῖνος λέγεται*,[12] a vitiosa vocalium appellatione profecta sunt, quae nomina gentilicia ita infuscavit ut quid quoque loco scriptum fuerit vix constitui possit incerto praesertim accentu ut *Πευκηνοί* et *Πευκινοί*, alias prima acuta, alias secunda v. Tzschuck. ad Mel. II. 7, 1. *Παρθηνοί* et *Παρθινοί* v. Fabric. ad Dion. Cass. XLI. 49. Schweigh. ad Polyb. II. 11, 11. VII. 9, 13. *Σκυθηνοί* et *Σκυθινοί* v. Interpr. ad Xen. Anab. IV. 7, 13. (18.) quibus omnibus iota magis convenire videtur quam eta. Nec minor inconstantia in derivatis: *Ἀστυρηνός*, Steph. cui jure postponitur *Ἀστυρινός* diverso ap. Xenoph. et Strab. accentu; *Καϋστρηνός* et *Καϋστρινός* sive *Καϋστρῖνος* v. Tzschuck. ad Strab. XIV. 446. In Stephani loco *Παλική Παλικῖνος ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκῖνος* Hermannus Opusc. T. VII. 320. pro illo *Παλικηνός* scribendum censet, postrema ad *Ἔρυξ* pertinere a librariis forte praetermissum, quia Stephanus suo loco ab *Ἐρυκή Ἐρυκαῖος* declinat. Et sic ab aliis Siciliae et vicinae Italiae[13] urbibus, quae sunt pri-

11) Id est *Ἀμαστριανός*. Proximum a nomine urbis *Ῥαίδεστος* v. Wesseling. ad Itiner. p. 176. Agareni, quos Thesaurus praetermisit, sunt Ismaelitae.

12) Horum nonnulla leguntur in Etym. Gud. p. 3. s. *Ἀγαρηνός* et Orionis Excerptis a Sturzio editis p. 619, 38. *Μεγαληνούς* quos hic nominat, nullos reperio sed regionem *Μεγαλήνην* (sic) in cod. Pass. Herod. VI. 29. ubi *Μαλήνην* vulgatum est. Pro *Ἐλεσῖνος* fortasse *Ἐφεσῖνος* scribendum vel *Ἐμεσῖνος*. *Παλαιστῖνος* Moschopuli urbis Epiroticae incolam significare videtur v. Interpr. ad Lucan. V. 460.

13) *Ἄμπελος Ἀμπελῖνος· ὁ γὰρ τύπος τῶν Ἰταλῶν, Ἀπαισός — καὶ*

mae declinationis, *Ἐγεσταῖος*, *Ἐνναῖος*, *Ἑρβιταῖος*, *Ζαγκλαῖος*, *Ἱμεραῖος*, *Καταναῖος*, *Κασμεναῖος*, *Πολιχναῖος*, *Ὑβλαῖος* etc. *Ἐρυκῖνος* autem quod Stephanus s. *Ἀβακαῖνον* cum *Ἀβακαινῖνος*, *Λεοντῖνος* et similibus componit, ab *Ἔρυξ* repeti convenit ut *Ἄδρυξ Ἀδρυκῖνος ὡς Ἐρυκῖνος ἀπὸ τῆς Ἔρυκος γενικῆς, Ἴνυκος (Ἴνυξ) Ἰνυκῖνος· ἴδιος γὰρ ὁ τύπος Σικελῶν.* Sed idem *Ἐρυκῖνος* ad *Ἐρύκη* referri posse ostendunt alia exempla *Ὀμφάκη Ὀμφακαῖος· ἔδει δὲ Ὀμφακῖνος τῷ τύπῳ τῆς χώρας*, ut *Ἔντελλα Ἐντελλῖνος*, *Ἄλαισα Ἁλαισῖνος* quod male acuitur Diod. XIV. 16. *Πέτρα Πετρῖνος* XXIII. Ecl. 14. quae terminatio proprie assignata est nominibus secundae et tertiae declinationis *Ἑλωρῖνος*, *Ἀσσωρῖνος*, *Ἑρβησσῖνος*, *Ματαυρῖνος*, *Ἰχανῖνος*, *Μοργαντῖνος* — *Ταραντῖνος*, *Βιδῖνος*, *Σολουντῖνος* sed et *Σολούντιος* ut *Σελινούντιος*, *Βυζάντιος* et *Βυζαντῖνος*,[14] *Ἀμόργιος* et *Ἀμοργῖνος* v. Welcker. ad Simon. p. 5. saepe a similibus dissimilia *Μόργυνα Μοργυναῖος*, *Μεσσήνη Μεσσήνιος*, *Πάχυνος Παχύνιος* etc. et ad typum siculum non sicula *Ἀμοργῖνος ὡς Ἐρυκῖνος*, *Ἀργάντη, τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀργανταῖος, ἀλλ' ὁ τύπος τῶν Ἰνδῶν ἢ Ἀργαντῖνος ἢ Ἀργαντίτης*, quibus similia *Ἀγαθῖνος*, *Καλαθῖνος* etc. supra memoravi. Omitto alias vocalium vicissitudines *Ἀλπηνός* et *Ἀλπωνός* Aeschin. Fals. p. 45. et 46. ubi libri aliquot *Ἄλπωνος* praebent, *Δελφύνη* et *Δελφίνη*, et manifestum mendum *θεὸς Δινδυμένη* Plut. V. Themist. XXX. pro quo cod. Par. *Δινδυμίνη* id est — *ήνη* praebet. Alpha Romani plerumque in $\bar{\iota}$ vertunt Catina saepius dicentes quam Catana et semper patina, machina, trutina, buccina, fascinum, balineum,[15] et in aliis terminationibus *λε-*

Παῖσος τῆς Λαυνίας· τὸ ἐθνικὸν Παίσιος ἢ ὅπερ ἄμεινον Παισῖνος διὰ τοῦ ῑ καὶ περισπωμένως τῷ ἔθει τῆς χώρας Steph.

14) ***Byzantinus*** primum reperitur ap. Claudian. in Eutrop. II. 136. cf. ad Buttm. Gramm. 429. Adn.

15) Scaliger ad Varr. L. L. V. fin. p. 158. his apponit *ῥυκάνη* runcina, quod tamen si penultimam longam habet, ut Lexicographi nostri tradunt, non ex graeco conversum sed a latino *runcare* derivatum est ut angina, fodina, et a *σάττω* sagina. Et de buccina dubitari potest utrum sit ipsum *βυκάνη* an a bucca. *Βαλανεῖα* dicta arbitror quia *βαλανοειδῆ* sive *θολοειδῆ*. *Τῶν βαλανείων οἱ θόλοι* — Athen. XI. 501. D. Suidas *Σκίνδαψος ἀφάνα*, quod cum latinis Apina sive apinae, afaniae componitur.

πάστη lepista, *κάναστρον* canistrum, *Ἀκράγας* Agrigentum, *Μασσαλία* Massilia, *Μασσανάσσης* Massinissa v. C. Schneider. Gram. I. 2, 440. *κωμάζω* comissor, sed caccabus, camara [16] et alia eodem quo Graeci sono. Quae vero in superiore disputatione attuli *πεδανός πεδινός*, *πετεινός πετηνός*, *λάγηνος λάγυνος* etc. non ad tropen pertinent sed ad flexuram positionum.

§. 2. Eadem est consonae ratio huic terminationi propriae; cujus loco saepe aliae succedunt liquidae sine ulla affectionis suspicione; quare haec cursim tractabo tanquam aliena. Primum lambda: *Μαργάλαι* et *Μαργάναι* oppidum Elidis Strab. VIII. 107. *ῥαδαλός κραδαλός* et *ῥαδανός ῥαδινός*, *ἀρδάλιον* et *ἀρδάνιον* ab *ἄρδω* unde *ἄρδα* et *ἄρδαλος μολυσμός*, *ἔβελος* et *ἔβενος*, *λωγάλιον* et *λωγάνιον*. [17] Secundo my: *Ἀρσάμης* et *Ἀρσάνης* v. Wessel. ad Diod. XVII. 5. *πύριμος* et *πύρινος*, *Ἄνθιμος* frequens inter Christianos nomen, *Ἄνθινος Ἀμπελίνῳ* in epigraphe Epist. Theoph. Simocatt. LXXXVIII. *ἄνθιμον εἶδαρ* Orph. Lith. pro homerico *ἄνθινον*, *πρώϊμος* et *πρώϊνος* v. ad Phryn. p. 52. *ὀπώριμος* et *ὀπωρινός*, *ἤριμος* Hes. et *ἠρινός*, *δρόσιμος* et *δρόσινος*. Tertio rho: *βλίκαρος* et *βλίκανος ὁ βάτραχος*, quanquam etymon dici nequit; *λεκάριον* et *λεκάνιον* huc non referam quia a diversis principiis *λέκος* et *λεκάνη*, sed placentarum genus *λάγανον* dici suspicor *διὰ τὸ λαγαρόν*, verbumque Hesychii *Λαγρονίτης εἶδος πλακοῦντος* interpretor *λαγανίτης*. Ut autem harum vocum neutra neutri substituta dici potest, ita de detractione consonae non consentimus Grammaticis in EM. 810, 18. Cram. I. 437. II. 425. *ἐκ τοῦ χειμερινός γίνεται κατὰ συστολὴν (ὑποστολὴν) τοῦ ν χειμέριος ὡς ἑσπερινός ἑσπέριος*, quae apud poetarum antiquissimum nunquam *νῦ* habent, neque *πρωινός* ille dicit sed *πρώιος*. Post eum invaluerunt *ἡμέριος* — *ἡμερινός*, *νυκτέριος* — *ινός*, *ὄρθριος* — *ινός*,

---

16) Hoc tamen saepius camera scribitur; non ita saepe Camerina ut Cameria et Camerinum, quae ab eadem stirpe nata videntur. Agrigentum et *Ἀκράγαντα* conferenda sunt cum Tarentum *Τάραντα*, talentum *τάλαντον*, contra posito Calendae *Κάλανδαι*.

17) *Τὸ ἀργινόεσσα γράφεται καὶ ἀργιλόεσσα κατὰ στοιχείων συγγένειαν* Eust. ad Dion. 1166. *Ἄβιννα Λιβύης ἄκρα* Philostr. V. Apoll. V. 1. 188. vulgo *Ἀβύλη* vocatur; in Thes. utrumque omissum.

et ex alio genere *οὔριος οὔρινος*, *ὄρφνιος ὄρφνινος* et *ὄρφινος*, in quibus libri variant Aristot. de Color. V. 795, 19. Ath. XII. 535. F. et apud eundem *φοινίκινος* (*οἶνος*) et *φοινίκιος* v. Meinek. Vol. III. 328. *χιόνινος* et *χιόνιος* IX. 375. D. pro quo *χιόνεος* dici solet.[18] Hic nulla contingit affectio sed terminationum libera flexio ut *ἀνθρώπινος ἀνθρωπικός ἀνθρώπειος*, *ὀστράκινος ὀστρακοῦς ὀστρακηρός*, quae Grammatici adnotare solent sed ob aliam causam: *ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ ἀνθρωπίνη* Thom. *κεράμινος ἀντὶ τοῦ κεραμεοῦς Ἡρόδοτος* Antiatt. Bekk. 102. *κεραμεοῦν ἀττικόν, ὀστράκινον ἑλληνικόν* Moer. neque illi *χρύσινος*[19] admiserunt vel *ἀργύρινος* vel *χάλκινος* v. Has. ad Leon. p. 404. nam *ὀρειχάλκινος*, quo Plato utitur, parasyntheton est ut *ὠμοβόϊνος*, ad ultimum *μολιβδοῦς* Pherecratem auctorem habet, *μολύβδινος* Aristotelem v. ad Phryn. 148. Singulare paragogae exemplum est *μηλινόεις* Nicandri pro *μήλινος*,[20] nam *Ἐχινοῦς* et *Μυῤῥινοῦς* a substantivis derivata vunt, *αἰγινόεις* et *ἀγχινόεις* suspecta. Verum illa jam affectio dici potest si poetae adjectivis materialibus, quorum antepenultima longa, epsilon inserunt: *ἐλαΐνεος, ἰτρίνεος, κεδρίνεος, λυγδίνεος, λαΐνεος, μυρικίνεος, πυξίνεος, φηγίνεος*, quare etiam pro *ἐλεφαντίνην* Coluth. 314. substituendum est *ἐλεφαντινέην*, quo utitur poeta in Anth. App. n. 209. Eodem modo Latini vocabula illa augent non solum quae materiam significant abiegineus, coccineus, fagineus, oleagineus, smaragdineus, tiliagineus, sed etiam quae colorem albineus, caligineus, galbineus, lactineus. Sed differt quod haec sermonis sunt propria, illa

---

18) *Πελινόν τὸ πελιδνόν* Anecd. Bekk. 293. forsitan corruptum ex *πελιόν*, simile tamen Nicandri verbo *ἐχιναῖος*. Pro *ὀθόνιον πρόσωπον* in Fragm. Com. T. II. 663. n. IX. scribendum est *ὀθόνινον*, nec extimescenda epallelia; nam dicitur *βαλάνινος, σχίνινος, πρίνινος*.

19) *Ἄνθος — καὶ ἄνθινος ὡς χρύσινος· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄνθινος, εἰ μὴ στέφανος προσκεῖται, ἀτελές ἐστι, τὸ δὲ χρύσινος μόνον ἀεὶ λέγεται καὶ δηλοῖ νόμισμα* Moschop. Dict. Att.

20) *Ἰχθύϊνος* et *πιτύϊνος* non admodum antiqua sunt, *βοτρύϊνος* non reperitur hodie sed Suidus *Βότρυν τὴν βοτρυΐαν ὀπώραν*, quod sine diaeresi scribendum videtur ut *νήδυιος* etc. Pro *Μαχλυΐνη* Lucian. Toxar. §. 44. recte nunc scribitur *Μαχλυηνή* typo anatolico; graeco magis *Λιβυστῖνος, Λιγυστῖνος*.

vero, ut ante praedixi, poetica praeter ἐρίνεος sive εἰρίνεος, quo Herodotus et Hippocrates usi sunt; neque enim extat trisyllabum εἴρινος ut et latinorum nonnulla breviore forma carent: arundineus, pancarpineus, hirundineus, Cupidineus. De substantivorum epenthesi nihil constat. Nam arboris nomen ἐρινεός credibilius est derivatum esse a fructu τὸ ἐρινόν ut μηλέα a μῆλον et similia v. Parall. 337. quam a synonymo ἐρινός, cujus testes perpauci sunt et non admodum antiqui.[21] Ῥοδακινέα autem, quod pro ῥοδακινόν vel ῥοδακηνόν usurpatur, forsitan ne graecum quidem v. Bernard. ad Nonn. c. 87, 291. Niclas. ad Geopp. X. 13. De vocali terminationis ultima nihil est quod adnotem praeter tropen literae eta doricam, non solum in nominibus doricis ut Σμικρίνας Tarentinus Diod. XVI. 37. Κορκίνας sive Κροκίνας Larissaeus XIV. 3. Μοργαντίνα XI. 78. Κοττίνα meretricula Lacedaemonia Athen. sed etiam in communibus δρυΐνας Artemid. IV. 56, 368. Schol. Nic. Th. 411. κεγχρίνας Eutecn. Metaphr. p. 340. γλυκίνας Athen. XIV. 645. D. κερατίνας Lucian. Conviv. §. 21. σπαρτίνα Poll. VII. 118. ὀξίνα ἐργαλεῖον γεωργικὸν σιδηροὺς (sic) ἔχον γόμφους Hesych. nisi hoc a scriptore profectum est dorico.[22] Damnat haec Photius ὀξίνην τὸν οἶνον οὐκ ὀξίναν. Jam pertractatis quae ad causam pertinent, paucula addam quae extra causam sunt; primum ante terminationem ῑνος, si subnectitur nomini pure terminato, saepe omitti quae antecedunt vocales, ξυγία ζυγινός Theophr. H. Pl. V. 3, 3. (omiss. in Thes.) παρὰ τὸ μελία γίνεται μελίινος καὶ συγκοπῇ μέλινος καὶ πλεονασμῷ μείλινος EM. 582, 23. neque iota solum sed epsilon quoque ὄστι-

21) Ab ἐχῖνος derivatum ἐχινῆ sc. δορά Arcad.

22) Meinekius Com. Fragm. I. 424. aeolicum putat pro ὀξίνη. Haec tamen dentata non est. Equidem irpicis nomen graecum latinumque occa ab ὀξύς derivatum puto. Arcadius p. 22. τὰ εἰς ῡνας βαρύνεται εἰ μὴ ὑποκοριστικὰ ἢ ἐπὶ σκώμματος, ἑρπύνας, ξένας· Μηνᾶς μέντοι καὶ Ζηνᾶς ὑποκοριστικά. Τὸ δὲ δεκᾶς περισπᾶται ὅτι ἐπιτάσσεται. Pro ἑρπύνας substituam ἀρτύνας, pro eo quod sequitur ὀξίνας. Postrema Salmasius de M. Us. p. 256. sic affert ὅτι ἐπὶ ποσότητος τάσσεται. Si ex libro integriore (cujus nullum indicium facit) acquiesco; sin, ut assolet, conjecturam sequens, aeque veri simile est Arcadium sic scripsisse ὅτι ἐπὶ σκώμματος τάσσεται, videlicet pro δεκάζων vel δεκαζόμενος.

νος, quod atticum perhibent pro *ὀστέϊνος* v. ad Phryn. 262. ut et *ὀστολόγος* dicitur aliter atque *ὀλόστεος*, *διόστεος* et *ἐξοστεΐζειν*, ab *ἀκτέα* sive *ἀκτῆ ἄκτινος*, *συκῆ σύκινος*, *μηλέα μήλινος* v. Parall. 337. sq. sed uno modo *ὀστρέϊνος*, *ἰτέϊνος*, *καλλάϊνος*. Alterum ad paragoga pertinet: *Κάρποι* Zosim. I. 20. iidem *Καρπιανοί* Ptolem. III. 5. (omiss. in Thes.) *Σούσιοι* — *Σουσιανοί* Diod. II. 22. *Βρεττία τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανός, νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται* Steph. ut *Τόξιοι καὶ Τοξιανοί* etc. *Παραιτάκαι* Arrian. Anab. III. 19, 5. qui vulgo *Παραιτακηνοί* dicuntur; *Μέσση Μεσσήνη* cum similibus attuli in Parall. p. 116. *Ὑρτακός ἢ καὶ Ὑρτακῖνος πόλις Κρήτης* Steph. v. Hoeck. de Creta T. I. 391. cui simile *ὑρτακός ὄστρεον* Hes. Synesius Caro tribuit Carini nomen, quo proprie Cari filius significatur, castigatus ob id a Casaubono ad Vopisc. c. I. sed in hoc vitium proclives fuerunt Graeci, nec dubito quin *Δόμνος* et *Δομνῖνος*, *Κέλσος* et *Κελσῖνος* interdum promiscue posuerint.

Appendicis loco hic supponam aliquot conjecturas, quas olim per has dissertationes passim dispersi. Eur. Hel. 1552. *ναῦν καθείλκομεν — ἔργου δ' ἔργον ἐξημείβετο, ὁ μὲν γὰρ ἱστὸν ὁ δὲ πλάτην καθίστατο, ταρσόν τε χειρί, λευκά θ' ἱστί' εἰς ἓν ἦν*, sic corrigam *ταρσόν τ' ἐγείρει* (palmas subrexit) *λευκά θ' ἱστί' ἤρομεν.* Illo verbo usus est Plutarchus V. Anton. c. LXIII. *τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἐγείρας καὶ πτερώσας.* Alterum firmat Apollon. II. 1229. *ἱστία ἤειραν*, Herod. VI. 14. *ἀειράμενοι τὰ ἱστία.* — In eadem fabula v. 953. *κεἰ μὲν θανών τις ἐν πέρᾳ κατεσφάγη* praestat *κατεστράφη.* In Electr. 926. *ὅταν τις διολέσας δάμαρτα σὴν κρυπταῖσιν εὐναῖς* vitiose pro *δελεάσας*, nam corrumpere mulierem non dicitur *διολέσαι.* In Aesch. Agam. 1657. *στείχεθ' οἱ γέροντες ἤδη πρὸς δόμους πεπρωμένους πρὶν παθεῖν· ἔρξαντα καιρὸν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν*, sententia poetae restitui potest hoc modo *πρὶν παθεῖν ἔρξαντες· αἰνεῖν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν*, hoc est, priusquam aliquid ausi poenas detis, acquiescere vos oportet his quae facta sunt. (Novissimis Dindorfii Editt. nondum usus sum.) — Oppian. Hal. I. 178. *ἰχθύσι καὶ μερόπεσσιν ἀρειοτέροισι μά-*

χονται scribendum videtur ἀνδράσι καὶ νεπόδεσσι ut II. 235. ἄνδρας ἀγρευτῆρας καὶ κρέσσονας ἰχθῦς. In Cyn. III. 295. λύκων εἴδεα τεκμήραντο ἄνδρες ἀμορβῆες, τοῖσιν μάλα δήια φῦλα scrib. τοῖσιν μέλε, et pro δηΐοισι κεραυνοῖς IV. 163. fortasse δίοισι. Ἐκταδά, quod Nonno vindicavi in Parall. 153. restituendum arbitror XLVI. 152. κόρυμβον ἀφειδέϊ χειρὶ πιέζων εἰς πέδον, εἰς πέδον εἷλκε κατὰ χθονὸς ἐκταδὰ Πενθεὺς θαλλὸν ἀερσιπότητον pro κατὰ χθόνα δ' ἔκτοθι. Apud eundem XXI. 116. φυλλάδος ὕλης pro φωλάδος et XXXVIII. 166. πικρὰ προθεσπίζων φαεθοντιάδος λίνα μοίρης pro φαεθοντίδος αἴλινα. In Anth. P. IX. 272. pro σὺ δ' εἰς τέχνην ὄρνιν ἐκαιρονόμεις aptius fuerit ἐχειρονόμεις id est ἐχειραγώγεις. In Orph. H. XIV. πότνα Ῥέα — ἥ τ' ἐπὶ ταυροφόρον ἱερότροχον ἅρμα τιταίνεις Hermannus scripsit ἣ λῖς ταυροφόνος — Lenior est correctio ἣ θ' ὕπο ταυροφόνος θὴρ εὔτροχον —

DISSERTATIO QUINTA.

DE

NOMINIBUS IN *P*∾ EXEUNTIBUS.

§. 1. Nominum, quae hoc loco ad tractandum sunt proposita, delectum habet Arcadius p. 70. substantiva dicens syllabam ab extrema tertiam acutam habere *Πάνδαρος*, *κόμαρος*, adjectiva ultimam *χαλαρός*, *λιπαρός*, *λαγαρός ὁ ἀσθενής*, exceptis minus mobilibus *φλύαρος καὶ ἔγκαρος ἢ ἔγκυος.*[1] *Τὰ δὲ δεδιπλασιασμένα κατ' ἀρχὴν καὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν εἰς ρ̄ καταλήγοντα προπαροξύνεται βάρβαρος*, *τάρταρος*, *κέρβερος*, *πέρπερος*. Nos vero seclusis omnibus, quorum impositionem vetustas delevit, quantum restat in genera digerere conabimur. Verbalium nonnulla terminationem a verbo mutuantur sed correptam *γεραίρω γεραρός*,[2] *καθαίρω καθαρός*, *μαρμαίρω μάρμαρος*, ab similibus neutra *τὰ γάργαρα* et *ἔναρα* ut a bisyllabis *σαίρω σάρος*, *σκαίρω σκάρος* et, si veterum sententia stamus, *ἄρω ὄαρος*. Alia vero extrinsecus sumunt *βύλλω βύλλαρος* fullo, *Κύλλαρος ἵππος Κάστορος παρὰ τὸ κέλλειν ὁ ταχύς* (ut *κέλης*) Suid. quod non male conjectum videtur;[3] correpta diphthongo *στείβω στιβαρός*, a puris *βριάω βριαρός*, *ἱλάω* (*ἵλαος*) *ἱλαρός*, *ταλάω* (*ταλαός*) *τάλαρος διὰ τὸ βαστακτικὸς εἶναι* Schol. Hes. Scut. 293. cui colorem conciliant *τελαμών* telamo et a verbo synonymo *φερνίον* corbula. Nec dubie cohaerent *σκιάω σκιαρός*, *χαλάω χαλαρός*, *χλιαίνω χλιαρός*, cui simile *μιαρός* a *μιαίνω* potius repetendum quam ut veteres volunt: *τὰ εἰς ναι̅ ἀπαρέμφατα ποιοῦσιν εἰς ος̄ ὀνόματα ἰσοσύλλαβα τῷ ᾱ ἢ τῷ η̄ παραληγόμενα*, *μιᾶναι μιαρός*, *μυσᾶναι μυσαρός*, *χλιᾶναι χλιαρός*,

---

1) Dindorfius in Thes. s. *Ἔγκαρ* hoc ex dittographia natum putat, sed videtur ex *ἐγκέφαλος* natum esse, quod interpretamenti loco additum est *ἔγκαρος ὁ ἐγκέφαλος*.

2) Schol. Il. III. 170. *γεραρός τὸ γεραρηνός συγκοπῇ*, non sic scripsisse videtur sed *γεραηρός* EM. 227, 20.

3) *Κέλλαντος τοῦ Πέλοπος ἡνιόχου* Schol. Arat. 161. Alii *Κίλλαντα* vel *Κίλλαν* vocant, urbis Cillae eponymum.

θλιβῆναι θλιβερός, *στυγῆναι στυγερός*, *τακῆναι τακερός* EM. 560, 40. quibus p. 726, 18. et Cram. I. 256. adduntur *ῥυπαρός*, *σταθερός*, *διερός*. Nam haec ratio praeterquam quod fictis nititur principiis (*μυσῆναι*, *στυγῆναι*) ne sufficit quidem explicandae hujus generis varietati, qua verbi forma multipliciter interpolatur aut addita consona ut a *κλάω κλαδαρός* et fortasse *κλαμαρός*,[4] a *ψάω* (*ψῆφος*) *ψαφαρός* et *ψαθαρός*, a *σεύω σόβος σοβαρός*, aut mutata, a *βλέπω βλέφαρον* (*βλεφάροισιν ἰδέσθαι* Oppian. Hal. I. 71.) cujus scriptura dorica *γλέφαρον* propior verbo *λεύσσω*, *γλαύσσω*. Paronyma vel ab adjectivis oriuntur: *νέος τὴν ἡλικίαν ἢ τὸ ἦθος νεαρός* Aristot. Nicom. I. 3, 7. *ψεφός σκοτεινός* et eodem intellectu *ψεφαρός* Hesych. vel a substantivis *μνίον μνιαρός*, *ῥύπος ῥυπαρός*, *πίνος πιναρός*, et quinque neutris tertiae declinationis *σιναρός*, *σθεναρός*, *μυσαρός*, *λιπαρός*, *πιαρός*,[5] quo a genere etiam *ψεφαρός* et *γεραρός* repeti possunt pariter ut *μαδαρός* et *πλαδαρός* (*φλυδαρός*) quae EM. 564, 30. verbis subjicit, et alia supra relata, totaque haec descriptio non veritatem sequitur sed veri similitudinem. Manifestior est substantivorum a substantivis procreatio, a *κύτος τὸ χώρημα κύτταρος* caverna, folliculus,[6] *κίσσαρος κισσός* Erotian. nisi de planta loquitur quae promiscue *κίστος* sive *κίσθος* et *κίσθαρος* appellatur, *Κύκαρος τὸ ἐλάχιστον* Hes. sic ut *κικκάβινον τὸ ἐλάχιστον* a *κίκκος*, quod Schneiderus commode restituit pro *Κικαῖος τὸ τῶν καρπῶν λέπος*, latinum *ciccus*, unde cicatrix membrana tenuis qua vulnus senescens velut cortice obducitur; hoc autem nomen et compar *naucus* (nucleus) Comici latini ad eundem intellectum *τοῦ ἐλαχίστου* transferunt. A *κυσός ὁ πρωκτός* propagatum *κύσαρος* sive

---

4) *Κλαμαρός πλαδαρός ἀσθενής* Hes. Affine videtur novitium *κλαμβός*, *ὦτα κλαμβά* aures flaccidae et pendulae, similes fractis.

5) Huc nonnulli referunt *ψιαρός* i. q. *εὐώδης* Hes. et *φιαρός*. Sed hoc EM. a *φάος* ducit, unde *φαρύνειν λαμπρύνειν*, quasi pro *φαρός φαλός* lucidus. *Ψεφαρός* synonymon habet *ψεφαῖος* ut *μαδαρός μαδαῖος*, nec raro *γεραρός* et *γεραιός* idem valent.

6) ***Strebula*** caro quae circum coxendices boum, Scaliger ad Varr. p. 225. Bip. confert cum *Κούταρον τῶν ὀπισθίων τοῦ βοὸς ἡ σάρξ ὑπὲρ τὰ ἄρθρα* Hes. quibus addendum Aristophanis verbum *στρεβλὸν ὥσπερ κύτταρον*.

κύσσαρος, ab *ἔτης ἕταρος*. Sed mutata primitivi significatione *οἴναρα τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα* Schol. Nic. Al. 55. ab *οἴνη* vel *οἶνος*, *τύλαρος ὁ μάνδαλος* a *τύλος*, a *χέω χεῖμα χείμαρος* obturamentum fusorii. Ceterorum notatio impeditior est, tentata tamen vel his vel priscis seculis. *Λαπαρός* (*λαπάρα*) *λαγαρός* (*λαγών*) Galenus Comm. II. in libr. de offic. c. 15. 762. T. XVIII. P. II. et alii cum *λαπάξαι τὸ κενῶσαι* consociant ulterius non progressi; neque enim graecus sermo primitivum habet simile latinis *flaccus laxus* et germanico *lapp*, nisi lapathus et lapsana nomen ab eo habent quod alvum leniunt et molliunt; sic enim de utraque tradunt Plinius et Dioscorides. *Μάργαρος* et *μάργαρον* Eustathius 853, 49. verbo *μαίρω* adnectit. *Κάρχαρος* si a *χαράσσω* extitit reduplicata syllaba prima ut ab EM. traditum est p. 493, 5. et comprobatur accentu,[7] ad id quod agitur nihil pertinet, plurimum vero si illa syllaba stirpem continet ut in affinibus *καρκώ*, *καρχώδης*, *κέρχω*. *Κάνδαρος ἄνθραξ* Martinus in EM. haud incallide ad *καίω canus candeo* reducit; *κάνθαρος* Coraes ab Plut. Stochasm. T. III. 76. ab eo dictum censet quod in stercore asinorum versetur qui *κάνθωνες* nominantur et *κανθήλιοι* v. Schol. Ven. ad Arist. Pac. 81. Squillae nomen *κύλλαρος* sive *σκύλλαρος* Schneiderus in Lex. interpretatur testae expertem et quasi *ἐσκυλμένον*, sed ad Aristot. T. III. 211. ab inaequalitate brachiorum dictum putat quasi *κυλλόν*. *Κόμαρος* unde derivatum sit significare videtur Hesychius *Κύμαρος κόμαρος βόστρυχος*. *Ἀμάρα* fortasse a *καμάρα*, hoc a *κάμπτω* unde *κάμπτρα*, *κάμψα*, *camella* et francogallicum *cambrer* cf. Coraes ad Strab. 235. Verbi *βατταρίζειν* caput est sonus effuticius *bat*, unde *butubatta* et *βαττολογία*. Sed nullum aditum praebent *κόναρος*, *νίγλαρος*, *σκίνδαρος*, *χίμαρος*, *ἐσχάρα*, *κιθάρα*, *κινάρα*, etc.[8] Ex neutralibus sufficiunt *μέγαρον* et

---

7) *Τὰ εἰς ος τριγενῆ παραλήγοντα τῷ α καὶ ἔχοντα ἐν τῇ τρίτῃ ἀπὸ τέλους τὸ α ὀξύνεται, μαδαρός, πλαδαρός, ἀγανός· σεσημείωται τὸ κάρχαρος· τὸ γὰρ διὰ τοῦ αρος ὡςπερεὶ δεδιπλασιασμένα βαρύνονται, μάρμαρος, Γάργαρος, Τάρταρος, βάρβαρος, κάρχαρος* Cram. I. 55.

8) Hesych. *Κόβαρος ἄνθρωπος*, ubi homines et asini, ut in vita quotidiana saepe fit, inter se commutati videntur. Etenim qui latine

φάλαρον, quorum illud veteres ad *μέγας* referunt velificante communi utrique trope *μάγαρον* et *magnus*, alterum quid significet quaesitum magis est quam inventum; quin a *φάλος* profectum sit, non dubitandum videtur. A partibus orationis indeclinabilibus praeter *ἀμαρύς ἄπλετος* Hes. quod ex *ἅμα* aptum putant, unum repeti potest *ἰθαρός* videlicet ab *ἴθαρ* (*εἶθαρ*) *ταχέως* Hes. vel a conjugato *ἰθύς*, si quidem ex variis Hesychii interpretationibus *Ἰθαραῖς ταχέσι* (sic) *ἱλαραῖς*, *καθαραῖς*, *λευκείαις* (*γλυκείαις* fort.) probamus primam; secunda ad *ἴθη εὐφροσύνη* vel ad verbum *ἰθαίνω* convenit, tertia aptior est Simmiae loco Anth. XV. 22. *κρηνᾶν ἰθαρᾶν*, quod Pal. suppeditavit pro *καθαρᾶν*, omissum in Thes. Sed a simili *ἄφαρ*, quod ab *ἅπτω* repetunt, nihil manavit praeter *ἀφαρεί* et, si Crateti fidem tribuimus, *Ἀφαρεύς* EM. 175, 30. Quae in *αρις* finiuntur, Arcadius p. 34. proparoxytona esse dicit praeter patronymica et quasi deminutiva, quo nomine derivativa quaelibet complexus videtur *οἰναρίς*, *κανθαρίς*, quodque Suidas s. *Ἀεὶ τοῖς* affert *σίττη ἡ νῦν λεγομένη σιτταρίς*, propriumque *Κοτυτταρίς ἀπὸ τῆς παρὰ τοῖς Δωριεῦσι τιμωμένης Κοττοῦς* (*Κοτυτοῦς*) Sch. Theocr. VI. 40. *Κίθαρις* autem homericum non necesse est a *κιθάρα* derivatum esse, quo Homerus non utitur, neque a matara *μάταρις* (mataris, materis) nomen peregrinum ut *βάκκαρις*, *κίδαρις* sive *κίταρις*, *κάππαρις*, *σάγαρις*, *μαγύδαρις*, *τύβαρις*.[9] Quotquot horum apud poetas reperiuntur, alpha breve habent, anceps *εὔμαρις* ut adjectivum ipsum unde illud traductum putant,[10] longum *περιβαρίς* et *σαράβαρα* *saraballa*, sed hoc peregrinum ut *πάρα* sive *πάρας*. Abaridis Hyperborei nomen, quantum ex uno Nonni loco constat, secundam producit, sed Abaris Poenus Sil. Ital. X. 153. et Abaris Rutulus Virg. Aen. IX. 345. (ubi

---

porcelliones et millepedae vocantur, antiquo nomine dicuntur *ὀνίσκοι*, *ὄνιοι ἰσόσπριοι* Hes. novitio *κουβαρίδες*. Quare suspicor illum scripsisse *κόβαρος ὄνος*, hoc deinde per errorem in *ἄνος* mutatum idque pro compendio tachygraphico nominis *ἄνθρωπος* acceptum esse.

9) Paroxytonon *Ἰλάρις πόλις* Steph. dudum correctum oportuit.

10) Huic opinioni suffragatur quodammodo *Ῥαδίαι ὑπόδημα ἢ σανδάλιον* Hesych. Et quod idem affert *Βηρίδες ὑποδήματα ἐμβάδες*, cum *περιβαρίδες* conferri potest.

codd. Arabis) sic pronunciantur ut Phalaris, Sybaris, Hipparis. De iis quae secundam sequuntur declinationem, idem praescribit Herodianus de Dichron. T. III. p. 299. *τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρυνόμενα πάμπολλα ὄντα συνεσταλμένον ἔχουσι τὸ α μὴ ὄντα δωρικὰ μηδὲ σύνθετα. Ἐπίτασιν οὖν ἔχει τὸ ἄγγαρος καὶ Αἴσαρος· τὸ δὲ φλύαρος ὀφείλει συστέλλεσθαι.* Regulam confirmant appellativa, quae attulimus, et propria *Βάτταρος*, *Ἴκαρος*, *Κώναρος*, *Μίνδαρος*, *Ταίναρος*, *Τεύταρος* etc. nec trisyllaba solum sed etiam *Ἀμισώδαρος* et *Καλλίαρος* homerica.[11] *Πιξώδαρος* Fragm. Com. III. 539. *Ὠκίναρος* Lycophr. 729. *Ὠλίαρος* Virg. Aen. III. 126. unde conjecturam capimus similem fuisse appellationem similium *Ὄαρος* Herod. *Νόαρος* Strab. *Κάλλαρος* Demosth. *Ἀβίσαρος* Suid. *Ἀσίναρος* Thucyd. *Μεμβλίαρος* Herod. Eorum, quae produci ait, primo Lexicographi nostri alpha breve tribuunt nescio quo indicio moti.[12] Herodianus certe indifferens esse significat ut *Αἴσαρος* apud Lycophr. et Ovid. penultimam brevem habet, producitur vero a Theocr. et Dionys. Per. sed in genitivo modo ut cum homerico *Αἰόλου* comparari possit. *Πίναρος* in Panyasidis versu ap. Steph. s. *Τρεμίλη* facile ad brevitatem redigi potest, cujus testes sunt Dionysius, Priscianus et Avienus. *Φλύαρος* vocalem ancipitem habere dicit *π. Μον.* p. 21. adjectiva autem oxytona brevem praeter *ἀνιαρός* de Dichron. 296. Ex comparativo *κοπιαρώτερας*, quo Aristoteles et Theophrastus usi sunt, apparet quae fuerit positivi mensura, cujus sponsorem nullum habemus, neque accentum constituere possumus. Novitia sunt *γωνίαρος* Hes. s. *Κεφαλῆται* et *ἁλίαρος ἅλατι ἠρτυμένος* Eust. alpha, ut mea sententia est, producto; neque aliter pronunciandum puto *ὠταρός auriculosus* Gloss. Graecol. *μαλιαρός* villosus Du Cang. aliaque attributionum vocabula quae in monimentis mediae Graecitatis reperi-

---

11) Hoc tamen compositum videri potest non ex *καλλίερος*, quod Welckerus de Cycl. Epic. p. 362. finxit nusquam lectum, sed ab *ἀροῦν* ut Stephanus ostendit. *Πολύηρος πολυάρουρος* Hesychius affert ex poeta ionico, reor.

12) Lucilium *angarius* scripsisse pro *ἄγγαρος*, temere et nulla ratione affirmant.

untur, ἀκακιάρης (ἄκακος) ἀναμαλιάρης capillatus, κοιλιάρης, γουλιάρης, στομαχιάρης, λισσάρης (λυσσήρης) ὀκνιάρης (ὀκνηρός) πεισματάρης, ῥευματάρης, συχάρης (σικχός) et opificum appellationes dupliciter flexas μαγγανάρης μαγγανάριος, τζαγγάρης τζάγγαρος τζαγγάριος, μακελλάρης μακελλάριος, βαρκάρης barcarius, κελάρης cellarius, σιλεντιάρης etc. cf. Hemsterh. in Addend. ad Plut. v. 15.[13] postremo neutra ἀρμάριον, σαγμάριον, quae latine terminata Herodianus de Dichron. 291. discernit a graecis: τὰ εἰς αριον ὑποκοριστικὰ συστέλλει τὸ α, ἱππάριον, φυτάριον· ἡ μέντοι συνήθεια ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου πολλὰ ἐπίσταται ἐκτεταμένα, κελλάριον, σουδάριον, quod Nonnus Paraphr. XI. 173. sic pronunciavit ut ἱππάριον, Τιμάριον, vocem syriacam esse ratus.

§. 2. Idem Grammaticus π. Μον. p. 21. simplicium in αιρος desinentium unum ἑταῖρος properispomenon esse dicit; ἔστι μέντοι τινὰ προπαροξύτονα ἔχοντα τὴν αι ἀπέραντά ἐστιν, ἄκαιρος, εὔκαιρος, εὐπάλαιρος χωρίον τὴς ἀκαρίας scrib. Πάλαιρος χωρίον τῆς Ἀκαρνανίας, de quo Strabo loquitur v. Interpr. ad Thuc. II. 30. Pro ἀπέραντα correxerim ἀπαράθετα δὲ, hoc est incomparabilia, quia aut syntheta sunt aut locorum hominumque propria: ἐπίκαιρος, πρόσκαιρος, Εὔκαιρος in Vita Aristot. a Menagio edita ad Diog. V. 35. p. 610. ed. Huebn. (omiss. in Thes.) Πάναιρος viri nomen Thucyd. IV. 78. Θέαιρος fluvii Anth. VII. 514. quem ab Herodoto Τέαρον dici adnotant. Theognostus II. 71. addit doricum κύπαιρος et χήμαιρος fortasse pro χίμαιρος, quanquam id demonstrare non possum. Χίμαιρα primitivum est; μάχαιρα a verbo declina-

13) Quidquid adhuc hujus generis apud antiquiores investigavi, incertum est. Primum piscis χελλάρης sive χελλαρίας in codd. Athen. III. 108. C. idem vel similis ei qui χελλών vocatur id est χειλών *labeo*. Sed non diversus videtur καλλαρίας seu γαλλαρίας brevi antepenultima, isque γαλίας dicitur ab Hesychio. Vix sanum illud Plut. c. Colot. C. I. Ἐπίκουρος τὸν Κολώτην εἰώθει Κολωτάραν ὑποκορίζεσθαι καὶ Κολωτάριον, sed omittere nolui propter similem speciem nominum plebejorum γουλιάρης etc. Σκοταρία ζόφος Ἀχαιοί Hes. fortasse a σκοταρός id est σκοτερός. Πλασταρεύοντες πλάσσοντες Hesych. μυθαρεύεσθαι Stob. Fl. T. LXV. 17. p. 409, 12. nuper e codd. receptum pro μυθεύεσθαι, novitiumque ῥιπαρίζειν singularis paragogae exempla sunt.

tum ut a *νέω νέαιρα ὡς χέω ἰοχέαιρα* Schol. Il. XVI. 465.[14] qui Neaeram Oceanidem significare videtur; nam appellativum potius a *νέος*. Item a *μεγαίρω Μέγαιρα*, a *γεραίρω γέραιρα* ut a bisyllabis *αἴρω αἶρα* (malleus) *μαίρω Μαῖρα*. — De diphthongorum secunda Arcad. 72. et Schol. Theog. 832. *τὰ εἰς αυρος ἔχοντα κατ' ἰδίαν θηλυκὰ ὀξύνονται, ἀφαυρός, ἀμαυρός· τὸ δὲ ἄγαυρος βαρύνεται πλεονασμῷ τοῦ ᾱ ἐκ δισυλλάβου γενόμενον. Τὰ δὲ μὴ ἔχοντα προπαροξύνεται Ἐπίδαυρος, Ἄγραυλος* (sic) *Κένταυρος· σεσημείωται τὸ θησαυρός*, cujus origo non minus ignota quam propriorum *Γάλαυρος, Κάλαυρος, Κάφαυρος, Μάταυρος, Μέταυρος* etc. quorum pleraque peregrina. *Ἄγλαυρος* sine dubio simplex est ut Schol. Nic. Th. 441. ait i. q. *ἀγλαός* et *Ἄγλαος*, ut ab *ἄγαμαι* sive *ἀγαίομαι ἄγαυρος* vel *ἀγαυρός*, nam accentus instabilis neque ortus consensu traditus; Orion p. 14. pro *ἀγηρός* dici statuit derivatum ab *ἄγη*, Eustathius pro *γαῦρος* addito alpha sed acuta ultima exemplo homoteleutorum *ἀμαυρός, ἀφαυρός* v. Muetzell. de Theog. 342. quorum ultimum EM. a *φάω* derivatum proprie evanidum significare contendit fere ut *ἀμαυρός* a *μαίρω*. Sunt vero plura quam illi norunt, et causae nostrae conjunctiora; primum *ἄναυρος* a *νάω, ναρός*[15] ut ab *ἄω αὖρα*, a *γαίω γαῦρος*, secundum *λάσταυρος* a *λάστος*, cujus femininum extat *λάστη ἡ πόρνη* Hes. tertium *πέτευρον* a *πέτομαι*, si quidem id proprie significat perticam qua petauristae libramenti causa utuntur *πιλνάμενοι νεφέεσσιν ὑπ' ἠνεμόεντι πετεύρῳ* v. Dorvill. ad Charit. p. 609. quod hodie dicitur *Balancierstange*; neque abhorret gradus scalae gallinariae vel, ut Varro vocat, palos muro affixos, quo gallinae evolant incubiturae, *πέτευρα* vocari; eademque ratione qua remorum palmulae *ταρσοὶ κωπῶν* nuncupantur ut *ταρσοὶ πτερύγων*, Lycophro remum ipsum *πέτευρον* usurpare potuit; Hesychius *Πέταυρον εἶδος παγίδος*, quod germanice dicitur *Sprenkel, Springel*, ut petaminarii *Luftspringer*. *Ποδαύρου ἐῤῥωμένου τοῖς ποσίν* Hes. copulatum est

---

14) *Βέλη χεῖν* dicitur ut fundere sagittas Il. XV. 590. Quint. VI. 530. Anth. XII. 19. Maris epitheto si usus fuisset, id *Ἰοχέων* foret. Similiter ab *Ἴων Ἴαιρα* repeti potest, non motionis jure sed paragogae.

15) *Ναιρᾶς νευριστικῆς* Hes. scribendum *ῥευστικῆς*.

ut ποδοῤῥώη, pro πόδωρος[16] sed mutata vocali, ut πυλαυρός pro πυλωρός et τριώλαξ δρόμος Hes. pro τρίαυλος etc. simplex vero, ut nostra fert opinio, quod in Lyc. 395. codd. nonnulli praebent κόκκυγα κομπάζοντα μαψαύρους στόβους hoc est μαψιδίους, sed vulgo legitur μαψαύρας quasi substantivum substantivo appositum; quod quum parum placeret, Critici substituerunt μαψαύραις collato Callimachi verbo ἄλγεα κωφαῖς μαψαύραις ἐξερέειν, qui sic apud Hesiodum legisse videtur μαψαῦραι tanquam substantivum ex adjectivo conversum ut χαμεῦναι. Simplex item καλαῦροψ ξύλον ᾧ τοὺς βόας βάλλουσιν, a κᾶλον cala, ut suspicor, et Καλαυρόφις (sic) βακτηρία. Sed Ἀκαλαυρόπις καλλίραβδος mendosum est pro καλόῤῥαπις.

§. 3. In ερος quae terminantur pleraque adjectiva sunt a nominibus partim primae declinationis δύη δυερός, κλαγγή κλαγερός, τρυφή τρυφερός, partim secundae δροσερός, δνοφερός, ζοφερός, θολερός, νοερός, σκοτερός semel lectum ideoque suspectum, τρομερός, τροχερός, φοβερός, ψογερός, quorum primitiva ō in penultima habent, non ita multa a substantivis tertiae ἀπὸ τοῦ κράτος κρατερός ὡς βλάβος βλαβερός Schol. Il. I. 228. γλαγερός, κρυερός, στυγερός et a γλεῦκος γλυκερός correpta diphthongo quam servat χείμερος. A monosyllabis νυκτερός, τρυγερός, φλογερός. Verbalium unum ἵμερος substantivo homotonum a verbo omnibus suis partibus expleto ortum habet, cetera a semiperfectis terminatione afficticia θαλερός, σφαλερός, — λακερός, παγερός, τακερός, τραφερός, φανερός, quibus Schol. Od. III. 195. addit σμυγερός, quod plerique pro μογερός accipiunt, hic vero a σμύχω repetit correpta, uti assolet, prima ideoque acuta ultima secundum regulam Arc. p. 71. τὰ τριβράχεα ὀξύνεται εἰ μὴ ἔχοι τὸ τ̄ πρὸ τοῦ ε̄, quo significat ad aliquid dicta, ἕτερος, δεύτερος sequior, πρότερος etc. quae Herodianus Schol. Il. I. 280. literam τ̄ in paragoga habere dicit,

---

16) Idem verbum est ῥόω (ῥώομαι) et ὄρω (ὀρούω) ut ῥέω (ῥῆμα) et ἔρω (ἐρέω) et ab hoc composita παλίνωρος vel παλίνοῤῥος, ἄψοῤῥος et εὐθύωρος εὐθυωρία i. q. εὐθυφορία, confusa interdum cum homophonis quae ad ὅρος et ὥρα pertinent.

non a prototypo.[17] Quae vero primam protendunt, barytona sunt *ἥμερος*, *νύκτερος*, excepto uno *καρτερός*, quia ex metathesi natum Herodian. de Dichron. Cram. III. 294. Hinc sequitur *θλιβερός*, cui in Thesauro dactyli nota adscripta est, tribus constare brevibus. Neque aliter existimarunt Grammatici hoc et similia ab aoristo passivae formae secundo repetentes v. §. 1. unum a primo *σταθῆναι σταθερός*, item unum ab activo *διῆναι διερός*, cujus ea significatio quam Lehrsius in Arist. p. 57. Homero asserit, ad *δίω* pertinet, altera vulgatior ad *δεύω*. Nulli tempori subjici potest *δαλερός* i. q. *θερμός*, a *δάω*, ut videtur, unde *Δαηρόν θερμόν* et *Δαερόν καιόμενον* Hes. nec magis *θέμερος σεμνός, εὐσταθής* Hes. cujus accentus pravus, significatio verbi *θεῖναι* similis est ut *εὔθετος*, *εὐθήμων*, latinumque *compositus* i. q. *εὐσταθής* sive *εὐκατάστατος* sedatus. *Ἔλλερος* ab *ἔλλω* (*ἔῤῥω*) vel *ὄλλυμι* arcessunt, *ἱερός* nonnulli ab *ἵημι*, alii ab *ἴς* scilicet quia jus leoninum nomen sancti et divini habet, uniusque *μαλερός* quatuor proponunt etyma *μάλα*, *μαλός*, *μαλακός*, *ἀλέα*, et interpretamenta sibi contraria *ἀσθενής* et *ἰσχυρός* v. Sch. Apoll. I. 450. Quae si quis pro suo sibi sensu concinnasse videbitur, illico ingruent quae vel audacissimum Iapetidarum ad confessionem ignorantiae adducant, *ἀβέλτερος*, *ἐλεύθερος*, *κολερός*, *πέρπερος* perperus, et substantiva aeque impervia: *εἴρερος* (ab *εἴρω* ut J. Scaliger censet) *ἕσπερος*,[18] *πενθερός* (tono acuto ut cetera affinitatum nomina) *διφθέρα*, *κρησέρα τὸ παχὺ ἱμάτιον* Theogn. p. 91. linteum crassioris fili aptumque cribro pollinario, cui idem nomen *κρησέρα*.[19] *Ἀσκέρα* et affine *ἄσκαρος* ab *ἄσκος* derivatum esse Hemsterhusii opinio fuit haud improbabilis ad Poll. X. 50. Ab *ἄλα τὰ κόπρια* Hes. nisi hoc fictum est ob

---

17) Quod idem admiscet *κέντερος*, eodem genere correlativorum continetur, neque alio pertinent *ἀρίστερος*, *δεξίτερος*. Paragoga vero sunt *θηλύτερος, ἀγρότερος, ἐάρτερος* etc.

18) Erebum, Cerberum, Cimmerios et *Κέμμερος ἀχλύς* Hes. cimbricarum antiquitatum et tenebrarum amatores iterum iterumque composuerunt v. Dieffenbach. Celtica II. 174.

19) *Κρεσσέα: ἀλευρότησις* Hes. quin his conjunctum sit, non dubito, modo constaret scriptura. Cribrum et incerniculum a *κρίνω*, cerno.

homericum *οὐδ' ἄλα*, repeti potest quod idem affert *ἀλέρον* (sic) *κόπρον*, et *ἀλέρα* in Theognosti farragine p. 106.[20] sine interpretatione positum; quibus cognata atticum *ὁλός* i. q. *θόλος* et verbum *ἀλαρῦναι ῥυπᾶναι* Hes. *Χολέρα* tubus colliciaris, *ἡμέρα*, *ὑπέρα*, *ὑστέρα* tractavi in Parall. 353. item quae in *ερις* exeunt p. 200. praeter propria *Ἀννίκερις*, *Κίβερις* etc.[21] His diphthongum denegat EM. 209, 30. *τὰ διὰ τοῦ ερις ἀποστρέφεται τὴν ει.* Sed conceditur aliis: *τὰ εἰς ειρος ῥηματικὰ μάσσω μάγειρος, πέπτω πέπειρος, ὀνῶ ὄνειρος, ᾄσσω αἴγειρος* EM. 28, 4. quorum prima nihil dubitationis habent; tertium paronymon potius est ab *ὄναρ*. Cetera anetymologeta sunt ut *κόβειρος*, *Κάμειρος* aliaque propria,[22] omnia autem barytona ut Arcadius dicit praeter *καυστειρός*, quod ex *καιστηρός* ortum esse trope boeotica. Id autem certum indicium, veteres genitivum *καυστειρῆς*, extra quem nullus reperitur casus, in libris suis sic ut hodie legitur scriptum invenisse; in Nicandri tamen loco barytonon est, idque Homero retribuendum censet Schneiderus. Appellativa feminini generis duo sunt in communi usu posita, unum ab ignota stirpe *ἔθειρα*, alterum insueta ratione deductum *πρέσβειρα*, de quo in Dissert. I. c. II. §. 9. dixi, cetera intermortua ut *Κατεῖρα* (sic) *ἀσπίς* et *Ἔξειρα σκορπίος ὁ ἰχθῦς* Hes. quorum illi latinum *cetra* apponunt, huic *excetra*, quod nomen Cicero de hydra Lernaea usurpavit, non

---

20) Pro *τρομέρα* forsitan *Τερμέρα* scribendum; pro *κυδέρα* aut *κυσέρα πυθμήν χάσμα* Hes. aut *κυφέρα κεφαλή*, quod eidem reddi potest pro *κύφερον*. *Λακέρα* Arcadii et *Ἀκέρα ἔνδυμα* Hes. pariter incerta. *Ἀχέραι* sive *Ἀχέῤῥαι* Acerrae v. Schweigh. ad Appian. Pun. c. LXIII. plurale tantum est, *Κερκυσέρα* Ptolem. Heph. I. ficti simile.

21) Arcad. p. 34. *τὰ εἰς ερις ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξύνεται, ἀστερίς, νυκτερίς· τὸ δὲ πάτερις* (scr. *Πάτερις*) *καὶ κέλερις* (scr. *Κελένδερις*) *βαρύνεται.* Stephanus *Παστερίς Παστερίτης ὡς Ἀστερίς Ἀστερίτης*, hoc accentu legitimo, illud mendoso.

22) *Ἄνδειρος ὄνομα ποταμοῦ* Theognost. II. 71. sine dubio idem est quod Suidas affert *Γάνδειρον ὄνομα ποταμοῦ*. Illud tamen ignorat EM. 660, 50. *τὰ διὰ τοῦ ηρος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς μὴ ἔχοντα ἀναφαινόμενον τὸ ō (ὄνοιρος) μήτε ῥῆμα ἀντιπαρακείμενον (μάγειρος) διὰ τοῦ η̄ γράφεται. Σεσημείωται βαρυνόμενα δύο Κάμειρος, Αἴρος, ὀξυνόμενον δὲ καυστειρός.*

dissimile novitio *ἔχεντρα* i. q. *ἔχιδνα* v. Du Cang. ad haec *τρίκτειρα ἡ τριττύα* Hes. et *μέμφειρα ἡ μέμψις* Phot. quod tamen repudiat Meinekius Com. Fr. T. II. 376. *μέμπτειρα ἡ μεμφομένη* scribens. Aut propria feminarum, *Δάειρα* a masculino *Δάης*, quo *δαήμων* vel *δαηρός* significari potest ut *Νάειρα* [23] a *Ναίης* Anecd. Bekk. 1189. cui homophonon *νάειρα δέσποινα* Salmasius Hesychio restituit pro *νάερρα*, eodem intellectu ut *ναέτειρα οἰκοδέσποινα* i. e. domnaedia, *Ἰάνειρα* ab *ἰαίνω* Schol. Hes. Theog. 356. cui assentitur Hermannus Opusc. VI. 1. 172. *Ἱλάειρα* alibi disceptatum v. Parall. 210. gentilicium *Κάειρα*, topicum *Αἴγειρα*, cui *αἴγειρος*, *Αἰγαί*, *Αἴγιον* aeque apposita. Neutralium duo sunt *ὄνειρον* et *κύπειρον.* [24] Diphthongi $\overline{ευ}$ ad paragogen adhibitae exemplum unum *ἄλευρον παρὰ τὸ ἀλέω* affert Eust. 1885, 22. cui antecedit homericum *ἀλείατα.* Et ad hanc normam a *δέλειαρ* Numenius Athen. 287. A. finxisse videtur *δέλευρον*, pro quo tamen Schneiderus *δέλετρον* scribendum esse judicat, quod saepius legitur; pariterque variat *σκάλευρον ἐργαλεῖον τῶν ἀρτοποιῶν ὃ οἱ νῦν σκάλεθρον* Poll. VII. 22. ubi manifestum est instrumentum significari ejus generis, quod nostri furnarii *Schuereisen* vel *Schuerstange* et *Kohlenschaufel*, Graeci *πυράγρην* vocant, Latini *rutabulum a proruendo igne vocatum* Fest. et manifesta derivatio a verbo *σκαλεύω*, quare hic *σκάλευθρον* praeferendum e codd. et pro altero *σπάλευθρον* potius quam quod Phot. et Hes. praebent *σπάλαυθρον*, vel *σκάλαθρον* quo

---

23) Clarae sunt Cleopatrae famulae *Νάειρα καὶ Καρμιόνη* Galen. Ther. VIII. 235. T. VIII. Hoc *Χαρμιόνη* scribendum videtur ex Plut. V. Anton. LXXXV. ubi eaedem mendose *Εἴρας καὶ Χάρμιον* vocantur, et Tzetz. Chil. VI. 282. ubi *Χαρμιοννὼ καὶ Τάειρα.* Nisi illa sunt peregrina nomina ut *Στάτειρα, Σάλφειρα* et *Ἰάειρος* in S. S. [Adde Schneidewin. ad Zenob. V. 24, 125.]

24) *Κύνειρον*, quod Suidas affert subtracta significatione, Theognostus p. 21, 19. *ἁπαλὸν* interpretatur a librariis hoc loco improbe corruptus: *κύμον περικεφαλαία πλοίου* pro *κυνῆ περικεφαλαία*, *κύμβη πλοῖον*, mox *κύμορον τὸν ὑπὸ τῶν κυμάτων ῥοῖγχος βαλλάντιον* pro *κυματόῤῥοον τὸν ὑπὸ τῶν κυμάτων ῥοῦν, κυνοῦχος βαλλάντιον*, dein *κυνωτός βώλου ὄνος* pro *κυνώτας βόλου ὄνομα*, quod Pollux testatur. [Hoc proposui in Dissert. de nominibus, quorum character est lambda; postremum invenerat Meinekius Fragm. Com. Vol. III. 332.]

idem utitur s. *Κήδαλον αἰδοῖον κέρας σκάλαθρον* duas complexus significationes, quas continet vox latina; nam *rutabulum invenitur etiam pro membro virili* ut *σκαλανθύρειν* proprie dicitur pro *σκαλεύειν* sed idem habet intellectum obscoenum quem *fodere*. Ultimum hujus familiae est *πέτευρον* i. q. *πέταυρον*, de quo supra dixi, et *πέδευρον ὕστερον*, quod Hesychius Laconibus assignat etsi a praepositione aeolica compositum ut *Πέδουρον μετέωρον* id est suspensum, impendens, imminens.

§. 4. Substantiva in *ηρ*— declinata pauca sunt: *σίδηρος*, cujus origo longe retro, *μύκηρος* i. q. *ἀμύγδαλον* nux, quorum ultimum idem simplicissimum videtur; et feminina *μακροκατάληκτα πρὸ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, μερμήρα, ὀτρήρα, δασλήρα, μενδῆρα* Theogn. p. 107. quorum primum et ultimum idem valet quod *μέριμνα, Ὀτρήρα* Amazonis nomen est, *Δασλήρα* paludis EM. ubi perperam proparoxytonôs scribitur. Neutra *ἄνδηρον*, quod Harpocratio a *διερός* traductum opinatur, et *εἴληρον* sive *εὔληρον* (ut *εὐλή*) *παρὰ τὸ εἰλῶ* Sch. Il. XXIII. 481.[25] Adjectivis proferendis materiam praebuerunt substantiva omnium ordinum, primi quidem *γεηρός, δαπανηρός, ζωηρός, μελετηρός, ὀδυνηρός, ὀχθηρός, ποιηρός, τολμηρός, τυχηρός*, secundi *αὐχμηρός, καματηρός, κομπηρός, κοπηρός, λιμηρός, ὀγκηρός, ὀκνηρός, ὀχληρός, πλουτηρός*, tertii *αἱμηρός* et *αἱματηρός, ἀλγηρός, γυναικηρός, ἐτνηρός, καυματηρός, κυματηρός, τρυχηρός*. In his quae a corporibus denominata sunt, pleraque reperiuntur vasorum epitheta contentum quod dicitur (*τὸ περιεχόμενον*) significantia *κρωσσὸς οἰνηρὸς καὶ ὑδατηρός, πινακίσκος μαζηρός* vel *ἰχθυηρός, ἀγγεῖον ἐλαιηρόν* vel *μυρηρόν, κεράμιον ὀξηρόν* et *ὀμφακηρόν* etc. nec pauca genus, sicut vinacei generis quae sunt *βοτρυηρά* vocantur, nucalia *καρυηρά*, glandaria *βαλανηρά*, testacea *ὀστρακηρά*, spicata et spicifera *σταχυηρά*, cerealia *σιτηρά*, liquor oleaceus *ἰκμὰς ἐλαιηρά*, diversa a materialibus *βαλάνινον ἢ καρύινον ἔλαιον, τεῦχος*

---

25) Pro *Λοβῆρος* Zosim. I. 43. codd. duo *Τόπηρος* (sic), pro *Λιζηροῦ* Lycophr. 1026. cod. Paris. *Λιζήρου* ex regula Arc. p. 71. Theogn. p. 71. ut *Ἄβληρος, Ἄβδηρος, Κάληρος, Φάληρος*. Pro oxytono *ἀβληρόν* Hes. rectius Theogn. 131. *ἄβληρον* i. e. *αὔληρον*.

ὀστράκινον, neque antiquos pallium coccineum dixisse puto *κοκκηρόν*, etsi facilis sit transgressio, Callimachusque Chium insulam *οἰνηρήν* dixerit. Secundum est genus ab adjectivis derivatum; *ἄγροικος ἀφ' οὗ τὸ ἀγροικηρός* Steph. s. *Ἄγρος*, a *θοός* i. q. *θοῦρος* impetuosus *θοηρός τεταραγμένος* Phot. ab aliis *αὐηρός, ἀττικηρός, ῥυσηρός* Tzetz. Chil. IV. 698. *ὑγιηρός, αὐστηρός στρυφνός ξηρός αὐχμηρός παρὰ τὸ αὔω αὔσω* EM. 171, 20. unde idem *αὐσταλέος* repetit ductus fortasse similibus conjugatorum exemplis *ὀτρηρός ὀτραλέος, νοσηρός νουσαλέος, ὀκνηρός ὀκναλέος* etc. *Ἐκ τοῦ φῶ τὸ φαίνω φαλόν τὸ λαμπρόν, ἐξ αὐτοῦ δὲ φαλακρός καὶ φαληριῶ* Schol. Il. XIII. 799. a *φαλός* igitur, quod hodie non legitur, *φαληρός, φάλιος* et *βάλιος ὁ ἔχων τὸ λευκὸν ἐν τῇ μετώπῳ* Schol. Theocr. VIII. 26.[26] cf. Menag. Origin. p. 74. A composito processit *τετραφάληρος* et quae Eustathius affert 245, 43. *παραγωγὸν ἐκ τοῦ πενταέτης πενταέτηρος ὡς ἐνναέτηρος.* Verbalia rara sunt et non optimae notae, *δακνηρός, δυνηρός* et utroque antiquius sed semel lectum *ἀλιτηρός*. *Ἀλγηρός*, quo nullus veterum usus est, Herodiano auctore Cram. III. 294. paronymis adscribimus potius quam verbalibus pariterque alia, quae per se ambigua sunt, *ἀνθηρός, πενθηρός, πνιγηρός, ὀκνηρός*. *Ὀτρηρός* a verbo quidem ortum est sed primitivo *τρέω* trepido, satago ut *τρήρων* Schol. Il. I. 321. praefixa particula epitatica. Ab adverbio *αἰψηρός*, unde qui *λαιψηρός* natum putant (nec multum distat significatio) etymi quaerendi cura nos exsolvunt. Quin simplicia sint haec omnia nemini hodie in mentem venit dubitare sed admonendum putavit Apollonius de Synt. II. 31, 190. *τὸ χαλκήρης οὐ τὸ ἀρηρέναι ἔχει — οὐδὲ μὴν ἔχει τὸ τηρεῖν τὸ μελιτηρὸν ἀγγεῖον, ἀπὸ γενικῆς δὲ τῆς μέλιτος ὡς δείματος δειματηρός, καμάτου καματηρός, ὀλίσθου ὀλισθηρός.* De his quidem convenit; sed dubitatum est de aliis. Schol. Od. XVI. 466. *ὁμηρῆσαι ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὁμοῦ ἐρεσσόντων*

---

26) Sic et germanice equus vocatur et fulica (*φαληρίς*) a macula frontis alba ***Blaesse***, ***Blaessling***, saepeque epitheta generalia catexochen de parte accipiuntur, ut *σιμός* pro *ῥινόσιμος* (cui contrarium *γρυπός*) *γλαυκός* pro *γλαυκόμματος*, ac ***caesius*** de oculis modo dicitur, ***flaccus*** de auriculis.

ἢ ἀπὸ τοῦ ἅμα ἀρηρέναι. Τινὲς δὲ παρῆχθαι, ὡς οἶνος οἰνηρός, οἴσυπος οἰσυπηρός. Et ἐρίηρος omnes ab ἄρω compositum tradunt [27] idemque de Ἄμηρος ὅμηρος EM. Πόταρος γνώριμος Hes. statuisse videntur, sed secus de Ἁμαρίᾳ ὁμοῦ παραγώγως.[28] Et plus etiam contentionis est circa ea quae in ηρης exeunt. Johannes de Ton. p. 13, 21. τὸ ξιφήρης καὶ φρενήρης καὶ τὰ διὰ τοῦ ηρης πάντα ἁπλᾶ ἐστι. Ac φρενήρης quidem a φρόνιμος tam prope abest ut commode in simplicium numero reponi possit; sed ξιφήρης et cetera quae aliqua re instructos indutosve significant, similiora videntur copulatis κωπήρης, λογχήρης, τοξήρης, τευχήρης, πισσήρης *pice obductus* Athen. XII. 524. B. diversum a πισσηρός, quod Schneiderus pro illo affert; κώμη πυργήρης in oraculo Paus. X. 18.[29] procul dubio eodem modo dictum est ut homericum πόλις πύργοις ἀραρυῖα, neque alio magis vergunt πετρήρης, τυμβήρης, τειχήρης, quod si simplex esset, muralem potius significaret quam moenibus cinctum; postremo κλινήρης, λεχήρης, ποδήρης, quod a composito ποδηνεκής minimum distat. Sed magis in simplicium viciniam propendent κέλευθος πεδιήρης Aeschyl. λειμωνήρης βοτάνη ἡ λειμωνία Suid. χθονήρης χθόνιος Hes. ἕρπετα ὁλκήρη Nicand. et apud eundem λιχμήρης serpentis epitheton a verbo derivatum. Ac prae ceteris ea quae ab adjectivis propagata sunt ὀλιγήρης, ἰσήρης, λευκήρης, πλειστήρης, μεσήρης, δολιχήρης et bisyllabum πλήρης ex πλεήρης concisum EM. 676, 52.[30] qui et aeolicum πλήαρεις affert 675, 29. Explorato igitur nonnulla summam habere cum

---

27) Reuwensius Collect. p. 138. perperam hoc paragogis adnumerat argumenti loco afferens deminutiva παιδάριον etc. quorum alpha breve, et vocabula opificum χρυσάρης, βασταγάρης, quae novitia consuetudo recepit latinis scrutarius, furnarius, chartarius, ut jam dixi, assimilata.

28) Ἁμαρίᾳ, quod pro ἁμαρία scripsi, est dativus adverbialis idem significans quod ἁμαρτῇ sive ὁμαρτῇ. Haec composita sunt ut ἐπαρτής, illud simplex, si Hesychio credimus, ab ἅμα.

29) Hesychius Πυργήρως (πυργήρης) μετέωρος ὡς πύργος καὶ ἐν φρουροῖς πυργείαν κώμην. Scribendum puto — καὶ ἔμφρουρος. Πυργήρεα κώμην, ex oraculo illo.

30) V. Lehrs Quaest. Epp. p. 156. quicum mihi quaedam communia sunt, sed evitari non potuit.

paragogis similitudinem Grammatici ex certis simplicis formae exemplis judicarunt incerta, unoque tractu omnia quae in ηρης excidunt, numero junctorum excluserunt, velut Herodianus ad Il. III. 316. *χαλκήρης προπαροξυτόνως· ἔστι γὰρ παραγωγὴ ἡ διὰ τοῦ ηρης ἢ βαρύνεται, ξιφήρης, ὀλιγήρης, θυμήρης· ἔνθεν καὶ τὸ θυμῆρες κεράσασα* (Od. X. 362.) *Εἰ μέντοι τὸ ἄρω ἔγκειται, καὶ διὰ τοῦ ᾱ ἡ σύνθεσις γένοιτο καὶ ὀξεῖα τάσις ἐστὶν ἄλοχον θυμαρέα* (Il. IX. 336.) In his unum certum est simplicitatis exemplum sed non homericum *ὀλιγήρης*, ambiguum *ξιφήρης* et *θυμῆρες*, quod et pro *θυμάρεστον* accipi potest ac ne ab omnibus quidem uno modo scriptum est; Schol. ad Od. l. c. *θυμῆρες προπερισπᾶται, τὸ δὲ θυμαρές ὀξυτόνως· γράφεται γὰρ ἀμφότερα*, nisi hoc pertinet ad alterum exemplum Od. XVII. 199. quod spectat Sch. Il. IX. 336. *ἄλοχον θυμαρέα — τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσα, θυμήρης· σύνθετον δέ ἐστι παρὰ τὸ ἄρω θυμάρης καὶ οὕτως ἀνέγνωμεν σκῆπτρον θυμαρές* (Od. l. c.) *οὐ γάρ ἐστι παρώνυμον διὰ τοῦ ηρης· τὰ γὰρ τοιαῦτα βαρύνεται, ξιφήρης, ὀλιγήρης*, unde perspicitur duo illa *θυμήρης* et *θυμάρης* aut ab alio diversae sententiae auctore profecta aut mendose scripta esse pro *θυμαρής*.[31] Ergo, quoniam non credibile videbatur poetam unam vocem nunc per alpha extulisse, nunc per eta, *θυμαρής* conjunctum esse statuerunt, *θυμήρης* paragogum propter accentum, quem si ultima haberet syllaba, alteri adscriptum esset generi ut patet ex EM. 122, 4. Cram. I. 84. *ἀπηρής παρὰ τὴν ἀράν τὴν βλάβην ἢ παρὰ τὸ πηρός. Οὐ γάρ ἐστι τοῦ τύπου τῶν εἰς ηρης, ἐπεὶ ἐβαρύνετο ἄν.* Eodemque referendum *Ὁμαρές σύμφωνον* Hes. Sed illud a *πηρός* compositum arbitror ut doricum *ἀπαρές ὑγιής* Hes.[32] Usque adhuc nihil deprehendimus regulae contrarium. Nec multum officit *Ἠχθηρές λυπηρόν* Hes. cujus significatio paragogicae similis sed scriptura incerta est,

31) Pariter turbata Apollonii verba *Θυμαρέα θυμάρεστον καὶ θυμῆρες τὸ ἀρέσκον τῇ ψυχῇ*.

32) Pro *Ἀντάρης νυκτερίς ὄψεσι Σοφοκλῆς* Suid. Ellendtius in Lex. I. 170. *ἀντήρης* scribit, quia Tragici talia non soleant dorice appellare. Poeta fortasse *ἀμπαρής* posuit id est *ἀναπηρής* sive *ἀνάπηρος*, convemiens vespertilioni epitheton; *ἄμπηρον πεπηρωμένον* Hes.

et huic simillimum *ἀχηρές*, quod Grammatici alio remedio amoliuntur: *ἀχηρής ἐκ τοῦ ἀχαρής ἐκτάσει τοῦ ᾱ εἰς η̄, διότι ὀξύνεται· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄχος ὡς ξίφος ξιφήρης* EM. 181, 15. de quo jam judicare non possumus deletis vocabuli exemplis omnibus. Sunt vero alia quae quum paragoga non sint accentum contra quam sancitum est in penultima habent. Primum *ἀνήρης*, de quo tamen ambigitur: *ἀνήρεις ἀνάνδρους ἢ χήρας ἢ παρθένους ὡς ξιφήρεις, ἐκ τοῦ ἄνω τοῦ πράττω* EM.[33] *ἀνήρης ἀνδρώδης, οἱ δὲ ἀνάρμοστος* Hes. Ergo ut conjuges *συνήοροι* vocantur et familiares *Πόταροι γνώριμοι* Hes. ita non mirum est innuptas dictas esse *ἀνήρεις* hoc est injuges *ἀναρμόστους*. Tertium praebet idem glossographus *Διήρη τὰ δι' ὅλου ἡρμοσμένα ἀναλόγως τῷ ποδήρης*, hoc est ab eodem *ἀρηρέναι* compositum. Sed id quoque paragogis inserit Schol. Eur. Phoenn. 90. *διῆρες στέγος ἀπὸ τοῦ δύο ὡς μόνον μονήρης*, quod alii fortasse cum verbo *ἀραρίσκω* copulatum esse statuerunt, exemplo adjectivi *μονόζυξ*, in quo contrarias unitatis et copulationis notiones pariter coaluisse patet. Sed eadem vocabula, quum de navibus dicuntur, ceteraque hujusmodi *τριήρης, δεκήρης, ἁλιήρης, ταχυήρης, ἐπήρης, κατήρης* ad *ἐρέσσω* referunt, quod verbum quum poetae saepe a remigando traducant ad actionem et agitationem, non adeo damnem Photii notationem *Εὐῆρες εὐαγωγόν ἀπὸ τῆς εἰρεσίας*,[34] nam indidem ductum est *συνηρέτης σύμφωνος ὡς ἀντηρέτης ἐναντίος* Phot. et *ὑπηρέτης* i. q. *ὑπουργός* v. ad Aj. 1329. nec minus saepe verbi *ἀραρίσκω* vis et componendo obumbratur et transferendo ut *κάλλει ἀραρώς* Eur. El. 948. *κράτει ἀραρώς* Pind. Ol. X. 98. *ἀπηνείησιν ἀρηρώς* Apollon. II. 1202. *ὀσμῇ κατήρης* Eur. El. 498. a quo *ὀσμήρης* tantulum discedit ut a Grammaticis schismaticis in synthetis referri potuerit. Sed illa similitudo non efficit ut a regula tonica abeundum putemus; nam

---

33) Postrema *ἐκ τοῦ ἄνω* — non huc pertinere censeo sed ad *ἀνήρ*, quod Etymologi a verbo illo repetere solent. Quomodo *ἀνήρης* pro *ἀνδρώδης* dici potuerit, parum assequor, nec verum puto.

34) Quod antecedit *Εὐηρές ἐπιεικές πρᾶον*, non hanc vim habet ut Grammaticum significatus diversos accentu distinxisse putem sed potius scribendum *εὐῆρες*.

et *δακρυηρός* commutatur cum *δάκρυσι κατάορος* Troad. 1097.[35] nec tamen syntheti nomen locumque occupabit. Cum eadem vero stirpe, unde *ἀραρίσκω* excrevit, cohaeret *ἀρέσκω*, cui Grammatici subjiciunt *Πανῆρες πᾶσιν ἀρέσκον* et homericum *θυμαρής*, quod non legitur nisi in Callimachi hymno dorico in Cer. 56. *δαῖτας θυμαρέας*, idque Spitznerus ad Il. IX. 336. *θυμάρεας* scribendum putat id est *θυμήρεας*. Hac enim forma usi sunt Apollonius I. 705. Moschus II. 29. Quintus V. 376. et poetae epigrammatarii Anth. IX. 9. Append. n. 54. nec poetae solum sed etiam Lucian. Amor. §. 43. Agath. II. 31. p. 70. B. V. 18. p. 162. C. probatque adeo Pollux III. 98. *καλὸν δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τούτων τὸ θυμῆρες*, nisi potius *θυμηδές* scripsit; namque antecedunt *ἥδω, ἥδομαι*, sed nihil a quo *θυμῆρες* vel derivatum vel compositum dici possit, ac praeter ea quae cum *ἐρέσσω* cohaerent, praeterque *τειχήρης*, quo Thucydides et Xenophon usi sunt, et *διῆρες* quod Atticistae vulgari *ὑπερῷον* praeferunt, adjectiva hujus formae adeo infrequentia sunt oratoribus ut nesciam an apud fastidiosiores verborum aestimatores minus probata fuerint. Haec autem omnia in *ηρης* exeunt; alpha quae habent, aliis assignantur principiis: *Ἀλκαῖος καὶ Σαπφὼ ἄνεμον κατάρη λέγουσι τὸν καταράσσοντα καὶ κατωφερῆ* Eust. 603, 34. a *καταίρω*, nisi fallor, ut *κατωρής κάτω ῥέπων* Hes. ab *αἴρω νωτάρης ὁ ἐπὶ νώτου αἴρων* Suid. nisi hoc et *νωτάριος* ad sordes Graeciae deflorescentis relegandum est; quippe simplex esse potest ut dossuarius. Ab alio verbo ducta substantiva primae declinationis *χαλκοάρης* et *χεριάρης*, quibus Pindarus usus, sed paragogum est *ἐργοχεριάρης*, quod non magis in Thesaurum graecae linguae recipi merebatur quam *προχεράρης* et *προχειράριος*. Paronymon suppeditat Methodius EM. 66, 22. *ἀλκμάρες* (sic) *τὸ ἀλεξητήριον κατὰ πλεονασμὸν τοῦ μ̄*.[36] *Ἀλκά-*

---

35) In Empedoclis versu 367. ed. Karsten. *δένδρεα καρπῶν ἀφθονίῃσι κατήρεα*, codices praebent *κατῆρα*, quod pro *κατήορα* scriptum videtur id est *ὧν κατακρεμάννυνται καρποί.* Pro *ἀριήρεσιον χαλεπώτερον* Hes. praesto est *ἀνιηρέστερον.*

36) Idem *Ἀλκμήνη πλεονασμῷ τοῦ μ̄ ὡς Ἀλκμάων*, quod Theognostus Cram. II. 26. vel sic ut ille ab *ἀλκή* derivatum ait vel ab *ἀλ-*

ρες γὰρ τὸ ἀλάλκον τὴν ἀράν καὶ ἀπεῖργον τὴν βλάβην. Ab eodem nomine composita sunt quae Hesychius affert *Ἄνηρος ἄβλαπτος, Δωσιάρη κακὰ διδοῦσα*, et, ut plerique consentiunt, *ἀλεξιάρη*. Nec aliunde ortum videtur proprium *Ἀλεξιάρης* Apollod. ac *Δαμάρης* quoque in Inscriptt. laconicis componi potest cum Demarati nomine, quod Herodotus ad *ἀρᾶσθαι* refert; et *Τιμάρης* Anth. VII. n. 652. Jambl. V. P. XXXVI. 528. cum *Τιμάρατος* ibidem p. 362. *Θυμάρης* vero et *Θυμαρίδης* (omiss. in Th.) ib. XXII. 224. cum *Θυμάρμενος*; *Κλεαρίδης* cum duobus *Κλεάρατος* et *Κλεάρεστος*. Nec minus ambigua *Πανάρης* Diod. Fragm. XXXIX. fin. Dio Cass. XXXVI. 2. *Πantάρης* Herod. VII. 154. *Θεάρης* et *Θεαρίδης*, quibus *Θεάρεστος* tam vicinum est quam *θεαρός* i. q. *θεωρός* etc. *Μενάρης* Herod. VI. 65. nescio an in proprium *Ἄρης* desinat eodem intellectu quo *Μενάλκης* et *μενεπτόλεμος*.[37] — Jam ut ad ultima perveniam, substantiva tertiae declinationis sunt *φαληρίς* a *φαλός* derivatum, *λεβηρίς*, quod Hesychius s. *Γυμνότερος* apte ad *λέπος* reducit, cui *λοβός* quoque adhaeret, tertiumque *πεμφηρίς* piscis nomen inaestimabile et adjectiva *βλιστηρίς, ἱκετηρίς, τριετηρίς* (*εὐετηρία*) etc.

§. 5. Quae restant terminationum species, minoris sunt operae: *ἀκιρός* quod cum *ἀκιδνός* et *ἄκικυς* conjugatum videtur, *βάλλιρος* piscis nomen nuper e codd. Aristoteli restitutum pro *βάλλερος*, propriaque *Κύστιρος, Στάλιρος* etc. EM. 488, 8. Theogn. II. 71.[38] *Ἄκιρις* etc. quorum nullum demon-

---

κιμος, unde *Alcumene*, nisi hoc vocalem insiticiam habet ut Aesculapius, Tecumessa, drachuma, mina, quibus Priscianus I. 6. 36. (555. P.) Alcumena adnumerat. *Ἵπαλκμος* pro *Ἱππάλκιμος* G. Dindorfius in Thes. suspectavit.

37) EM. 175, 30. *Ἀφαρεύς παρὰ τὸ φάρος. Ὁ δὲ Ἡρωδιανός φησι τὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς Ἄρης συγκεῖσθαι, Τυνδάρης, Ἀμφιάρης καὶ Ἀμφιάραος* etc. quod de primo et secundo qui dici potuerit non intelligo neque decernam utrum ille *ἀπὸ τῆς ἀρῆς* (*γενικῆς*) scripserit an *τῆς Ἄρης* (*εὐθείας*). Quae idem memorat 650, 28. *Πάνδαρος πάντων ἀρά· Πανδάρεως ὁ πάντα δράσας· Πανδίων παρὰ τὴν ἰών μετοχήν πλεονασμῷ τοῦ δ*, nulli usui sunt; rectius *Βριαρεύς* seu *Βριάρεως* ad paronyma refert 213, 12.

38) Hic *Πέστιρος* affert ex Herod. VII. 109. ubi *Πίστυρος* vulgatum,

strari potest paragogum esse. *Κικιῤῥος ἀλεκτρυών* a *κίκκος* et *κίκκα gallina* productum cucurrientem exprimit cf. Aglaoph. 1316. adnot. Theodosius Gramm. p. 71. ita loquitur ac si quae in *ῑρος* exeunt bisyllaba sint omnia. Feminina arcet canon EM. 318, 53. *τὰ εἰς ῑρα οὐδέποτε ἔχει τὸ ι μόνον ἀλλ' ἢ μετὰ τοῦ ω̄ πρῷρα ἢ μετὰ τοῦ ᾱ σφαῖρα ἢ μετὰ τοῦ ε̄ δότειρα. Σεσημείωται τὸ εἶρα καὶ Κάειρα ἀμφιβαλλόμενα*, hoc est interdum per iota scripta. — Quae omicron in paralexi habent pleraque sunt herbarum nomina inexplicabilia, *ἄκορος* sive *ἄκορον*,[39] *βόσμορος — ρον*, *ἐλλέβορος — ρον*, *κίχορον* quod vulgo *κιχώριον* dicitur, *κόρκορος* seu *κόρχορος*, edulii vero *ὅμορος* admodum varie scriptum v. Schweighaues. ad Athen. T. II. 265.[40] Haec igitur nullam ansam praebent, *βόρβορος* vero duplicem. Nam si borba sive burba, quod Latinitas medii aevi frequentavit servatque sermo francogallicus, nativo proximum ponimus, graeca vox a monosyllabo crevit reduplicatione vel initiali vel terminali. Sed eadem cum *κορκορυγή* et *κορκορυγμός*, quo significatur burbaliorum sive intestinorum murmur, cum *κορκοῤῥόα ὑδροῤῥύα* Hes. et cum verbo *μορμύρω*, *μορμυρίζω*[41] eam similitudinem habet ut tota facticia videatur ad exprimendum sonum qui coeno moto existit. A *μορμώ* processit *μόρμορος ὁ φόβος* Hes. et *μορμορωπός*. A *σάννας* fortasse *σάννορος μῶρος παρὰ Ῥίνθωνι* Hes. et *Σαννυρίων*. De adjectivis *μολορός* et *μολυρός*, quae Hesychius eodem verbo interpretatur *λυπηρός*, proprioque

---

sed illud in codd. restat, idemque Arcadio p. 71, 22. reddendum pro *σύσειρος*. *Ξίφιρος* Hesych. nonnullis suspectum.

39) Hoc fortasse parogogon est ab *ἀκή* ut *ἄκορνα* planta spinosa, *Ἀκοῤῥαί* et *Ἀκώριαι ἀκάνθαι* Hes. quorum scriptura incerta sed derivatio in propatulo.

40) Neutrale Theognostus 131. unum affert *ἀνάκτορον*, de quo dixi in Parall. 273. (ubi addendum *εἰλιπόδην Ἐνυώ* Nonn. XXVIII. 289.) Apud Arcad. p. 71. ubi de simplicibus loquitur, *πάκορος* mendum est pro *Πάκορος* et *ἄνορος* pro *ἄγορος* vel *ἄκορος*, tertium *κατάμορος* pro *κάμμορος* id est *κάμμαρος*, a quo ille fortasse distinxit compositum, quod per *κατάμορος* explicari solet.

41) Hesychius *Βορβορίζει γογγύζει μολύνει*, quorum alterum ad auditum pertinet ut *Βομβρύζει τονθορύζει*, alterum ad contactum coeni.

Μόλυρος, cujus mediam producit Hesiodus Fr. LVI. dubium est cum homerico *μολοβρός*, quod molestum significare potest, et andronymico *Μόλοβρος* Thucyd. IV. 8. num quid commercii habeant. *Κλειτορίς* quid sit notum est, unde sit, minime. — Diphthongi *οι* in paragoga usum nullum esse tacite attestantur EM. 660, 53. aeolicum *ὄνοιρος* commemorans et Theogn. 101, 32. *τὰ διὰ τοῦ υρα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ ῡ γράφεται* etc. — Nomen *ἄρουρα* Herodianus *π. Μον.* p. 13. designat tanquam unicum hujus figurae; nam cetera aut propria esse aut non simplicia; quorum illa solum ad nos attinent quae derivativa videntur ut *Ἄργουρα*, quae eadem *Ἄργισσα* dicta v. Aglaoph. 1132. ab *ἀργός* adjectivo vel a neutro, quod planitiem significat; *κύουρα* herbae abortivae, ut abiga, nomen aut ignoravit ille aut non simplex esse credidit.[42] Secundae declinationis nomina maximam partem ab *οὐρά* vel *οὖρος* vel alicunde[43] composita aut ignoti generis sunt: *παλίουρος*, *πάγουρος*, *μολόθουρος*, *αἴλουρος*, *κέρκουρος*, *κόλλουρος* (piscis) *Παλίνουρος* viri nomen, *Ἔλουρος* gentis, *Αἰγίμουρος* insulae Strab. XVII. 834. quod ap. Steph. *Αἰγίμορος* scribitur, *Λάθουρος* unius Ptolemaeorum epitheton, quod Salmasius Solin. 877. salacem interpretatur quasi syntheton. Paragogae exemplum, quod pro certo afferri possit, nullum praeter *κλαγγοῦρος*, quod Arcadius properispomenon esse dicit proxime atque alia quae ante diphthongum *ου* consonas habent secundae barytonorum classis proprias et characteristicas *ἀρκτοῦρος*, *ἀγχοῦρος*, *κλαγγοῦρος ὁ κρακτικός*, quam contra regulam saepius *ἄγχουρος* scribitur et *τράχουρος*, *κέρκουρος*, *ἄγγουρος* placentae genus alias *γοῦρος* dictum. — Plura dicendi necessitatem afferunt vocabula in *υρ*—, quorum aliqua a diversis orationis partibus tracta, aliqua ab iisdem sunt. Illius generis exempla subministrat EM. 233. *γλάπτω* (*γλάφω*) *γλαφυρός ὡς λέπω λεπυρός*, similiterque

---

42) Perimpedita sunt *Λειξοῦρα τὸ δῶρον ἐκ τοῦ λείχω* Hes. *λείξουρος ὁ πλεονέκτης, λειξουρία ἡ λαιμαργία* in Lex. Albert. latine terminata *κλεισοῦρα* et *σκοτοῦρα* sive *σκοτεινοῦρα* ap. Du Cang. peregrina *κάφουρα* et *πανδοῦρα*.

43) De compositione et de accentu dicturus sum proprio loco in dissert. de anabibasmo.

ἔχω ἐχυρός καὶ ὀχυρός p. 405, 15. φλέγω φλεγυρός, βλέπω Βλέπυρος, et adsumtis consonis auxiliaribus καίω καπυρός, quo Hesychius interpretatur καυαλέον, a βδέω (βδόλος) βδελυρός, unde derivatum βδελυρεύεσθαι idem quod βδεῖν valet v. Meinek. Com. Fragm. I. 443. a ψάω — ψαθυρά διὰ τοῦ δ̄ οἱ Ἀττικοί, διὰ δὲ τοῦ θ̄ ἅπαντες οἱ ἄλλοι Galen. Comm. III. in I. Prorrh. c. 118. p. 740. T. XVI. ψιθυρός ἀπὸ τοῦ ψίω τὸ λεπτύνω παρὰ τὸ ψίθος ὃ σημαίνει τὴν λοιδορίαν — τινὲς δὲ ὀνοματοποιεῖσθαί φασιν ὡς τὸ σίζε — κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ψευδομένων λέγεται Sch. Theocr. I. 1. quorum quid vero proximum, hoc difficilius dictu quod alia extat forma latino adjectivo *susurrus* similior σαυσαρός ψιθυρός Hes. Haec terminationem affîcticiam habent ut κλαυθμύριζω, alia a verbo acceptam πορφύρω πόρφυρος Cram. II. 72. πόρφυρον ἄνθος Sapph. πλημμύρω πλημμυρόν μεστόν πεπληρωμένον Hes.[44] πλημμύρα penultima brevi ut πλημμυρίς et κλαυθμυρίς sive κλαυθμυρία in codd. Oppian. Cyn. I. 248. ut πλημμυρία Aret. Cur. Acut. II. 8. a similibus κινυρός, μινυρός, μάρτυρος et, ut mea est sententia, ab ἀθύρω ἄθυρος Nic. Al. 132. ἀθύροισιν ὑπὸ ῥήτρῃσιν Ἰάμβης, quod Schol. recte παιγνιώδεσι interpretatus est, vulgo autem pro ἀθυρώτοις accipitur. Num vero etiam a bisyllabis, dubito, licet affirment EM. et Hes. μόρμυρος ὄνομα ἰχθύος ἀπὸ τοῦ μορμύρω, ἄμυροι τόποι καθυγροὶ ἀπὸ τοῦ μύρειν, cui simile Ἄμυρος fluvii urbisque nomen. Paronyma si quaeris, primum occurrunt adjectiva a substantivis derivata: ἅλμη ἀλμυρός,[45] ἰσχύς ἰσχυρός, οἰζύς οἰζυρός, et ab adjectivis λιγύς

44) Mutato accentu participium evadit, non mutato adjectivum est trium generum media, ut opinor, brevi quamvis negaverit Herodianus v. Adn. seq. Homericum πλημυρίς Nitzschius ad Odyss. IX. 480. pro adverbio haberi posse ostendit.

45) Quia in omni hoc numero adjectivorum paragogorum longam antepenultimam sequitur vocalis longa, Herodianus Cram. III. 294. Atticos dicit analogiae convenientius facere ἁλμυρός pronunciantes producta media ut Ἁλμυρίδες Aristoph. Fragm. p. 997. Meinek. locus Atticae, quem gallico nomine *Saumure* reddere possumus auctore Du Cangio s. Σαλαμοῦρα (id est muria). Ceterum poetas inferioris aetatis notum est modo corripere ῡ longum πάπυρος, γέφυρα, Corcyra, modo porrigere breve ἐχυρός. (Hesych. Κορκυρεύεται ἀλονεῖται scrib. ἀπονοεῖται· nota enim Corcyraeorum ἀπόνοια Thuc. III. 81. IV. 48.)

λιγυρός, *μωλύς μωλυρός*, *θαμύς*, quod veteres plurali *θαμέες* praestruunt, *θάμυρις πανήγυρις καὶ ὁδοὺς θαμύρας (θαμυράς) τὰς λεωφόρους* Hes. tum substantiva a substantivis *ἀπὸ τῆς πλήμης ἡ πλημμύρα παρῆχθαι δοκεῖ* Eust. ad Dion. 198. quod ubi mediam producit, *πλήμυρα* scribendum ut ab *ἄγκος* uncus *ἄγκυρα*, diversum a verbali quod antea notavi *πλημμύρα*, nam hoc pronunciatur ut *πορφύρα*. Neutrius *πίτυρον* ortum conjicimus ex Hesychii glossis *Πήτεα πίτυρα*, *Πητεῖται πητύριοι ἄρτοι*, ubi *πίτυα* et *πιτῖται πιτυρίαι* sive *πιτύρινοι* corrigi debet, videlicet a neutro *τὸ πίτος*, quod verbo *πτίσσω* *piso* adhaeret v. Parall. 31. unde etiam *πίσυον* intellectu eodem. Sed quod idem ille affert *Πίσυρα ἀγγεῖα*, laconicum videtur ut *πίσορ πίθος*, unde *πίθυρον*. Vere etiam Theo in EM. 160, 30. *ἄστυρον*[46] *παρὰ τὸ ἄστυ ὑποκοριστικῶς*, nisi quod in Nicandri et Callimachi locis nulla est hypocorismi significatio. *Ἄχυρον* *acus* percommode ad *ἄχνη* refertur praeeunte Hesychio *Ἄχνη τὸ ἄχυρον*, cui affine est *ἄχωρ τὸ τῆς κεφαλῆς πιτύρισμα*. *Νάκυρον νακύριον δέρμα* et *Καλύριον ξυλήφιον* Hes. ad *νάκος* et *κᾶλον*, quanquam dubito an *καλύφιον* scripserit ut *δενδρύφιον*. Neque difficilis est aliorum originatio; *ἄργυρος* ab *ἀργός*, *ζέφυρος* ex Eustathii sententia ad Dion. 400. a *ζόφος*, *γανυρός ἱλαρός* Hes. a *γάνος* et *γάνυμαι*. *Λαμυρός* quod Schol. Nic. Th. 293. *λαβρός* interpretatur, cum hoc et cum *λαιμός λαμυρός* Hes. convenit,[47] *κολλύρα*[48] cum *κόλλιξ* turunda. *Λάφυρον* non multum discedit a dorico *λαία* i. q. *λεία* captura.

---

46) Aut hoc aut *ἄσκυρον* herbae nomen restituendum est Theogn. 131, 23. pro *ἄτυρον*. Pro *Ἴπυρος ποταμός* Theogn. 72, 1. *Ἴδυρος* ex Stephano reponendum.

47) Cognata inter se affert idem *χλεμερόν χλιαρόν*, *χλεμύραν* (sic) *χλοανθοῦντα*, *χλαμυραί τρυφῶσαι γρυπῶσαι* fort. *γαυριῶσαι* i. q. *χλιδῶσαι* sive *χλίουσαι*, cui verbo propinquum videtur pindaricum *χλαρὸν γελᾷν* ***molle ridere*** Horat.

48) Hoc unicum esse *κατ' ἀμφότερα δίχρονα ἐκταθέν* docet Herodianus Cram. III. 288. Arc. 194. *π. Μον.* p. 17. ubi *ζεφύρα* vel Halicarnassi nomen est Strab. XIV. 656. vel insulae de qua Plinius loquitur (cf. Hoeck. Creta I. 425) omissum in Thes. Pro *κέρκυρα κόρκυρα* dubito an scripserit *γέργυρα Κόρκυρα* vel *Κέρκυρα γόργυρα*, nam ut idem nomen bis afferret diverse scriptum, nihil causae erat.

Γόργυρα sive *γόργυρον* Du Cangius s. *Γούργουρος* non inepte cum *γέργερος* et *γαργαρεών* *gurgulio* confert tanquam aquae bilbientis imitamentum, quod tum propriae significatione gurgitis et cloacae sive, ut veteres interpretantur, *ὑπονόμου βορβορώδους* convenit tum translatae carceris (*καρκάρου*) subterranei, cujus loco saepe erant putei et qui in V. T. nominantur *λάκκοι*. Haec certe opinabilia sunt; sed *ἀήσυρος*, *βλοσυρός*, *ἐχυρός*, *λάθυρος*, *ὀνόγυρος*, *γέφυρα* (*βέφυρα*, *δίφουρα*) *ὄλυρα*, *φιλύρα*, *ἀνάγυρις*, *πίτυρις*[49] etc. ita praeclusa ut ne transenna quidem ad perspiciendum relicta sit. — Nomina in *ωρ*— demtis propriis et compositis non multa extant; pleraque primae declinationis, pauca secundae, de quibus egi in Parall. 81. et ad Buttm. Gramm. 407. tertiae nullum; nam *νεώρης* et *αὐτώρης* i. q. *αὐτόματος* composita sunt a verbo unde *νέορτος*, quodque Hesychius accentu mendoso scribit *κατωρής κάτω ῥέπων* et substantivum *κατωρίς*, ab *ἀείρω* ut *Καταορᾷ καταντεῖ* Hes. hoc est *κατάορα κατάντη*, et per eta, *ἑτερήρης* i. q. *ἑτερόῤῥοπος*. Duorum propriorum, quae Phocas III. 8, 335. ed. Lind. componit, Autores et Diores, alterum a Choerob. II. 192. EM. 280, 47. Eust. 303, 25. disceptatur simplexne sit a genitivo *τοῦ Διός* an compositum *ὁ διορῶν*, ut *Αὐθώρης αὐτὸς βλέπων* Hes. *Πέλωρος*, unde *πελωρίς*, terminationem primitivi subsequitur ut *ἑλώριον*. Ex simplici *ὦρος* (*οὖρος*) ortum *ἰωρός*[50] praefixo iota, quo Apollonius de Pron. p. 70. pronomen *ἵ* significari putat, quemadmodum Aborigines Rhodi *ἴγνητες* vocati sint hoc est *αὐθιγενεῖς* sive *ἰθαγενεῖς*.

---

49) Hujus declinatio et accentus duplex Athen. II. 56. D. *πίτυριν* et *πιτυρίδες*, neque regula tradita est praeter quam de propriis *Κορκυρίς πόλις Αἰγύπτου ὡς ἁλμυρίς*, *ἀργυρίς*, *ἡ δὲ Ψένυρις βαρύνεται* Steph. qui sine dubio non *Τετυρίς* scripsit sed proparoxytonôs ut solent aegyptia Arc. 34. et alia peregrina *Ὑλάκιρις* Herod. IV. 47. *Ὤγυρις*, *Ἄμυρις*, *Τόμυρις*, *κάπυρις*. Sed *Ἴδυρος Παμφυλίας ἢ καὶ Ἰδυρίς ὀξυτόνως* Steph. ut paronymon; incerta scriptura *τὴν νῦν Ὀλουριν ἢ Ὄλουρον* Strab. VIII. 350. Proprium *Πιτυρεύς* Paus. si ex illo pendet, mediam brevem habet, sin e *πίτυρον*, secus.

50) In Arc. 72, 12. *ὀξύνονται ὅσα ἔχει ἔννοιαν τοῦ ωρος* (*φρῶ*) *ῥήματος*, *ὑλωρός ὁ γνήσιος φύλαξ*, *ἰωρός* — *τὰ δὲ* (*ἄλλα*) *βαρύνεται*, *νέωρος*, *ἀσχέδωρος* etc. nomen *ἰωρός* proxime post *ὑλωρός* collocandum est; illi enim convenit interpretatio *ὁ γνήσιος φύλαξ*.

Λ ψόθος ἀκαθαρσία Hes. ψόθωρος, quod idem interpretatur αὐχμηρός. Sed jam notum exodium ad pulpita redit.

§. 6. Vocales quae syllabam finalem antecedunt saepe mutantur in dialectis; primum in numerali τέσσαρες, τέσσερες, τέττορες, πέσσυρες et πίσυρες. Tum Attici ἀθάρη dixerunt, alii ἀθήρη, Aeoles ὄνοιρος, Dores κύπαιρον, iidemque ἱαρός et σκιαρός, sed χλιαρός multo usitatius est quam χλιερός, nec probantur βριερός, μιερός, φιερός — μυσερός vero Manethoni frequentius quam μυσαρός, eidemque novissimi editores Praef. XXX. ψαφερός reddendum censent quod in codd. Hippocr. Coac. p. 340. T. I. legitur; *camera*, *tessera* et *phalèrae* latina sunt ex graecis facta, ut λάσαρον laser, σίσαρον siser. Sed praeter χλιαρός illud et χλιερός tertium reperitur χλιηρός Hipp. Mul. I. 725. qui alibi χλιαρός, sicut Herodotus et Aretaeus, scribit; et apud eundem, nisi Glossaria fallunt, πινηρός pro πιναρός et χλοηρός, quod et Euripidi relinquendum censet Elmslejus; Hesychius profert δαερός et δαηρός a δαίω inflammo, nec solum σταθερός dicitur sed etiam minus eleganter σταθηρός v. ad Phryn. 215. sed τακηρός Geopp. XII. 29, 10. jam sublatum est tollendumque etiam Diosc. Mat. I. 144. p. 137. Quin ipsum νοσηρός, quo Xenophon usus est, Eustathio 1304, 42. insolentius (καινότερον) videtur ob hanc, censeo, causam quod quae a nominibus primae declinationis derivata sunt, hoc modo terminari solent v. §. 4. in ερος vero quae a secunda §. 3. ut γοερός, quod multo usitatius est quam γοηρός, quo Lycophro solus utitur. Ἀβέλτερος quod a βέλτερος compositum esse pro certo sumunt EM. 195. et Rueckertus ad Symp. Plat. p. 139. hoc uno modo scribitur, sed substantivum non raro ἀβελτηρία ut μέρμερος, πολυμέρμερος hoc est πολυμέριμνος et μερμήρα, quae ad commune principium refert Eustathius 1416, 10. Sed omnem in variando modum excedit illud, cujus modo mentio fuit, ψαφαρός, quod idem ψαδαρός scribitur et ψαθαρός Med. Mosq. 153. et ψαθυρός v. Casaub. ad Athen. I. 26. D. Niclas. ad Geopp. II. 33, 175. Coraes ad Xenocr. p. 116. Verbum κλαυμαρεῖσθαι non parasyntheton est ut θυμαρεῖν, ὁμηρεῖν,[51] πυργηρεῖσθαι, τειχηρεῖ-

---

51) Eupolin παραῤῥεῖ τῶν φρενῶν scripsisse assentior Meinekio Fragm.

σθαι, sed simplex ut *φλυαρεῖν*, *μεσηρεύειν*, *κλαυθμηρός* Schol. Eur. Hec. 334. omiss. in Thes. et notius *κλαυμυρίζω* seu *κλαυθμυρίζομαι lamentor*. De *καρφηρός* et *καρφυρός*, cujus femininum *καρφυρά* fortasse substantivi locum occupavit mutato accentu ut *κινύρα* et *ψιθύρα* instrumentorum musicorum nomina, breviter ut in re ambigua loquutus sum in Parall. 310. Sed *λαπυρός* ex *λαπηρός* depravatum esse hoc certius habendum quod Grammatici *ἁλμυρός* ex *ἁλμηρός* conversum statuunt EM. quia a femininis primae declinationis orta servent vocalem primitivi finalem. De scriptura duplici propriorum *Κυθήρη* et *Κυθείρη* v. Jacobs. ad Anth. 606. *Ἀλίφηρα* et *Ἀλίφειρα Aliphira* v. Siebelis ad Paus. VIII. 26, 4. *Κάβειρος* et *Κάβιρος*, quorum vetus est controversia v. Etym. Gud. aliorumque dicere nihil attinet, nisi qua cum scriptura mutatur quantitas ut *Ταύχειρα* — *εὕρηται καὶ χωρὶς τοῦ ι παρὰ Παρθενίῳ· Ταυχέριος γὰρ εἶπε* Choerobosc. II. 266. et Stephan. s. v. Hoc enim affectionis simile qua appellativa quoque continguntur ut arboris nomen in versu ignoti poetae ap. EM. 28, 40. *ταὶ δ' αἰγέρων ἔφυσαν εὐγενέστεραι*, plantaeque *κύπερος* sive *κύπερον* apud Herodotum, Hippocratem Nat. Mul. p. 567. 586. T. II. et Aretaeum Acut. I. 8. quae vulgo *κύπειρος*, a Nonno Epit. c. CXII. sq. utroque modo dicitur. Vocalium alteram omittit *Αἴγειρον* urbis nomen si *Αἴγιρον* scribitur EM. sed non metri causa; nam in nummis *Αἰγιρᾶται* dicuntur v. Eckhel. Doctr. T. II. 234. qui in libris nostris *Αἰγειρᾶται* v. Tzschuck. ad Strab. VIII. 300. *Ἔταρος* Grammatici poeticae assignant licentiae. Cicindelae duplex fertur nomen *λαμπυρίς* et *λαμπουρίς*, illud simplex ut *Λάμπυρος* proprium Cram. I. 180.[52] hoc conjunctum ut *λάμπουρος* i. q. *πυγολαμπίς*, neque necessarium duco ap. Hesychium pro *Κίλλυρος σεισοπυγίς* Vossii suasu *κίλλουρος* scribi, quorum illi similius

I. 546. neque aliter visum Valckenario ad Adon. v. 8. sed idem defendo Hesychii scripturam *Παραρεῖ φληναφεῖ*, verbumque hoc a *πάραρος* (ut *πόταρος*) ductum puto, quod ille *μωρός* interpretatur s. *Πάρηρος*. Archilochi vocem *τίς σὰς παρήειρεν φρένας* jam Schneiderus apposuit.

52) *Λαμπηδών λαμπυρίς σπινθήρ* Hes. longa fortasse media ut *ἁλμυρίς* et nonnunquam *πλημυρίς*, quo facilior in diphthongum transitus.

est latinum *motacilla* caudae expers, huic germanicum *Wippsterz.* Sed quod Salamis hodie *Κολοῦρι*[53] nominatur a similitudine *τῆς κολλύρας* ut Coraes sentit ad Strab. p. 175. cf. Naek. Opusc. 251. et jam apud Nonnum et Dioscoridem *κολλούριον* pro *κολλύριον*, id certum epenthesis exemplum quale *γρουνός* pro *γρύνος* et in hac ipsa terminatione *γέφυρα δίφουρα*, sed hoc laconicae dialecti angustiis inclusum. Alias commutantur αυ et ω, *κασωρίς, κασωρεῖον* et *κασαυρεῖον* derivata a *κᾶσα* v. Parall. p. 80. cum correptione vocalis thematicae ut *Τίταρος* dicitur iota longo, *Τιταρήσιος* brevi et alia v. ad Aj. 184. Neque praetermittendae sunt similes syllabae principalis mutationes, quae saepe paragogae speciem praebent: *ἄγχαυρος* et *ἀγχοῦρος ὁ ὄρθρος* sive *αὔριος ὥρα* ab *αὔρα* vel cognato huic *οὖρος.* A verbo autem *πέδαυρος* et *πέδουρος* i. q. *μετέωρος* seu *μετήορος*, et indidem *πάραρος* ut *ὁμούρησις*, quod Hesychius pro *ὁμήρησις* dictum affert,[54] et *ὁμάριον τὸ κοινοβούλιον* Strab. VIII. 385. cf. Coraes p. 169. et Schweighaues. ad Polyb. V. 39, 6. ab *ὅμαρος*, quibuscum fortuitu congruunt *Τομοῦρος* et *Τόμαρος*, et triplici specie *Αὔλαρος αὐλωρός* et *αὐλουρός* Hes. illud doricum ut *θεαρός*, haec ut *κηπωρός κηπουρός.* Postremo diversorum locorum vocabula *Ἀνεμώρεια* et *Ἀνεμούριον* Eustathius 774, 45. re idem sonare censet. Sed redeo ad paragoga. Ad syncopen vocalis connexivae referri licet *στιβαρός στιφρός, σιναρός σινδρός βλαπτικός* Hes. *σινδαρωνεύεσθαι βλάπτειν* Suid. v. Meinek. Com. Fr. I. 343. *κοναρός εὐτραφής πίων* et *χόνδρος παχύς, χοντρὸν ἱμάτιον τὸ παχύ* Schol. Od. V. 399. *κονταροθήκη* et *κοντροκυνηγήσιον* v. Francke ad Inscript. Richteri p. 392. *λαγρός* pro *λαγαρός* v. Du Cang.

53) In Hecataei loco, quo Herodianus utitur *π. Μον.* 13. *παρὰ Κόλουραν ἵνα πρηνεῖς ἕζοντο* scribi oportet *Ποιηνεῖς* quod apparet ex Stephano *Αἴβουρα ὡς Κόλουρα περὶ Ποιήνην.* Similiter variant *Ἄστυρα Ἄστουρα, Κόσσυρα Κόσσουρα* v. Interpr. ad Sil. Ital. XIV. 272. *Τίβυρα Τίβουρα, Τάπυροι Τάπουροι* v. Muetzell. ad Curt. VIII. 13. p. 740. *Κερκάσωρος Κερκέσουρα* etc.

54) *Θεόπομπος ὁμηρεῖν φησι παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγεσθαι τὸ ἀκολουθεῖν* Harp. *Ἀμαρεῖν ἀκολουθεῖν* Hes. et eodem modo *ὁμορβεῖν* interpretatur, quod et *ἀμορμεύειν* dicitur ab *ἀμορβός*, cui labialis inserta est v. Dissert. de Verbis.

s. h. v.[55] Verum necesse non est; namque terminatio ρος stirpi, quae dicitur, saepe sine interventu vocalis adjungitur: neque evincunt Schol. Od. I. 164. *ἐλαφρός* ex *ἐλαφηρός*, et Eust. 671, 63. *ψυδρός* ex *ψυδηρός* contractum esse, qua ratione etiam *αἰσχρός*, *ἀλιτρός*, *λιβρός*, *λυπρός*, *ψυχρός* in EM. expediuntur.[56] Facilius accesserim si quis Hesychium verbum *συβριάζειν* ex vero *σοβαρεύεσθαι* interpretatum esse dicat. Notum est sermonem plebejum *σταυρούς* transnominasse *σταύαρα* sive *στάβαρα*, ac potest fieri ut *Γύαρος Γυραί γυρός* nomen idem sit, sed quis decernat utrum prius fuerit, *καυαρός* an *καυρός*, *Γανδάραι* an *Γάνδροι*? Ac nonnunquam etiam significatio discrepat: *ὕδρος ὕδρα ὕδερος*. Alia simul cum vocali consonam mutant characteristicam: *τρυφερός* et *τρυφηλός*, *γαλερόν κατὰ Παυσανίαν τὸ γαληνόν* Eustath. 1539, 63. pro quo Hesychius *Γαληρόν τὸ αὐτὸ καὶ γαλερόν*. Alia consonam solam: *Ἀνεμώρειαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος — τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν καλοῦσι* Strab. IX. 424. *Βώκαρος ποταμός — ὁ νῦν Βωκαλίας* ib. 394. corrupto utrumque etymo v. Parall. 466. *Γαργαλεών gurgulio* Gloss. pro *γαργαρεών* bronchus, quem vetus Oribasii interpres gargalam nominat v. Reines. Varr. Lectt. Epil. p. 683. *Τέρμερα — Τερμερεῖς καὶ Τερμελεῖς* Steph. *κανθήλιος cantherius*. De duplici adjectivorum *σιωπηλός* et *σιωπηρός* etc. scriptura dixi in Dissert. II. c. II. §. 3. His deteriore aetate succrevit *σιγανός*, quo exemplo Coraes ad Strab. 182. vitiosam unius codicis scripturam *σιγηνός* defendere conatur. Alia quaestio est num consona quae in formatione nonnunquam literae eretriacae subseritur (*φέρω φερνή*, *κέρας* cornu etc.) eadem in hoc genere fulciendae vocali brevi adhibita sit. Urbis quidem Creticae nomen ob Eleuthero quodam fabuloso derivatum plerumque *Ἐλευθέρνα*, aliquoties etiam *Ἐλευθεραί* scribitur; sed

55) Singulare syncopae exemplum praebet Epidauri Laconicae epitheton, si ex *λιμενηρά*, ut Apollodoro placuit Fragm. 423. correptum est, et magis etiam si ex *λειμωνήρης*, qua ex opinione fluxit accentus *Λειμήρα* et *Λιμήρα* cum alibi tum in codd. Thucyd. VII. 26. receptus, ubi Schol. aptius ad *λιμός* refert.

56) Schol. Eur. Med. 595. *δοῦλος* ex *δεηλός*, quod ne reperitur quidem, concisum putat, Passovius homericum *ζωρός* ex novitio *ζωηρός*

suspecta est librariorum fides; *σισύρα* et *σισύρνα*[57] quamvis discreta quodam modo v. Bernhardy Eratosth. 222. tamen etymon commune habent *σύρα* vel *συρία* v. Meinek. Com. Fr. P. I. 132. sed fieri potest ut a *σίσυς* (nam et hoc affertur) et *σισύρα* propagatum sit et densius *σίσυρνα* ut ab *ἄκη ἄκανος ἄκαρνα*, quae a Theophrasto inter *ἀκανώδη* refertur, a *κίστη* cista cisterna, a *κέω* (*κείω κέαζω*) *κέαρνον* et *σκέπαρνον*. *Κιβύρα* in *Κυβέρνα* corruptum putant v. Gail. ad Geogr. Min. T. II. 556. Pro *λάσταυρος* quosdam *λάσταρνος* dixisse testis est Hesychius.[58] Vocalem attexuisse videtur Theocritus VII. 134. palmites *οἰνάρεα* vocans, nisi neutrum est adjectivi *οἰνάρεος* significatione substantivi indutum, quod et de Hesychii glossa *Καρβάρεοι κάραβοι* suspicari subit; *καρχαρέος* ubique in *καρχαλέος* mutandum esse demonstrat Wernickius ad Tryph. 315. parumque momenti faciunt propria *Πάνδαρος* et *Πανδάρεος*, *Τύνδαρος* et *Τυνδάρεος*,[59] etsi non dubito quin natura eadem et a scriptoribus interdum confusa sint. De adjectione literae iota dubitatio eadem; primum illud Antiatticistae edictum, quod ad Phryn. 651. edisserui, *θανατήριον ἀξιοῦσιν οὐ θανάσιμον λέγειν*, sive sic accipitur ut verba valent sive ex interpretatione Schneideri ad Plat. Civ. T. I. 295. vehementer

---

57) Sic fere ubique scribitur sed verior videtur qui in Schol. Plat. 466. a Bekkero tacite positus est et in mendosa Ammonii scriptura *σίσυρμα* apparet accentus ut *ἄκαρνα*, *Ἀλίσαρνα*, *Κάλαρνα*, *Φαλάσαρνα* brevi ultima Dicaearch. Descr. v. 119. ut *Μηκύβερνα* Herod. VII. 122. tum *Σάμορνα*, *Ἀλίκυρνα* sive *Λίκυρνα* v. Tzschuck. ad Strab X. 114. quod et Scylaci redditur pro *Μύκαρνα* neglectum ut multa Klausenio. Minus recte *Ἀλικάρνα* Steph. *Καλασάρνα* Strab. VI. 254. *Προέρνα* IX. 434. quod facilius ferri potest in latinis *κιστέρνα* Hes. etsi pro *Μιντούρνη* Stephanus scripsit *Μέντυρνα*. *Σισύρα*, quod anapaesti mensuram habet, a dactylico *τίτυρος* derivatum esse Scaligeri est conjectura parum probabilis v. Voss. Etym. cui quod Ottfr. Müllerus de Dorib. II. 346. de suo adrogat, ex *τιτυρίνα* evasisse *σίσυρνα*, refellere non attinet.

58) Pro *Λαστάρνη μάστιξ* Doederlinus Synon. T. VI. s. **Lustrum** eleganter emendat *μαστροπός*.

59) Freundius in Lex. lat. ***Tyndarus*** profert ex duobus Hygini locis; in utroque Tyndareus scriptum est, sed illius auctor certissimus Plautus in Captivis. *Τὸ Πανδαρέου ὄνομα ὅμοιον τῷ Τυνδαρέου καὶ Πηνελέου* Eust. 1875, 35. Illud ad *Πανδαρής* refert Schol. Od. XIX. 518. *Πανδάρεως* Anton. Lib. c. XI.

vacillat non solum quia *θανατήριος* nusquam legitur sed etiam quod analogia caret, nam *θανατηρός* ipsum, sine quo nasci non potuit, seculis barbaris, ut dixi, natum est. Multo meliores auctores habet *καματηρός*, sed *καματήριος* merito addubitatur, neque aliud reperi duplicis terminationis in uno adjectivo exemplum: nam *ἀτήριος* quod Brunckius invexit Antig. 2. jam diu rejectum est; *ἄγγος μελιτήριον* Aristoph. Tagenist. n. XXXVI. et *ἀλφιτήριον* Antiphan. p. 34. T. III. unius literae jactura ad normam revocari possunt, *ἀλιτήριος* vero et *ἀλιτηρός*[60] una consistere possunt, hoc a verbo deflexum, ut supra significavi, illud ab *ἀλείτης* correpta propter accretionem syllaba secundaria ut Massўli *Μασσῠλῆες* Dionys. v. 187. *ὄρνις ὀρνίθεος* Arat. *Ἐλευσίς Ἐλευσινίδης* v. Dissert. IV. p. 242. simileque aliis tum trium generum adjectivis *ἀκεστήριος*, *ἀναγκαστήριος*, *πευστήριος*, *ληκτήριος* etc. quorum pars magna a substantivis inusitatis pendet, tum substantivis neutrius *ἐργαστήριον*, *καυτήριον* etc. Quemadmodum vero ex hoc non sequitur praeter *καυτηρός* etiam *καυτήριος* receptum fuisse, ita substantivum *τὰ νοσήλια* non satis est ad probandum *νοσήλιος*.[61] Terminationis *ηρης* transitus in *ηριος* nescio an uno Hesychii testimonio *Πανηρίαισι ταῖς κατὰ πάντα ἡρμοσμέναις* parum comprobatus sit; *σῆμα ὀλιγήριον* quod attuli ad Buttm. p. 413. compositum est sine dubio ut *φυγοδέμνιος*, non simplex. Quae vero in *αρος* et *ερος* terminantur, persaepe incrementum vocalis capiunt, *ἑσπέριος*, *ἡμέριος*, *νυκτέριος*, creperumque illud *μερμέριος* v. Jacobs. ad Anth. 663. et novitium *δευτέριος*. Haec paraschematista sunt sic ut *θούριος*, *οὔλιος*, *λοίσθιος*, *μειλίχιος* etc. *καθάριος* vero et *ἐλευθέριος* a significatione primitivi aliquantum mutant, quantum fere ab *ἄσυχος ἡσύχιος*. Adjectivorum in *ορος* et *υρος* exeuntium similem excessum non novi; nam *ἐμπύριος* Quintil. de Mus. II. 105. vocalem innatam habet, *ἐνεχύριος* vero ab *ἐνέχυρον* derivatam, quod adjectivi na-

---

60) *Ἀλιτηρός* quod Soph. Oed. C. 372. e cod. Ven. affertur, suspectum est quia nullum aliud extat adjectivum hujus modi a substantivo in *της* vel *τηρ* derivatum.

61) ***Morbus hepatarius*** Plaut. latinam habet terminationem; graecum est *ἡπατηρὰ δυσεντερία* Schol. Hippocr. I. 130.

turam exuit. Sed *πελώριος* huic convenit propter brevius *πέλωρος*. Cetera dicatalecta composita sunt; *ἀώριος*, *μινυώριος* pro *οἰκουρός οἰκώριος* Pind. ab *ὄρος ὁμόριος* sive *ὁμούριος μεθόριος*, quod solum dominatur expulso *μέθορος*, sed statum suum tenuere *μέσσορος* in Tab. Heracl. *μέσωρος* et *μεσσόρης μέσος* ap. Hesych. *μεσσώρης* Theogn. p. 45. ubi *νεσσώρης* vulgatum. Positionum *ης* et *ος* vicissitudo eadem in aliis qua simplicibus qua compositis, quae persaepe distingui nequeunt: *ὑλιώρης* et *ὑληωρός*, *ὅμηρος ὁμήρης* et *ἐνομήρης*, *νοηρός* et *νοαρέως νουνεχόντως* Hes. *ἀτηρός*, *ὀμβρηρός*, *πενθηρός* et — *ηρης*, quaeque significatione non minus quam mensura differunt *λιπαρός* et *λιπαρής*, sed scriptura modo distincta *ὑδαρές τὸ ὑδαρόν* Hes. in quibus variant libri in Alex. Fragm. p. 487. Vol. III. mensurae discrimine nullo, etsi Moeris *ὑδαρές* attice corripi, vulgo protendi affirmat; ad ultimum *στυγερής καὶ στυγερός* Suid. Coronidis loco adjiciam syncopae commentum Schol. Aesch. Pers. v. 1. *τάδε μὲν Περσῶν πιστὰ καλεῖται — πόλις ἐστὶ Περσῶν Πίστειρα καλουμένη, ἣν συγκόψας ὁ ποιητής Πίστα ἔφη.* Somnium hoc est, sed nititur observatione licentiae popularis, qua nomina peregrina varie et multipliciter interpolantur cum alia tum etiam quae ad hanc terminationem pertinent: *Κυάρης* pro *Κυαξάρης* v. Schneidewin. ad Ibyc. p. 194. *Κοτύωρα πόλις ἡ νῦν παρὰ πολλοῖς Κύτωρα λεγομένη* Suid. v. Dissert. II. c. 6. §. 3. Quare non multum dissentio ab enarratoribus Festi, *καλάσιρες* calassis et aclassis idem nomen esse statuentibus. In Parall. p. 94. attigi nomen monstruose imminutum *Περίηρς ἐκ τοῦ περιήρης*, quod Schneidewinus in Conject. p. 9. affirmat a me non recte sic scriptum esse et ipse fortasse non sic scribere volui, nam ignotum est, *Περιήρης* notissimum; ceteroqui *περιήρης* non deterius est quam *ἀμφήρης*, et nuper dubitare coepi ne Alcman *περίηρ* finxerit exemplo homerici *ἐρίηρες*, cui Grammatici rectum *ἐρίηρ* assignant, librarii autem veteres *περίηρς* substituerint, cujus et forma insolens et accentus dubius est.

DISSERTATIO SEXTA.

DE

NOMINIBUS QUORUM CHARACTER EST LABIALIS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXLII INEUNTE.)

CAP. I.

De nominibus in —β— exeuntibus.

§. 1. Ad significandum sonum qui fit pulsu, ictu, flictu graeci sermonis fictores cum alia fabricati sunt vocabula, tum etiam tria quae ad hunc locum pertinent, *ἄραβος*, *κόναβος*,[1] *κότταβος*. Horum primum colligatum est verbis pulsandi *ῥάω*, *ἀράσσω*, *ῥαβάσσω*. Secundi etymon jacet in tenebris; *κότταβος* a *κόπτω* derivatum putant, ad quod convenit vox Plautina *cottabi bubuli*, hoc est plagae et *κόσσος* alapa vermisque *ξυλοφάγου*, ut Plinius vocat, nomen latinum *cossus*, nam *κόπτειν* proprium est teredinum v. Jacobs. Anall. T. IX. 451. Neque non credibile videtur aleam propter tesserarum strepitus quos dicit Sidonius Apoll. Ep. II. 9. appellari *κόττον*, aleam jacere *κοττίζειν*, quod Schol. Lucian. ex *κοτταβίζειν* contractum censet. Huc congruit Salmasii sententia ad Vopisc. V. Procul. p. 754. T. II. ludum duodecim scriptorum comparantis cum eo *quem vulgo* T r i c t r a c u m *appellamus onomatopoetice a sono quem calculi in tabula moti faciunt.* Menagius in Orig. Ling. Gall. id genus galeae artificiosae olim *Tictac* appellatum esse scribit et ita a Germanis etiam nunc vocari. Nos vero vulgo *Puffspiel* nuncupamus a paviendo, ut Adelungii nostri censent, hoc est a sonitu calculorum qui ultro citroque, prout tesserae ceciderint, transponuntur vel tesserarum ipsarum alveum oppuvientium. Sed elegantior consuetudo recepit ibericum vel vasconicum nomen *Tocadillo* et onomatopoeticum illud, quod nobis cum Gallis Batavisque commune est *Trictrac, Tiktak, Tique-tac,* facticium sane non minus quam *Klingklang, Zikzak, Mischmasch,* parique vocalium vicissitudine. Quod si quis

1) Mendose *κόραβος* Arcad. p. 46.

hanc disputationem a doctrinae grammaticae majestate alienam judicat, is parum reputat Grammaticam non constare sine etymologia, hanc autem simillimam esse ludi illius qui simul casu simul arte regitur, et in hac ipsa quaestione evitari non posse quin conjecturas in medium jaciamus tanquam talos aut tesseras. Sed redeo ad cetera. Si verum est quod Grammatici tradunt ut Iones pro *κότταβος* praecisa consona dixerint *ὄτταβος*, consentaneum videtur ut etiam vicinum *ὄτοβος* huic familiae vocabulorum fragosorum adscribatur. Proximum inde locum assigno avibus a vocis proprietate denominatis ut a *κίκκα* gallina perdices, quae sunt e gallinaceo genere, *κακκάβαι* vocantur, unde verbum *κακκαβίζειν* et primitivo propius *κακκάζειν*, quibus similia *κικκαβαῦ* et *κικκαβάζειν*. Pollux auctor est *κίττας κιτταβίζειν*, cui conveniens nomen aut nullum fuit unquam aut casu intercidit. Hesychius *Γάραβος ὀλολυγών*, *garrulam* significare videtur; nam ranae *garriunt* Martial. III. 93.[2] A vocalibus transeo ad muta. *Tauri vocantur scarabaei terrestres — nomen cornicula dedere* Plin. XXX. (5) 12. et scarabaeorum ipsorum nomen graecum est *κάραβοι* sive *κέραμβοι* a *κέρας*, vel ut Arcadius p. 87. *παρὰ τὸ κάρη*, unde etiam *καρίς* arcessunt EM. 491, 42. nec refert, nam *κέρας* et *κάρα* multis inter se rationibus implicata sunt. A plurali *τὰ κῦλα κύλλαβοι ὑπώπια* Hes. a *κάννη καννάβη* sive *κανάβη*, quod apud Suidan legitur sine interpretatione sed nihil aliud esse potest quam *cannaba* tugurium; *κάνναβος* proplasma hoc est imago extremis lineis adumbrata, hominesque macilenti et monogrammi, quorum *σκέλη καλάμινα* Plat. Com. T. II. 679. et *σῶμα καννάβινον* Anth. XI. 107. ipsi *κάνναβοι* vocantur et *κολόκανοι* vel ut Meinekius censet p. 789. *κολοκάνναβοι*[3] et ab eadem metaphora *σχιζίαι* schidiarum similes. *Κίκκαβος* et *ψωθία* numu-

---

2) Lexicographi nostri ad *ἄραβος* referunt, cui digamma praefixum esse.

3) Pro *κιννάβευμα* Aristophani *καννάβευμα* restituendum esse jam dudum Schneiderus animadvertit ad Arist. T. III. 138. neglectus a Bergkio p. 1201. Syllabam primam longam esse constat sed consona utrum simplex an geminata sit, non ita.

lorum orcinorum sunt nomina ficticia, illud a *κίκκος ciccus;* nam ut *κικκάβινον τὸ ἐλάχιστον, οὐδέν* Hes. ita ciccus rem nullius pretii declarat similiter ut *hetta* dici solet, quo proprie significatur *pusula quae in coquendo pane assurgit* Fest. et *ψωθίον ἀπόθρανσμα ἄρτου* Hes. ab eodem verbo unde *ψιχίον* frustum, crustula v. Dissert. VII. c. I. §. 1. — Quod Hesychius affert *Χέραβος χάσμα γῆς*, nihil aliud est quam *χηραμός*, cujus primitivum *χειά*. Synonyma *κόλλαβος* et *κόλλοψ* verticillus hisque similia *κόλλιξ* et *κόλλυρα* id est rotundula vel panis species ovata communiter globosum quiddam significare videntur ab uno fortasse etymo profecta cum *κυλίω, κύκλος, κύλινδρος. Σάραβος τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον* Hes. Guietus *παρὰ τὸ σεσηρέναι* dictum putat, unde *σάρων τὸ γυναικεῖον* et *σαρωνίδες· αἱ διὰ παλαιότητα κεχηνυῖαι δρύες*. Stellionis nomina sunt *καλάβας, ἀσκάλαβος, καλαβώτης, ἀσκαλαβώτης* dilatata omnia ex angusto *κωλώτης. Σαλάβη ἡ φροντίς* Hes. nemo dubitabit a *σάλη* sive *σάλος agitatio, inquies* v. ad Aj. 355. productum esse; ubi vero foramen januae (*ὀπὴ θύρας*) *σαλάβη* vocatur vel *σάλαβος*, Grammatici ambigunt utrum a motu dictum sit an a luce (*σέλας*). *Ἀστράβη* si proprie cornua clitellarum significat, quibus equitantium manus innititur, cum verbo *στρέφω* compositum nec vero paragogum est. Sed nulla via patet ad originem nominum *ἀλάβη, ἀρτάβη* quod persicum perhibetur, *κακκάβη* sive *κάκκαβος, ἀττέλαβος* quod a verbo *ἄττειν* subsilire derivatum esse Schneidero ad Aristot. T. III. 381. certum videbatur, *ὄκκαβος*, eorumque quae Hesychius ex variis et remotis lectionibus contulit *Λατραβός λαιδρός* (*λαμυρός*) *Μάτταβος μωρός*.[4] Inter ea quae tertiam sequuntur declinationem, *λυκάβας* nulla re magis notum est quam interpretantium ludibriis, nec minus ignorabile *ἀλαβής alabeta* piscis Nilotici nomen, sed *ἀῤῥάβων*, cui Arcadius *Ἀλαβών* apponit, originem a latino arrha habet Gell. XVII. 30. Quotcunque autem horum vocabulorum apud poetas reperiuntur, alpha breve habent, neque appellativa solum sed pro-

---

4) Idem *Ματτάβης ἀπορῶν, Ματταβεῖ ἀδημονεῖ*, quibuscum nonnihil similitudinis habet latinum mattus id est ad incitas redactus, et *Μόττυες ἔκλυτοι*, nisi *μώλυες* scripsit.

pria quoque *Ἄραβος* Hesiodi, *Ἄλαβος* Siciliae fluvius qui et *Ἀλάβων* dicitur v. Held. ad Plut. V. Timol. XXIV. et Rupert. ad Sil. XIV. 227. (omiss. in Th.) *Μέταβος* Virg. Aen. XI. 540. *Γήναβος* Lucan. I. 440. *Μασγάβας* Sueton. V. Octav. c. 98. *Ψευδαρτάβας* Aristoph. *Σαίταβις* Sil. Ital. III. 374.[5] *Ἑκάβη* etc. unde etiam de ignotis judicium facere licet: *Δανάβη* urbs Persidis Zosim. III. 27. (omiss. in Th.) *Ὀλκάβας* Scytha Appian. Mithr. c. 79. *Λάτταβος* Aetolus Polyb. IX. 34, 11. *Σάλαβος* Maurus Dio Cass. LX. 9. *Νήραβος* oppidum Syriae et *Βαστάναβος* (*Βατ.*) Arabiae Steph. Olabi gens Aethiopiae Plin. VI. 35. *Ἀράβιες ἔθνος Ἰνδικὸν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος* Arrian. Ind. c. XXI. cui simile *Κυλλάραβις* gymnasii Corinthii nomen; ceterorum nullum in Graecia germana reperitur.

§. 2. Idem transfero ad ea quae diphthongum in paralexi habent, *Χόλαιβος* rex Arabiae Arrian. Peripl. Erythr. p. 154. *Πράσσαιβοι ἔθνος Θεσπρωτικόν* Steph. et *Πέῤῥαιβος* ut idem scribit accentu aeolico, quippe nomen hoc *περαίους* significare; Homerus *Περαιβούς*, ceteri *Πεῤῥαιβούς* vocant. Graecorum appellativorum nullum hoc modo terminatur; per epsilon duo *κελέβη* et *ἔρεβος*, quorum alterum incomparabile, alteri *ὄρφνη* adjunctum est; et pauca propria *Ἀστελέβη* et *Πνέβεβις* urbes, haec Aegypti, illa Lydiae Steph. Alebus fluvii nomen Avien. Or. Mar. 446. *Τελέβης* viri Nonn. XXXII. 187. Et quae eta habent aut propria sunt aut non in publico posita *Τόῤῥηβος* Steph. etc. cui consonam detraxit Nonnus *Τορήβιον ἄστυ* XIII. 466. *Καλλάτηβος* ejusdem Lydiae oppidum, *Σόηβοι* Suevi Strab. IV. 194. *Τένδηβα* Steph. *Κυβήβη* dea peregrina, cujus nomen a graeco *κύβη* derivatum et indidem cultores deae fanaticos *κυβήβους* vocatos esse quasi *κυβιστῶντας*, nimis incredibile est; *κωχήβη μήποτε ὁ λάσταυρος· κώληβοι γὰρ οἱ ταῦροι* Phot. quod quomodo corrigi debeat

---

5) Hoc et alia praetermisit Arcad. p. 29. *ὀξύνεται παρώνυμα ἢ ἐπιθετικὰ Νιοβίς — σεσημείωται τὸ καλλαβίς. Τὰ δὲ κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται, Ἀθάραβις, κάνναβις· σεσημείωται τὸ καλλαβίς.* Pro *καλλαβίς* primo loco scribendum *κάνναβις*, quod est paronymon a *κάννη κάνναβος*. Nec mirandum idem bis afferri, primum in paronymis, deinde in appellativis.

minime patet sed quin cum *κόλλοψ* aliqua ratione cohaereat, vix dubitari potest; nam hoc et callum tergi taurini et *λάσταυρον* sive scortum virile significat.[6] Quod Hesychius affert *Κύρηβος ἀσελγὴς ἐν τῷ λοιδορεῖσθαι*, ejus conformationem ipse apertiorem reddidit appositione derivatorum *κυρηβάτης* et *κυρηβάσασθαι διαμαχέσασθαι ἀπὸ τῶν κριῶν, ἔνθεν καὶ τὸ κυρίττειν*, unde colligi potest *κύρηβος, κυρίττειν* atticumque *κορύσσειν* et *κορύπτειν* stirpem habere communem *κέρας* cornu. Sed *κυρήβια* non aptius a *κυρίττειν* arcessitur quam apludae a plaudere, nam neutrum dicitur unquam pro pinsere. Manifestior est paragoge nominum *ἀκριβής* et *ἐρυσίβη*, hoc ab *ἐρεύθω*, nam *μίλτος κατὰ Παυσανίαν ἐλέγετο καὶ ἡ ἐρυσίβη* Eust. 310, 34. alterum ab *ἄκρος*, utrumque iota longo, brevi vero illa quorum stirpes exaruerunt: *μόλιβος, ἀλίβας*, quod syntheton esse Grammatici hoc minus persuadent quod alpha syllabae primae longum est; *κιλλίβας* cilliba et *ὀκρίβας* tam simili inter se significatione et terminatione ut in idem verbum ut *στυλοβάτης* desinere videantur, nec tamen compositionis ratio similis illis quae ad Phryn. 610. attuli, aut alioqui comperta; de peregrinis *Σαναχάριβος* Herod. I. 141. *Ἄθλιβις* sive *Ἄθριβις, Νίσιβις* sive *Νισίβη* Steph. s. *Ἀντιόχεια*, quaerere nihil attinet. Quae sequitur vocalis, cernitur in *κολοβός* et *ὄτοβος*, quorum illud a *κόλος* propagatum est, hoc cum *ὄτταβος* composui; sed *ὄροβος* (ervum) *κολλόροβος, Νίοβος* v. Meinek. Hist. 209. *Ἀστρόβαι* gens Indiae Arrian. Ind. IV. *Κοννόβας* Hispanus Appian. Hisp. c. 68. (omiss. in Th.) *Κλέοβις* non magis ad rationem revocari possunt quam quae diphthongum continent *ὄχθοιβος*, cujus mira in scriptura varietas (*ὄχθωβος, ἔκθιβος*) *Κόροιβος, Ἀσδρούβας, Ἄνουβις, Δάνουβις*, quibus exempli causa uti cogor, quia graeca desunt; nam *ἀμοιβός ἀμοιβή* a verbis derivata. Plura et notiora ypsilo praefiniuntur vel tralaticio ut *θόρυβος* et *τύρβη* a verbo *τρύειν θορυβεῖν* Theognost. II. 20, 15. vel ex paragoge orto ut *κόλλυβος*, quod eandem cum *κόλλαβος* stirpem habere proprieque globulum significare suspicamur; a *σίσυς σισύρα* ma-

6) Hesychii *Λάσταυροι πόρνοι* et *Λαστάυρη μάστιξ* ut *λωγάς πόρνη, λώγασος ταυρεία μάστιξ, λωγάνιον* paleare boum v. Parall. 81.

struca non multum abesse videtur *σίττυβον τὸ μικρὸν δέρμα* Arcad. p. 122, 14. et *σιττύβαι δερμάτιναι στολαί, τὰ μικρὰ ἱμαντάρια* Hes. quod perperam attentari apparet ex Eustathii verbis p. 976, 28. *τοὺς θυσάνους γλῶσσά τις σισύβους καλεῖ* et ex eo quod Herodotus IV. 189. *θυσάνους ἱμαντίνους* nominat. Inexplicabilis vero altera hujus voculae scriptura per $\overline{\lambda\lambda}$, nec minus herbae nomen *σίλυβον* Diosc. et Plin. et vasis escarii *σίττυβος* vel *σίττυβοι* in Antiphanis versu Fragm. T. III. p. 100. unde vocalem brevem esse constat ut in *κόλλυβος, θόρυβος*, quibuscum si comprehendimus propria *Ἀλύβη, Κορδύβη, Κάνδυβος, Χάλυβος, Θάρυβις, Ταλθύβιος* et quod ex *κυμβίον* dilatatum putant *κισσύβιον* v. Nitzsch. ad Odyss. IX. 346. verbumque sine nomine natum *τιτυβίζειν*, quae sit hujus terminationis mensura legitima, non ambiguum habebimus. De vocali ultima breviter praecidit EM. 489, 24. *Κάνωπος δεῖ λέγειν οὐ Κάνωβος, ἐπειδὴ οὐδὲν εἰς* $\overline{\text{ος}}$ *λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραλήγεται τῷ* $\overline{\omega}$, quae non est hypodidascali cujusdam ariolatio sed Herodiani ipsius praeceptio *π. Μον.* p. 43. In accentu horum nominum exemplaria nostra raro peccant ut *ἀλαβή* Hes. *Μοναβαί* Steph. *Κολοβοί* Strab. XVI. 771. 773. nisi gentis Indicae nomen adjectivo graeco assimilatum est.

CAP. II.

De nominibus in — π — et — φ — exeuntibus.

§. 1. Ad demonstrandum, quaenam vocales tenuem antecedant, quia appellativa non suppetunt, utendum est propriis *Ἄναπος* Siciliae et Acarnaniae fluvius, *Μέθαπος* Paus. IV. 1. *Μέσσαπος* Strab. IX. 405. Sil. XII. 393.[1] Cynapes fluvius Asiae Ovid. Pont. IV. 10, 49. quae penultimam longam habent, brevem vero *Παντικάπης* apud Scymnum v. 111. Dionys. 314. et peregrina *σανάπαι οἱ μέθυσοι παρὰ Θραξί* Sch. Apoll. II. 953. et *σατράπης*: de nomine urbis *ἡ Μέταπα* (hoc accentu) Polyb. V. 7. et 13. et fluvii *Κόλαπις* qui a Dione Cass. XLIX.

---

1) Cretae fluvius *Μεσάπος* in Scylac. Peripl. p. 18. accentu inepto, qui *Μεσάπιον* indicare videtur; et sic fortasse scribendum in Dicaearch. Descr. 128. pro *Μεσσάπολιν* cf. Heyn. Exc. VIII. ad Aen. VII. p. 154.

37. *Κόλοψ* dicitur (omiss. in Th.) non constat; *Ἰαπίς* sic pronunciandum videtur ut *Ἰάπυξ*. Diphthongi exemplum praebet *μόναιπος* bovis paeonicae nomen et urbis Lydiae *τὰ Ὕπαιπα*, quod Stephanus ab *αἶπος* compositum putat; epsili adjectivum *χαλεπός*, quod cum verbo *χαλέπτω* eadem ratione junctum est qua *καλύβη* et *καλύπτω, ἀστραπή ἀστράπτω, ἐνίπη ἐνίπτω*. E longum habent propria *Αἴσηπος*, *Ἄλθηπος* Paus. *Ἴσηπος, Σεληπιάδης* Hom. Iota longum *εὔριπος, Ἐνιπεύς*, positione productum *ἄγριππος* oleaster et *μάρσιππος* marsupium, breve *νήλιπος* quod syntheton videtur v. Parall. 250. ut pleraque eorum quae o micron continent, sed et anetyma nonnulla *Ἀλόπη, Ἰόπη, Ῥοδόπη, κάρδοπος, μαστροπός, ἀπεροπός* EM. *Δευρίοπος, ἠπεροπεύς, Ἠνιοπεύς* aurigae nomen Il. VIII. 120. quod olim aspiratum fuisse apparet e scholio *παρὰ τὰς ἡνίας τῶν ἵππων*, idque magis probabile quam de ceteris quae commenti sunt. Equidem in hoc universo numero nullum reperio paragogae simile praeter plurale *χέδροπα* et *χέδροψ*, quod a *χίδρον* ut *κώληψ* a *κῶλον* sive *κωλῆ* propagatum videtur, hoc autem a *σχίζω* frendo, unde *fresa* vocantur fabae, erva, cicera. Par obscuritas eorum quae restant *οἴσυπος* sive *οἰσύπη* oesypum Ovid. ypsilo brevi, *τολύπη*,[2] *ὕσσωπος*, et propria *Αἴσυπος* (omiss. in Th.) Paus. VI. 2, 4. *Ἀρύπη* Steph. *Αἴσωπος, Κασσώπη* etc. nisi quae cum *ὄψ* sunt conjuncta. De his dixi ad Aj. 955. *Ἀλωπός* et *ἀλώπηξ* etymo carent.

§. 2. Numero plura sunt et uberioris ad disputandum materiae quae ultimam syllabam ab aspirata ordiuntur. In hoc enim genere cernuntur paragogae vestigia non dubia: *ἔγκιλλος οὐρά* et eodem intellectu *ἐγκίλλαφος* Hes. a verbo obsoleto *κίλλειν* i. q. *κινεῖν* unde *κίλλαφος* motacilla; *ὡς ἐλλός ἔλαφος, οὕτω κόρση κόρταφος καὶ κρόταφος* Schol. A. ad Il. IV. 502. et e diverso *ἐλλός ἡ ἔλαφος ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τοῦ ἔλαφος ἢ ἐν τῷ ἕλει τὰς διατριβὰς ἔχων* EM. 331, 58. ubi excidit fortasse trita illa notatio *ἀπὸ τοῦ ἐλαφρός*, sed hoc ipsum ne pro altero *ἔλαφος* substituamus obstat hypocorismi mentio haud temere illata, nam *ἐλλός* dicitur *τὸ νε-*

---

2) *Τολύπη* glomus lanae fortasse cum *τολίσσω* volvo cognatum est.

ογνὸν τοῦ ἐλάφου. Id igitur ille ex *ἔλαφος* concisum eaque imminutione ad hypocorismi significationem redactum statuit; sed fuerunt sine dubio nominis hujus per multas linguas diffusi *(Alces, Elch, Elenn)* species variae. *Φλήναφος* sive substantivi vim habet sive adjectivi, manifestum est a *φλῆνος* derivatum esse ut ab *ἕδος ἔδαφος*. Apud Hesychium duo extant vulpis nomina *κίρα* et *κίραφος*, quibus magna est similitudo cum *κιδάφη* et *σκιδάφη ἡ ἀλώπηξ* Arcad. et major etiam cum *σκίραφος*, quod Glossographi *πανούργευμα* interpretantur et verbum *σκιραφεῖν κακοπραγμονεῖν*, quod latine *vulpinari* redderem nisi Stephanus et Eustathius intercederent aleatorum conventicula et ludibria *σκιραφεῖα* dicta tradentes a Sciro attico nebulonum deverticulo; nec minus ambigua *σκέραφος λοιδορία* et *κέραφος χλευασμός*, quae cum vulpis nomine *κίραφος* quomodo conciliari possint apparet ex eo quod *κηκὰς ἀλώπηξ* explicatur *κακοποιός, κακολόγος, χλευαστική*, qualis est in apologis. *Κροταφίς* malleus a *κρούω κρότος*. *Κόλαφος* alapa fortasse a *κόπτω*, unde *κόσσος τὸ ῥάπισμα* in novitio sermone; *κόραφος ὄρνις ποιός* Hes. incertum an e corvino genere; *κάλαφος* sive *ἀσκάλαφος* vulgo noctua accipitur, sed aliter Glossae *ἀσκαλάφη accia acceja*, quod est italicum *acceggia* (becassia) et sunt quibus eadem avis a Nemesiano scolopax (penultima longa) dici videatur et ab Aristotele *ἀσκαλώπαξ*. Agmen paragogorum claudunt verba *μηλαφᾷν*[3] et *ψηλαφᾷν*, quorum stamen continent primitiva *μάω* et *ψάω*, subtemen, ut sic dixerim, derivata *μήλη* et *ψάλλω* sed terminatio cum ipsis nata est. Si quis vero miretur cur nullam nominum generis neutrius purorum mentionem fecerim, quae Eustathius p. 492, 33. huic causae implicat, *ἐκ τῆς κόρσης παράγουσι τὸν κρόταφον ὡς χρυσός χρυσάφιον, ξύλον ξυλάφιον*, equidem haec, ut dicuntur, deminutiva[4] et

3) *Μηλαφεῖν* vereor ne Schneiderus finxerit; *φληναφεῖν* quod codicum auctoritate ex Aristophane et Suida exterminatum est, retinent Thomae M. libri ad unum omnes et sustentat quodammodo vicinia nominis *φλήναφος*, quo adminiculo *μηλαφεῖν* destitutum est.

4) *Υἱάφιον ὑποκοριστικῶς filiolus* Gloss. Graecol. Theognostus p. 126. *ἐὰν ἔχῃ τὸ πρωτότυπον τὸ ῡ, τὸ οὐδέτερον διὰ τὸ αφιον γίνεται, χρυ-*

significationis causa ab illis segreganda duxi et quia ex se nata sunt auctoribus non optimis; nam eorum nullum supra Theophrasti memoriam repeti potest, apud quem *δενδρύφιον* legitur in H. Pl. sine ulla codd. dissensione et *χωράφιον* in Fragmm. Cetera hujus terminationis exempla sunt propria *Γάργαφος*, *Ἔπαφος*, *Κέρκαφος*, *Τέκταφος*, *Ἀνάφη*, *Ἀράφη* Arcad. 115. quam Stephanus *Ἀράφεια* dicere videtur, demusque atticus *Ἀραφήν* et insula *Ἱεράφη*. Epsilon pauca habent et parum explanata: *κέλεφος* *leprosus* scriptoribus christianis familiare, *ἀστέλεφος τὸ περὶ κιθάραν δέρμα* Hes. cui *στέρφος* conjunctius videtur quam *στελεφοῦρος* plantae nomen; *κοσάλεφοι κόλαφοι ἢ κοσάλεφοι* (sic) Hes. nescio an ex *κοσσοκόλαφοι* contractum sit, et *Τήλεφος* quoque copulatum puto, non sic ut Buttmannus[5] sed a verbo *φάω* ut *Τήλεμος* a *μάω*. Postremo *ἐλέφας* et piscis nomen *ἐλεφιτίς*, quod in cod. Hippocr. de Diaet. II. 681. *ἐλεφητίς* scriptum est. Diphthongum circumscribit Theognostus p. 76. *τὰ διὰ τοῦ ιφος δισύλλαβα καὶ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ ῑ γράφονται, γρῖφος, ἔριφος, Σέριφος· σεσημείωται τὸ ψῆφος*, pro quo *στεῖφος* id est *στῖφος* reponendum ex Herodiano p. 294. qui paria praecipit de femininis p. 302. *τὰ εἰς η̄ ἔχοντα πρὸ τοῦ η ἢ τὸ ϑ ἢ τὸ φ ἢ τὸ χ οὐ ϑέλουσι τῇ ει παραλήγεσϑαι τιϑή, ἀγρίφη, σκιδαφή, ἐριφή* (accentibus mendosis) quem ad canonem plus semel recurremus. De litera eta Theognostus p. 118. et EM. 44, 22. *τὰ εἰς ιφη μονογενῆ διὰ τοῦ ῑ γράφονται Σίφη, ἀγρίφη ἡ σκάφη· τὸ κνήφη καὶ ἀκαλήφη σεσημείωται*, quorum alterum a *κνάω κνήϑω* profectum, alterum paragogum est ab *ἀκή* unde

---

σάφιον, ἀργυράφιον, ὁμοίως κἂν ἀπὸ τῶν εἰς ᾱ, μοιράφιον· εἰ δὲ μή, διὰ τοῦ ῡ δενδρύφιον, ζωύφιον, ὀρνύφιον, ᾠύφιον, quibus ex primo genere addenda sunt *ξυλάφιον* et *ξηράφιον*, ex altero *κερδύφιον*. *Μοιράφιον* ille sine dubio alicubi pro *μυράφιον* scriptum invenit, inventoque fidem habuit. Ypsilon cur non iteretur, ante oculos est; sed in *ϑειάφιον* et *ϑηράφιον* haec ratio non convenit. Hanc deminutivorum terminationem neglexit Matthiae Gramm. §. 102.

5) *Ἀπὸ τοῦ ἔλαφον ϑῆσϑαι* Gramm. I. 79. adn. ut Aelian. V. H. XII. 42. et alii. Hinc *ἐλαφοϑής* componi poterat ut *αἰγοϑής*, non *Τήλεφος*, quod nomen multo antiquius est quam fabula illa de nutricatu cervae Hecataeo Paus. VIII. 4. incognita.

ακανθα, ἀκακία et assumto lambda ἀκαλανθίς *carduelis*. Quae praeter illa leguntur, suspecta sunt: λίηφος δεινός et ταρήφη κόφινος μέγας Hes. de quo nihil adnotat Schowius sed in Edit. Hag. scriptum est ταρίφη ad ordinem literarum pariter conveniens. Nec proprium sese offert extra Ἀλθήφιος. De proximo genere duo affert Choeroboscus p. 257. τὰ εἰς φος μονογενῆ (adde μὴ) ὄντα οὐδέτερα (διὰ τὸ λαῖφος) ἑνὶ φωνήεντι παραλήγονται, ἔριφος, Τήλεφος, κίνιφος, σημαίνει δὲ ποικίλον, quod eodem fere modo apud Suidan legitur κίνιφος ὁ ποικίλος, sed primum canonis auctorem non sic scripsisse suspicor sed Κίνυφος ὁ ποταμός, qui modo ita nominatur Nonn. XIII. 274. modo Κίνυψ v. Parall. 291. Itaque praeter ἔριφος, quod cum ἀρνός, arna, aries, cognationem habet v. Parall. 74. et Ἄντιφος andronymicum, quod fortasse compositum est ut Τήλεφος, nullum relinquitur, cujus penultimam brevem esse constet; nam Neriphus insula Plin. IV. 23. a poetis siletur et Νάλιφος Paus. VIII. 38, 7. pro quo in codd. Νάφιλος scriptum; σέριφος sive σέριφον herba Galen. de Temper. Simpl. V. 12. p. 745. T. XI. sine dubio ab insula nomen habet ut buxus et thapsus seu thapsia;[6] insula autem iota longum habet quamvis attritum diuturnitate temporis; nam hodie Serpho et Serpanto dicitur; ac fortasse ne ab initio quidem insitum atque innatum; ii certe qui quod proverbii modo dicitur γραῦς σερίφη de locusta interpretati sunt, cogitationem ad nomen σέρφος retulisse videntur et saepe alias iota ante hanc terminationem insertum reperimus, non solum breve ut στέριφος ex στεῤῥός derivatum est unde synonymum στέρφνιος σκληρός Hes. et si recte se habet Hesychii glossa Μόριφον σκοτεινόν μέλαν, id quoque succrevit bisyllabo μόρφνος, quod plerique μέλας et ὀρφνός interpretantur v. Parall. 341. 344. 358. Sed etiam longum ut σκάριφος τὸ κάρφος Anecd. Bekk. 239. hoc est festuca, assula, unde σκαρφίον tessera et verbum σκαρφᾶσθαι σκεδάννυσθαι Hes. id est assulose frangi, in festucas diffindi, germanicum *zersplittern,* neque alia est origo verbi a Phrynicho Ecl. 218. dam-

6) Poetica metonymia est *Anticyras sorbere meracas* Pers. IV. 15. cf. Meinek. Vol. IV. 417.

nati *σκορπίζεσθαι Ἑκαταῖος μὲν λέγει, οἱ δὲ Ἀττικοὶ σκεδάννυσθαι.*[7] Illo autem exemplo nominis *σκάριφος* ductus Hesychio pro *ταρήφη* paullo ante restituebam *ταρίφη*, cui similes voces *τάρπη, δάρπη, σάρπος* idem significant, arcam, cophinum. Feminini generis substantiva duo sunt a Grammaticis allata *Ἐρίφη* et *ἀγρίφη*, utrumque barytonum sicut omnia quae in *φος* et *φη* exeunt, sed hac inter se dissimilitudine quod proprium vocalem brevem habet, appellativum longam ut urbis nomen *Ἀλλῖφαι*,[8] unde profecta est scriptura vitiosa *ἀγρείφη* et *ἀγρεῖφνα* in Phaniae Epigr. Anth. P. VI. 297.

> *Ἄλκιμος ἀγρεῖφναν κενοδοντίδα καὶ φιλοδούπου*
> *φάρσος ἄμας στελεοῦ χῆρον ἐλαΐνέου,*
> *ἀρθροπέδαν στῆμόν τε καὶ ὠλεσίβωλον ἀρούρης*
> *σφῦραν καὶ δαπέδων μουνορύχην ὄρυγα*
> *καὶ κτένας ἑλκητῆρας ἀνὰ προπύλαιον Ἀθάνας*
> *θήκατο —*

Primo nomine Jacobsius rastrum declarari censet auctore Hesychio *Ἀγρίφη ἄμη σκάφη.* Sed *ἄμη* seorsum memoratur nec convenit ei epitheton *κενοδοντίς.* Rectius igitur Suidas, qui hos versus affert, interpretatur *ἐργαλεῖον γεωργικὸν πολύγομφον ἐν ᾧ συνάγουσι τὸν χόρτον*, perspicue significans illud quod nostrates *Rechen* vocant et *Harke* ac similiter mediae aetatis scriptores *herciam.* Hujus autem diversa sunt genera; unum latissimum, quo foenisecae et messores utuntur, alterum quo hortulani glebas lapillosque per areas sparsos converrunt; de illo loquitur Ovidius in Remed. Am. 191. *rusticus* (post messem) *defectas colligat herbas et tonsam raro pectine verrit humum;* alterius nomen est *κράφα ᾧ οἱ κηπουροὶ τὰς βώλους ἀπάγουσι* Hes. cui *ἀγρίφη* et *γριφᾶσθαι συνέλκειν* Hes. cognata videntur. Alterutram speciem Phanias ap-

---

7) Vocalium *α* et *ο* frequens permutatio ante literam rho, *πορδακός, πόρδαλις, ὀῤῥωδεῖν, ὄρχαμος, πόρνοψ, κόρυφος, κορζία* cor. Et tenuem pro aspirata accepit *καρπίς* id est festuca illa *lictor quam jactat ineptus.*

8) In Strab. IV. 238. olim *Ἀλλιφαί*, nunc *Ἀλλίφαι* editum. Ex Silio constat mediam produci. Vicinae urbis ***Calliphae*** Liv. VIII. 25, 4. nomen apud Graecos non reperi.

pellare videtur *κτένας ἑλκητῆρας*, quod interpretes minus recte de occa accipiunt. Pro *ἀρθροπέδαν στήμον* (sic est in cod.) quid ille scripserit, vereor ut demonstrari possit; ad conjecturam nihil propius est quam *ἀρπεδόναν στρεπτάν.*[9] In Anth. VI. 160. *ἀρπεδόνη στρεπτή* dicitur filum lanae quod e colu ducitur, hoc autem loco linea, qua hortulani areas demetiuntur, id quod ex agrimensorum nomine *ἀρπεδονάπται* colligi potest; Germani *Messschnur* appellant, qua olim utebantur pro decempeda (Messkette). Verum de hac re nimis.[10] Vocalis ο̄ nullum est exemplum praeter *ἀργέλοφοι* sive *ἀργίλοφοι*, de quo ne hoc quidem constat simplexne sit an compositum ut *πυρσόλοφοι*, virique nomen *Τόλοφος* Thuc. III. 100. et urbium *Τολοφών* et *Κολοφών*, quod saepius pro *κορωνίς* et *κορυφή* dicitur a communi fortasse origine. Sed ipse nunc huic disputationi colophonem imponam. Etenim jam nihil superest quam quae Theognostus refert p. 76. *ἄργυφος, κόσσυφος, κολόσυφος, κόρυφος*, quorum primum ab *ἀργός* derivatum ut *κόσσυφος* a *κόττος ὄρνις* Hes. *κότα* gallina Du Cang. Tertium vel incuria librariorum ex duobus propriis *Κόττυφος* et *Σίσυφος* contractum est vel pro neutro *κέλυφος* subrepsit, quod sive a *γλύφω* extitit ut gluma a glubo, sive a *καλύπτω* cum antithesi primae et ectasi secundae, a nostro proposito tantumdem abest. Femininum praeter *κορυφή* nullum reperitur; nam *ἀσύφη* exoticum est aromatis nomen, quod Salmasius in Plinn. 919. C. ex Arrian. Erythr. p. 149. scite restituit Dioscoridi I. 12. a Sprengelio temere neglectum. Diphthongi nullae apparent nisi in verbali *ἀλοιφή* et peregrinis *Ἀρνοῦφις* Dion. Cass. LXXI. 8. quod ap. Suid. proparoxytonon est ut

---

9) Si ut *μανόστημος* ita *εὔστημος* vel *ἄστημος* testatum esset, proposito praetulissem *ἀρπεδόν᾽ εὔστημον.*

10) In Epigr. proximo n. 296. dedicat aliquis deo *ποδάγρην καὶ δούνακας ἀντυκτῆρας καὶ λίνα — ἰοδόκην καὶ αὐλὸν ἐπ᾽ ὄρτυγι τετρανθέντα καὶ πλωτῶν εὐπλεκὲς ἀμφίβολον*, quibus nominibus venatoris instrumenta describi putant. Sed *αὐλὸς ἐπ᾽ ὄρτυγι* — clare fistulam aucupatoriam significat, et proinde *πλωταί* sunt aves aquaticae, quas Apollonius II. 1053. *πλωάδας* vocat; pro *ἀντυκτῆρες*, cui Brunckius *αἰθυκτῆρες* substituit, scribendum est *ἀνδικτῆρες* id est tendiculae; *ἀνδίκτης εἶδος παγίδος* EM.

Ὄνουφις urbis nomen Steph. *κουκούφας*. Neque ō longum; nam pro *ἀλωφός λευκός* Hes. corrigunt *ἀλφός*. Et in universo hoc genere adjectiva non plus quam duo reperiuntur *φλήναφος* et *ἄργυφος*.

CAP. III.

De affectionibus.

Mutationum, quas terminationis elementa subeunt, ratio haec est; primum quod ad vocales attinet, *ἀττέλεβος* scriptum invenimus et *ἀττέλαβος* in libris Herodoti, Theophrasti et Aristotelis, tertiumque *ἀττέλαφος*, nec discerni potest quid veritas postulet, nedum in propriis. *Νεκτάναβις Νεκτανεβώς* v. Wessel. ad Diod. XV. 92. *Ἀναφᾶς* XXXI. Ecl. 3. et *Ὀνόφας* Phot. Cod. LXXII. 36. Tum saepius *μάρσιππος* sive *μάρσιπος* et *μάρσυπος*, *μόλιβος* et *μόλυβος*, cui vocalem, quae bisyllabo plumbum deest, non nativam esse sed insiticiam ut in *στέριφος* et *σκάριφος*, alio loco exposui Parall. 95. Fluvius idem modo *Ἄραβις* vocatur modo *Ἄρβις* et *Ἀράβιος* quoque v. Muetzell. ad Curt. T. II. 874. Vocalis correptae suspicio fuit apud veteres criticos, qui in Nic. Th. 614. Apollinis epitheton *Κοροπαῖος* acceperunt pro *Ὠρωπαῖος*, sed conjectura haec audacior est. Neque *Ἀλώπη* legitur pro *Ἀλόπη* nisi errore librariorum. Productionis speciem praebet verbum *ἐγκοληβάζειν* si a *κόλλαβος* derivatum est.[1] Aliae vocales aut adduntur aut demuntur *κάρφος σκάριφος*, *οἴσπη οἰσύπη*, *Κύρβας Κορύβας*,[2] *κορφή* apud Du Cangium pro *κορυφή*, *Θόρβος ζάλη ταραχή* Hes. ubi Vossius tamen ob literarum seriem *θόρυβος* scribit. Multo autem saepius vocali paralecticae addita est consona

---

1) Hesychius *Ἐνεκολάβησε κατέπιεν ἢ ἐπέρανεν· οἱ δὲ ἐνεκολήβασε*, quod nunc receptum est Arist. Eqq. 263. nec tamen convenit verbis palaestricis quae antecedunt: *ἄνθρωπον ἀπράγμονα ἠγκύρισας εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὦμον αὐτὸν ἐνεκολήβασας*. Aptius foret verbum a *κώληψ* ductum, ut apparet ex homerico *κόψ' ὄπιθεν κώληπα τυχὼν ὑπέλυσε δὲ γυῖα*.

2) Stephanus *Ἱεραπύτνα ἡ πρότερον Κύρβα* (omiss. in Th.) Strabo X. 472. *τῆς Ἴδης λόφος Πύτνα ἀφ' οὗ Ἱερὰ Πύτνα ἡ πόλις*, ex quo colligimus *Κύρβα* significare *κορυφήν*.

$\bar{\mu}$ — Ἀθάῤῥαβις Ἀθαῤῥαβίτης — Ἑκαταῖος δὲ δι' ἑνὸς $\bar{\varrho}$ καὶ του $\bar{\mu}$ Ἀθαραμβίτης Steph. κακάμβη aliquoties pro κακάβη v. ad Phryn. 426. κάραβος et κεράμβυξ, σαλάβη et σαλάμβη ἡ ὀπὴ τῆς θύρας, θαλάμη et θαλάμβη in Lex. Albertii. Σαλαβάρ (sic) ὁ μάγειρος Vossius opportune componit cum nomine cauponis Aeginetae, quem et alii celebrant a Davisio nominati ad Max. Tyr. IV. 5, 56. et Athenaeus III. 112. E. ubi Edd. veteres Σάραμβος καὶ Σάραβος a docto quodam lectore, ut videtur adscriptum cf. Meinek. Vol. IV. 525. Σήραμβος hic a Dicaearcho vocatur ut et fictor Aeginensis a Pausania VI, 10. sed Σήραμβος εἶδος κανθάρου Hes. nescio an in κήραμβος mutandum sit; nam κάνθαρος est scarabaeus et κηραφίς καραβίς Hes. Ἐρέμβους homericos alii Ἄραβας esse voluerunt, alii ἐρεβεννούς sive ἐρεμνούς v. Lehrs. Arist. 246. et 255. Κόρυμβος et κορυφή quam sibi vicina sint vel ex eo cognoscitur quod Hesychius tradit Κορύμβους πάντα τὰ μετέωρα καὶ εἰς ὕψος ἀνατείνοντα ἐκάλουν, ὅθεν κόρυς κύρβις κυρβασία, ut Herodotus κόρυμβον ὄρεος dixit, Lucianus δικόρυμβον Παρνασσόν, Hesychius κόρυφος κόρυμβος γυναικεῖον, Tzetzes Chil. I. 233. κόσσυβος καὶ κόρυμβος pro κόσυμβος. Quibus addi potest proprium Ἀρύβας Ἀρύμβας v. Schneidewin. Conjectan. p. 25. nisi hujus secunda syllaba ad stirpem pertinet. Labiales commutant Κάνωβος et Κάνωπος, κηραφίς et καραβίς, sed quod Schneiderus affirmat Ascalaphum ab Antonino Lib. Ascalabum nominatum esse, falsum est; nam homines diversi sunt, hic in stellionem mutatus, ille in noctuam. Romani vero beta cum my commutant pro κακκάβη substituentes *cucuma* unde novitium κουκούμιον natum est, pro κικκάβα *cicuma*, ut Κασταλών *Castulo*, et apud Graecos ipsos Hesychius σκόλυβος reperit pro σκόλυμος, quibus literis inter se copulatis extitit σκόλυμβρος v. Du Cang. eademque similitudo inter herbarum odorarum nomina θύμβρα sive θύμβρον et θύμος θύμον intercedere videtur.[3] Nominis peregrini variationes Κυβήβη Κυ-

---

3) Σίσυμβρον quoque vel σισύμβριον ab odore nomen accepisse videtur ut θύμος, cui cognata sunt θέος, θυώδης. A θέρω non solum θερμός sed etiam θιβρός et θιμβρός propriumque Θίβρων et Θίμβρων. A λεῖος (γλοιός, glus) primum λισσός natum est, tum addita gutturali

βήκη[4] Κυβέλη Cybelle v. Interpr. ad Lucan. I. 600. ad graeci sermonis normam exigere non attinet. Labiali interdum se applicat labialis χηραμίς χηράμβη, vel dentalis μόλιβδος, χαλυβδικός, χάρυβδις i. q. φάραγξ vorago Eur. Suppl. 500. vel liquida Ἀκραιφία Ἀκραίφνιον, quanquam hujus nominis structura non certius cognita est quam adjectivi ἀκραίφνης. Prae ceteris haec litera inservit verbis labialibus in nomina derivandis, στίλβω στιλπνός τέρπω τερπνός, nec multum abest quin θεράπνη, quod Grammatici ex θεράπαινα contractum putant, a θέραψ declinatum dicam cujus feminina positio θεράπη fingi potest ut Μέροψ Μερόπη. Ac simile ἐρίπνη ipsi non dubitant ab ἐρείπω repetere. Sed ἀγρείφνη ignorant ἀγρίφη scribentes. Vocalis extrinsecus additae exemplum certum sed unicum suppedit ἀργύφεος, quod propter consonae mutationem cum ξυλήφιον et ξυλήριον conferri posset, nisi utrumque mendi speciem praeberet; nam in EM. ξυλήφιον· δοκιμώτερον δὲ τὸ ξυλήριον καὶ ξυλάριον, pro primo ξυλάφιον substitui ad Phryn. p. 78. pro secundo Meinekius in Alexidis versu Fr. Vol. III. 424. ξυλύδριον, quod vereor ne ob epalleliam illam probari non possit; certe enim a Πριάμυλλος non Πριαμυλλύδριον derivatum videmus sed mutata vocali Πριαμιλλύδριον, quod ter ita scriptum est in Anecd. Bekk. 1413. b. Cram. II. 126. et IV. 254. nec puto μυθύδριον vel simile quid fictum esse sed, si nullus exitus pateret, ξυλήφιον, quod saepius legitur Polyb. V. 35. et 36. et in cod. Diod. IV. 76. ubi ξυλίφιον successit.

γλίσχρος, labiali λίσφος (ὑπόλισφος ὀλισθηρός Hes.) ὀλιβρός quod idem ὀλισθηρός λεῖος interpretatur, latinumque *lubricus*.

4) Bergkius in Comment. de Com. p. 92. Κυβήβη, inquit, omnino pro Κυβήκη scribendum est. Scilicet ob nihil aliud quam quia hoc rarius legitur.

DISSERTATIO SEPTIMA.

DE

NOMINIBUS QUORUM CHARACTER EST GUTTURALIS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXLII.)

CAP. I.

De nominibus in —γ— exeuntibus.

§. 1. Unde superioris disputationis initium duximus, indidem nunc proficiscemur, ab imitamentis sonorum *κάραγος ψόφος πριόνων* Hes. *ῥάθαγος ὁ τῶν κυμάτων ἦχος προςηγνυμένων ταῖς πέτραις* Schol. Nic. Th. 194. unde verba *ῥαθαγεῖν*, *ἀῤῥαθαγεῖν*, *βραταγεῖν*, quibus *ῥόθος* et *ῥόθιον* concinunt; *πάταγος*, *πατάγη* et *πατάσσω* a *παίω* propagatum; a *πλήσσω* *πλατάγη*, cui adhaerent *πλαταγέω πλατυγίζω* (plaudo) a *ῥήσσω*, ut videtur, *σφάραγος* (fragor) *ψόφος* Hes. ex quo Jovis Neptunique cognomina *βαρυσφάραγος* et *ἐρισφάραγος* atque verba *σφαραγεῖν*, *σφαραγίζειν*. Si vero guttur dicitur *σφάραγος* vel ut nunc apud Homerum scribitur *ἀσφάραγος* et *λαιμὸς πολυσφάραγος* Oppian. Cyn. IV. 445. nomen a sono translatum videtur ut *γαργαρεών gurgulio*, quantumvis discrepet sonus qui gutture editur ab eo quem verbum *σφαραγεῖν* exprimit; namque non minus dispares sonos Latini uno nomine *murmur* complectuntur et in universo hoc imitativo genere patet Graecos Romanosque, quum infinitam naturalium sonorum varietatem imitando consequi non possent, multa specie disparia appellasse similiter. Nec vero rejiciam eorum sententiam, qui *ἀσφάραγος* sic ut *φάραγξ* et *φάρυγξ* interpretantur fissuram, illamque sonandi significationem non propriam neque nativam sed a gutture translatam aut etiam ad homonymum quoddam referendum censent. Sed nulla ratio est cur idem statuamus de verbo *σμαραγεῖν*, de quo EM. 720, 51. et Schol. Lips. Il. II. 463. haec disserunt: *σμαραγεῖ ψοφεῖ ἀπὸ τοῦ σμάραγος· τοῦτο δὲ παρὰ τὸ σπαράσσω· κυρίως γὰρ σμάραγος ὁ ἀπὸ σπαραγμοῦ ἦχος. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον σμαραγῶ τὸ λάμπω, ἐξ οὗ σμάραγδος, παρὰ τὸ μαίρω καὶ κατὰ*

παραγωγὴν μαράσσω καὶ πλεονασμῷ σμάραγος. Hoc ipsum hodie non legitur nisi in Camino homerico ubi convocantur ad evertendum fornacem daemones ficticii *Σύντριψ*, *Σαβάκτης* et *Σμάραγος* a fragore denominatus, cui simile appellativum *σμαραγή* strepitus, tumultus, verbumque *μαράσσει ψοφεῖ* Erotian. et fortasse *μαράγνα* sive *μάραινα* scutica, cui Homerus epitheton tribuit a sonitu ductum *μάστιξ λιγυρή*. Lucendi significatio in his nulla apparet neque certum ejus argumentum praebet *σμάραγδος*, quod peregrinum esse potest ut pleraque gemmarum nomina. Nec tamen alienus sum ab hac sententia saepe utrumque genus rerum et quae oculos feriunt et quae aures perstringunt ut effectu par ita similiter appellatum esse ipsumque *σμαραγή* non adeo segregem a communitate verbi *μαίρω* eorumque quae Grammaticus Cram. I. 386. hinc manasse docet, *ἀμαρύσσω* et *μαρμαρύσσω*. Ad *σμαραγή* nihil propius accedit quam *σαλαγὴ βοή* Hes. quod pariter a verbo motus significativo *σείω* derivatum est non abrupte sed per gradus *σάω σαλάσσω*, *σάλαγξ*, *σαλαγή*, *Σάλαγος* viri nomen Paus. VII. 4. unde *σαλαγεῖν, ταράσσειν*·[1] *ἡ γὰρ φροντὶς σάλα* Hes. Cum *πλατάγη* et derivatis apte componuntur *λάταγη* a resonando dicta, *λαταγεῖν ψοφεῖν τύπτειν* Hes. *λατύσσεσθαι πτερύγεσσιν* alis plaudere Oppian. quod a *λάταξ* una vocali distat qua *σαλύγη* (*σαλυγή*) *ἡ συνεχὴς κίνησις* Hes. a *σαλαγή*, *ἀνασταλύζω* et *νεοστάλυξ* a *σταλάσσω*, a *πλατυγίζειν* vero, quod Schol. Arist. Eqq. 840. recte ad *πλάτη* et *πλαταγώνιον* refert, defectu consonae ut *πλατύς* latus[2] *πλάγιος λέχριος* ob-liquus v. Parall. 165. His enim omnibus significatur sonus qui complosis corporibus latis planisque audiri solet. Duo a verbis in *αζω* derivatis declinata sunt *ἀπὸ τοῦ ἀλαλάζω ἀλαλαγή* Hero-

---

1) Pro *βινεῖν* usurpavit Lucianus in oraculo ficticio Alex. §. 50. *σὴν ἄλοχον ὑπὲρ λεχέων σαλαγεῖ*, ut *διακροτεῖν* dicitur et *ληκεῖν*. Illud Jacobitzius scripsit pro *σαλάγει*, quod analogiae repugnat; nam verbum barytonon in *αγω* nullum praeter primitivum *ἄγω*. Nec sine mendo est *Ἀράγειν σπαράσσειν* Hes. Quae Passowius recepit *Ὀρύγω* et *Ὀρυγάνω* apposito etiam prosodiae signo, Schneideri commenta sunt.

2) Vocali producta ut *πλητίς* i. q. *πλατεῖον* tabula, quod alpha breve retinet ut *πλάτη* et latus *ἡ λαγών* *les flancs.*

dian. ap. Eust. ad Dion. v. 566. et a *λαλάζειν βοᾶν* Hes. *λάλαξ* et *λαλαγή ὁ θορυβος* EM. quod nomen inserendum est Arc. 105. *τὰ εἰς γη προςηγορικὰ ἔχοντα πρὸ τέλους φωνῆεν ὀξύνεται κορκορυγή, ὀλολυγή, οἰμωγή· Λαλάγη δὲ τὸ κύριον.* A soni significatione sejuncta sunt *ἁρπάλογος* instrumentum venatorium semel nominatum ab Oppiano subtracta notatione quam ex similibus *ἅρπη, ἁρπαλίζω* conjectari licet; *ἀσπάραγος* vel ut Attici dicebant *ἀσφάραγος*, quod si proprie significat asparagum silvestrem sive myacanthum, justissime sic ut *ἀσπάλαθος* a *σπάω* repetitur v. Schweighaues. ad Ath. XV. 685. Tertii *ἀττάραγος* sive *ἀττάραχος* syllabam principalem mihi agnoscere videor in latino hetta; nam ut Glossographi illud interpretantur *τὸ ἐλάχιστον, οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρτων φλυκταίνας, οἱ δὲ τὰς καλουμένας ψίχας* Hes. sic Festus hettam *res minimi pretii, alii pusulam quae in coquendo pane solet assurgere.* Animantium nomina *ἀττάγης, φαττάγης, σπατάγγης* (ut *παρασάγγης*) et plantae *ἀτραγίς* quaestioni se subducunt; proprium *Τενάγης* et neutrum *τέναγος* quod EM. 751, 58. ad *τέγγω* refert, forsitan cum *Τέννης* et *τείνω* cognata, *πέλαγος* cum *πλάξ aequor.* Astyages Ovid. Met. V. 203. *Τενάγων* Aesch. Pers. 304. et alia propria attuli ad Aj. p. 166. Adn. 5. Horum omnium alpha, in quantum prosodia constat, breve est.

§. 2. Proximarum vocalium vix singula extant exempla; nam *κράταιγος* et *κραταιγών* fruticis nomen plantaeque compositum videtur ut synonymum *κραταιόγονος* — *ἔλεγος* sive simplex sive conjunctum certe incomparabile est — *Ἐπειγεύς* homericum a verbo ductum ut *ἀρηγών* ab *ἀρήγω*, nativum vero *ἄττηγος* hircus, quod cur Eustathius ionicum dicat intelgitur ex Arnobii scriptura *atagus;* paragogon denique *μεσσηγύ* v. Parall. 120. — *Οὐδὲν εἰς ος* (scr. *γος*) *ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ ῑ παραλήγεται καὶ παροξύνεται ἀλλὰ μόνον τὸ ὀλίγος* Herod. *π. Μον.* 18. Neque oxytona reperiuntur aut proparoxytona aut properispomena. Feminini generis substantivum unum est *ἐλιγή* et id cum aliis ejusdem familiae *ἕλιξ ἴλιγξ ἴλιγγος* etc. derivatum a verbo *εἴλλω ἑλίσσω*, unde etiam *ὀλίγγη ἡ ἀνάπαυσις* Arc. 105. et synonymon huic *ἐλινύς* cessatio sed illud cum trope vocalis quae in *ὀλοίτροχος, ὅλμος, βολβός,* et

et in latino *volvo* apparet; *Φαυσίγγη* a *φαῦσιγξ* propagatum est ut *φαλάγγη* v. Parall. p. 145. sed verae paragogae specimen praebent *σαυρίγγη ἡ σαύρα* et *ψάριγχοι ψᾶροι* eodemque modo Martinus in Etym. nomen bulbi *σισυρίγχιον* interpretatur *pelliculatam.*— Sequentis vocalis duo sunt exempla, unum illud quo Plato utitur Crat. 418. D. *τὸ ζυγὸν οἱ παλαιοὶ δυογὸν ἐκάλουν*, confirmatum quodammodo glossa Hesychii *Δυοχοῖ πωματίζει*, namque *ζυγοῦν* dicitur pro claudere et cistae (*ζύγαστρα*) clauduntur operculo. Alterum *ἁρμογή*, quod unum esse in *ογη* terminatum Theognostus docuit p. 109. Similiter a verbis in *υζω* et *υσσω* declinata sunt *ἰυγή*, *ὀλολυγή* et *ὀλολυγών*, *ἀμαρυγή* et brevi penultima *μαρμαρυγή*, *βορβορυγή*, *κορκορυγή* sed hoc sine verbo natum ut et *σαλύγη*. *Ὀρτύγη χόρτος* Hes. nihil aliud est quam *τρύγη* prosthesi auctum ut *ἠλύγη*, quod Eustathius 309, 44. et Schol. Lyc. 321. cum *ἠβαιός* conferunt etsi *λύγη* non extat[3] sed *λυγαῖος* modo, quod Schol. Apoll. II. 1121. inscite a *λύγος* arcessit. Eademque vel pleonasmi vel ellipsis ratio intercedit inter *ἐρυγή* et *ructus*, *ὠρυγή* et *rugitus βρυχηθμός*. Postremo consonam non penitus infixam esse Suidas significat *ὀρυγή ἐκ τοῦ ὠρύω*, qua in re convenit cum *ὀλίγος ὀλίος*. Ab ignotis fontibus manarunt *ὀξύγη* bufo, *ὠγύγιος* quod Grammatici ad proprium *Ὤγυγος* referunt v. Boisson. ad Ann. Gaz. 428. *Σολύγεια* vicus Corinthiacus, *ἐρυγεία* (hoc accentu) *ζῶον στάχυς βοτάνη* Hes. Herbae quidem nomen Schneiderus ad Arist. T. IV. 25. ab *ἐρυγεῖν* repetit eandemque esse putat quae a Plinio *erynge*, a Nicandro *ἤρυγγος* vocatur, sed Sprengelius ad Diosc. I. 8. nihil definire audet et ex Hesychio *ἠριγένειον τὴν ἠρύγγιον* hoc potius colligitur, fuisse qui herbam ita appellatam crederent a similitudine aurunci hoc est spirilli sive villi qui dependet caprarum mento. Certius paragogae exemplum est *πίσυγγος* veteramentarius Sapph. Fr. XXXVIII. 60. cujus syllabam

---

3) In App. Illyr. c. 25. *λύγη* mendosum est pro *αἰγή*. Vocalis prosthetica quae dicitur apparet etiam in *ἐπῆλυξ* et *ὠλύγιος σκοτεινός* Hes. In Schol. Pind. P. IV. 138. *παρδαλέα ἔσκεπε καὶ ἀπήλυγε τοὺς ὄμβρους*, Blomfieldius ad Thuc. VI. 36. reponit *ἐπήλυγε* quod non minus barbarum est; Boeckhius *ἀπήλαυνε*. Lenius fuerit *ἀπήρυκε*.

primam eandem esse principalem argumentor ex aliis vocabulis sutrinae propriis *πισύγγιον σκυτίον* Phot. *πέσσυμπτον σκυτίον* Hes. *πεττύκια λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερμάτων ἀφ' οὗ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν* Moer. quae *pecia* sive petia et petacia vocantur a scriptoribus medii aevi latinis et *πετζία* in genere neutro ab aequalibus Graecis sicut veterarius ipse *πετζιάς*. — Longum $\bar{\omega}$ non reperitur nisi a verbo translatum ut *οἰμωγή*, *ἀρωγή*, *ἀρωγός*, cum metathesi vocalis ut ab *ἄγνυμι κυματωγή*, *ὤγανον* et *περιώγανον* canthus rotae additoque iota, ut suspicor, *ἰωγή*, quo significari videtur locus tutus a ventis fluctibusque oppositu molis sese frangentibus.

CAP. II.

De nominibus in —κ— exeuntibus.

§. 1. De accentu nominum propriorum nimis curtum est praeceptum in Schol. Il. XXIV. 566. *τὰ κύρια βαρύνεται Φύλακος, Αὔλακος, ἔνθεν ἀνάκοιν Διοσκόροιν*, ubi primum *Αὔλακος* scriptum videtur pro *Ὕλακος* Eust. 1758, 25. quod ap. Hesych. s. *Ὑλακίδης* male acuitur, postremum ad regulam de non propriis pertinere apparet ex Eust. *τὰ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται μαλακός, ἀνακός, ὅθεν καὶ τὸ ἀνακοῖν Διοσκόροιν* p. 1365, 45. et p. 1425, 29. *Αἴλιος ἀνακοὺς τοὺς Διοσκούρους φησὶ λέγεσθαι ὡς Αἰακούς.*[1] Sed magis explicate Arcadius *τὰ εἰς κος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ ᾱ παραληγόμενα οὗ προηγεῖται σύμφωνον ἢ σύμφωνα κύρια ὄντα βαρύνεται, Λάβδακος, Πίνακος καὶ Ἀμάρακος, Ἴθακος· σεσημείωται τὸ Ἀσακός καὶ Ἀλακός καὶ Καλλιακός.* Barytona igitur sunt nomina quorum alpha praecedit consona una ut *Πίνακος* Sch. Phoenn. v. 8. *Κρίνακος* Diod. V. 81. *Θύλακος* Paus. V. 23. *Στρόφακος* Thuc. IV. 78. *Ὕσακος* Nonn. XXXIV. 23. *Ὄπλακος* Plut. V. Pyrrh. c. 16. *Φύλακος* Galen. Comp. Med. p. Gen. V. 805. T. XIII. *Νώρακος* urbis nomen Suid. et quadrisyllaba *Ἀστράβακος* Paus. III. 1. *Ἀσσάρακος* Hom. *Σοβάδακος* Appian. Mithr. c. 79. *Σεσίθακος* Strab. VII. 297. quare *Πιττάλακος* Demosth. 471, 21. jure prae-

---

1) Piersonus ad Moer. p. 78. corrigit *ἀνακούς*. Sed ille de accentu loqui videtur.

fertur oxytono. Idem vero quod de consona simplici, valet etiam de duplici ut *Θάψακος*, a quo aberrat *Διψακός* Apoll. II. 653. et quod addit *ἢ σύμφωνα*, id de consonis in syllepsi positis accipiendum esse ostendit subjectum regulae exemplum *Λάβδακος*. De diastasi tacet sed vicem explet Schol. Il. XIII. 759. *τὰ εἰς ακος τρισύλλαβα τὴν πρώτην συλλαβὴν εἰς ἀμετάβολον λήγουσαν ἔχοντα προπαροξύνεται, Λάμψακος, Ῥύνδακος· οὕτως οὖν Ὕρτακος*, quod est herois nomen Apollod. III. 12, 5. et urbis Creticae Steph. sed hoc loco oxytonon, eademque in aliis cernitur inconstantia. Regulam sequuntur *Ἄμβρακος* nomen castelli Polyb. IV. 63. *Πύῤῥακος ἥρως* Hes. *Σάνδακος* Apollod. III. 14, 3. *Σπάρτακος* Ath. VI. 272. F. et saepius, sed idem contra regulam acuitur Diod. XVI. 31. ut *Ἀνvακός* (Rhed. *Ἀνακός*) Steph. s. *Ἰκόνιον* qui a Suida *Νάννακος* vocatur v. Schneidewin. ad Zenob. II. 10.[2] gentilicium *Ἀρτακοί* Steph. ipsumque *Ῥυνδακός* non paucis locis v. Bachmann. ad Lyc. 1365. et probatur adeo a Schol. Apoll. I. 1165. Illa autem de immutabili praeceptio significat Grammaticos de contrario quoque genere admonuisse, hoc est, si secunda syllaba a consona muta orditur quae antecedentis extrema est, postremam acui jussisse. Id enim poscit nomen notissimum *Πιττακός*, cujus mentio ab illis praetermitti non potuit, et minus notum *Ἱππακός* Anth. VII. 251. a quibus descivit *Βύττακος* Polyb. V. 79. Nunc redeamus ad Arcadium, qui ex numero barytonorum tria excerpit, *Ἀσακός καὶ Ἀλακός καὶ Καλλιακός*, quorum primum Goettlingius p. 221. in *Ἀνακός*, secundum in *Φυλακός* mutat, tertio dubitanter apponit latinum *Calgacus* nescio unde sumtum. Quum vero *Ἄνακος* proparoxytonon sit Anth. App. n. 116. quo accentu distinguitur ab appellativo *ἀνακός*, praefero *Ἀστακός* Aesch. Sept. 403. sive *Ὀστακός* Herod. V. 67. viri nomen idemque urbis ab eo conditae, quod sic scriptum est in omnibus libris Strab. X. 459. Thuc. II. 102. sed pari consensu proparoxytonon II. 30. et 32. utroque modo in codd. Paus. V. 12, 5. Ac *Φύλακος* quoque gravatur secundum Herodiani placitum; quare pro *Ἀλακός* vel *Ἀννακός* illud

---

2) Idem est *Ἀνιακκάς ᾠδῆς ὄνομα (ὡς) ὁ Περιμανὼς καὶ Μανέρως* Suid v. Meinek. Vol. III. 509.

substituam vel *Μαλακός* quod ex epitheto factum est proprium accentu instabili v. Parall. 343. et Addend. Tertii nihil satis simile reperio, neque in demorum nominibus, quorum ea legitima est tonosis, *Θημακοί*, *Θαυμακοί*, neque in aliis oxytonis, quae vel librarii reciderunt vel Arcadius aliter scripta reperit; primum gentilicia *Μαρακοί* Xenoph. qui a Plinio Maraces vocantur, *Σιρακοί* Strab. XI. 492. pro quo *Σίρακες* scriptum est p. 506. tum *Καυλιακός* montis,[3] *Σιτακός* fluvii nomen Nearch. Peripl. p. 32. *Τιτακός* Titacidarum eponymus Herod. III. 73. et EM. quod ap. Steph. et Harpocr. proparoxytonon est, et pro *Τριυακός* in oraculo Eustath. ad Dion. 467. Bernhardy e codd. item proparoxytonon edidit ut compositum, nam plene *Τρίνακρος* dicitur Steph. ex nomine regionis *ἣ πρότερον μὲν Τρινακρία, Τρινακὶς δ' ὕστερον προςηγορεύθη μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον* Strab. VI. 265. Sic *Ἄρακος*, quod quater hoc modo apud Xenophontem legitur nuper etiam Pausaniae e codd. redditum est X. 9, 4. et *Δρίμακος* Ath. VI. 265. E. *Μύνακος* VIII. 351. A. *Πάλακος* Strab. VII. 309. merito praeferuntur acutis. Neque certior est illorum accentus. Si quis autem *Κολλιακός* unum ex illis nominibus esse excuset, quae Grammatici in libris hodie amissis legerunt, hac excusatione propterea uti non licet, quod Arcadius loquitur de alpha *οὗ προηγεῖται σύμφωνον*, ex quo sequitur eum contrarium decrevisse de alpha puro, cujus exemplum est *Αἰακός*, ac proinde *Πίακος* urbis nomen Steph. *Μεδόακος* fluvii Strab. V. 213. *Βελόακοι* gentis IV. 194. (omiss. in Th.) non ut oportebat scripta esse. Hactenus de propriis.

§. 2. *Τὰ εἰς ακος ὑπερδισύλλαβα προσηγορικὰ ἢ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται, λιθακός, μαλθακός, ψιττακός, ἀστακός, φυλακός, φαρμακός ὁ ἐπὶ καθαρμῷ τελευτῶν, φαρμακεύς* (scr. *φάρμακος*) *δὲ ὁ γόης· σεσημείωται τὸ θύλακος, ὕσσακος, αἴσακος καὶ τὸ μαίμακος σύνθετον* (scr. *ἐπίθετον*). Hic primum mirabile est

---

3) Hoc controverso illi *Καλλιακός* adeo simile est ut paene suspicer ab Arcadio scriptum esse sed alio loco, quo de puris disseruit. Apollonio, qui Cauliaci meminit, paulo post IV. 337. pro *Σαλαγκῶνος* reddendum est *Σαλάγγωνος* v. ad Aj. p. 166. Gentis Indicae nomen *Κωνιακοί* Strab. XV. 689. incertum reddit codicum dissensio.

nulla nisi trisyllaba commemorari, deinde quae alibi leguntur quadrisyllaba, omnia fere barytona esse *ἀείρακος ἔλαφος* Suid. quod cum *βεῖριξ ἔλαφος* componunt, *ἀσίρακος* sive *ἀσείρακος* locusta Galen. de Simpl. Fac. XI. 49. p. 366. T. XII. *πλατίστακος* quod oxytonon erat Ath. III. 118. C. *ἐρίθακος*, quod et acuta ultima reperitur in codd. Arist. H. Ann. IX. 49. p. 632, 28. VIII. 3. p. 592. b. 22. *ἀμάρακος* sive *ἀμάρακον* origani species affinis maro unde Salmasius Hyl. p. 12. nomen ductum putat; quod si verum est, pro *μάρον* scribi debet *μᾶρον.*[4] Itaque Arcadium hoc loco de trisyllabis loqui existimo neque pro *λιθακός* audeam reponere *λιθιακός*, etsi nihil similius succurrit quam *σκινακός* piscis nomen. Praeter tria illa, quae excipiuntur, antepenultimam acutam habent *ἄρακος* leguminis nomen, *βάβακος ὁ τέττιξ* Hes. *βίτακος* v. Meinek. ad Eubul. T. III. 268. quod cur diversum a synonymo *ψιττακός* accentum acceperit, non magis apparet quam cur *βάμβακος* et *φαρμακός*, quae idem valent, tono discrepent; postremo *σώρακος*, quod vereor ut Lexicographi nostri recte ad *σωρός* referant; nam ut ita accipi possit *σώρακος κακῶν* Arist. Dan. Fr. VII. tamen *σώρακος φοινίκων* in Babrii versu corbem significat, eoque

---

4) Hesychius *Πουρέακος κρίκος σιδηροῦς τετρυπημένος καὶ ἧλον ἔχων ἐν τῷ τρυπήματι στρεφόμενον ᾧ χρῶνται πρὸς δεσμὸν συῶν. Πουστάκους, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν.* In prima hujus glossae parte describitur machinula, qua hodieque rustici sues pasturas ita alligant, ut neque retinaculis implicatae suffocari possint et tamen spatii ad pascendum habeant satis. Est circulus (*κρίκος*) vel orbiculus ad stipitem religatus cum foramine in quo paxillus sive stilus (*ἧλος*) vertitur superne capitatus ne extrahi possit; inferiori parti alligatur sus pastura. Id nostri verticillum suarium vocant; Graeci *πουρακόν* dixisse videntur id est *χοιρακόν*, nam ***porcus graecum est nomen, sed obscuratum, quod nunc eum vocant*** *χοῖρον* Varr. R. R. II. 4, 18. Cum graeca voce Eustathius 1732, 28. componit *χύριον ξύλον ᾧ προσδεσμοῦνται οἱ ὗς* et *χύῤῥα ἐπίφθεγμα πρὸς τοὺς ὗς*, quodque Hesychius adjicit *χυῤῥάβιο* (sic cod.) *δεσμοὶ συῶν*, quocunque modo scribendum est, non dubito quin eodem spectet. Quod sequitur *Πούστακος* — critici caput novae glossae esse statuunt, eamque complent ex alio loco *Πύσσαχος ξύλον καμπύλον τοῖς μόσχοις περὶ τοὺς μυκτῆρας τιθέμενον ᾧ κωλύει θηλάζειν*, quod illustrat Virgilius Georg. III. 398. ***prohibent a matribus hoedos primaque ferratis praefigunt ora capistris.*** Simile videtur *Πισάκιον περιστόμιον.*

propius ad *ἄῤῥιχος* accedit, cujus multiplices formas in §. 8. exponemus. Sunt vero compluria quorum originem nescimus *αἴσακος*, *σκιθακός*, *ὑρτακός ὄστρεον* Hes. etc. Sed paragoga aut a verbis descendunt *παρὰ τὸ ἀνάσσω ἀνακός ὡς φυλάσσω φυλακός*, *μαλάσσω μαλακός* EM. 96, 33. aut a nominibus, partim eandem cum primitivis significationem sortita ut quae Hesychius affert *σίττας ὄρνεον· ἔνιοι δὲ ψιττακὸν λέγουσι* et *ἐριθεύς ὁ ἐριθακός*, quem Aristotelis interpretes latini rubeliionem vel rubeculam appellant nomen ab *ἐρυθρός* ducentes, aptius quidem illi quam EM. et Choeroboscus p. 199. *ἐριθεύς παρὰ τὸ ἔριθος.*[5] Pars diversum significat; *διψακός* morbi siticulosi nomen, *ὠτακός παρώνυμον εἶναί φασι* Hes. ab *οὖς*, ut arbitror, sicut *ὠτός* et asio; *οὐρακός τὸ μέσον τῆς κώπης* Poll. II. 85. ab *οὐρά*, nisi fallor; *ἄστακος* vel, ut Iones et Attici dicebant, *ὀστακός*, *τὸν ὀστρακόδερμον* significare videtur ab *ὀστέον* derivatum ut *ὄστρεον ἀπὸ τοῦ ὀστέου* Eust. 1161, 33.[6] *ὕσσακος* quod sive fascias significat, quibus mulieres menstruatae utuntur, sive partem ipsam corporis, cui nomen *ὗς* et *χοῖρος* (*χοιροτροφεῖον περίζωμα γυναικεῖον* Hes.) manifesto ab *ὗς* denominatum est; *χοίρακοι* suarii Deliorum Ath. IV. 173. A. quod accentum propriorum accepit; *κόρακος* piscis nomen fortasse a similitudine corvi ideoque gravatum ex sententia eorum qui ex barytonis genitivis pares accentu nominativos existere statuunt ut *θύλαξ θύλακος*, ad ultimum *παλλακός* a *πολλακή* reflexum ut *πόρνος* a *πόρνη*. — Feminina Arcadius gravari dicit *Ἰθάκη*, *ἀτάρκη*, *Σκυλάκη*, exceptis verbalibus *φυλακή ἀπὸ τοῦ φυλάσσω καὶ αἰακή ἀπὸ τοῦ αἰάζω*. Pro *ἀτάρκη* (nisi ille puris interposuit non purum *ἀδάρκη*) reponi potest *ἀφάκη* planta cognata fortasse vel similis ei quae *φακός* dicitur, vel *ἀράκη φιάλη* Hes. vel aliud simile *Ἀρτάκη*, *Ἀνάκη*, *Ἀφάκη*. Pro postremo *αἰακή ἀπὸ τοῦ αἰάζω* si posuisset *ὑλακή ἀπὸ τοῦ ὑλάω ἢ ὑλάσσω*, dubitationis reli-

---

5) Schol. Arist. Vesp. 922. *ἐριθεύς ὁ καὶ ἐρίθυλος καλούμενος ὑπὸ τῶν πλειόνων ἐρίθακος.* Pro *ἐρίθυλος* substituendum *ἐρίθαλος* simile supra allatis Diss. II. C. I. §. 3. *αἰγίθαλος κερκίθαλος.*

6) *Ὄστρακον* putamen ovi dicitur et *ὠὰ ἀνόστεα* Nic. Al. 296. *τῶν ὤτων τὸ κοῖλον ἀστακός* Poll. II. 85. quia cartilaginosum.

quisset minus, nam illud non legitur; nec admitti potest quod Spitznerus proponit ad Il. XV. 709. *ἀϊκή*. A similibus verbis quae declinata sunt nomina, gamma habent in ultima: *λαλαγή*, *ἀλαλαγή*, *κραυγή*, *κριγή*, *ἰυγή*, *οἰμωγή* etc. praeter unum *ἰάζω* — *ἰακή*, cujus fides penes Grammaticos. Barytonis addi poterat *ἱππάκη* equile et caseus ex lacte equino cf. Corais ad Hippocr. p. 283. sq. *ἐριθάκη* planta (cerinthus) quae et sandaraca dicitur, unde colligimus plantam sicut avem a colore denominatam esse, *θυλάκη* scrotum, *φενάκη* quod specie cum *φέναξ*, significatione cum *πηνίκη* congruit; tum peregrina *ἀβυρτάκη*, *βατιάκη*, *πιστάκη*, *ῥαδινάκη*, *ῥυνδάκη*, *σακυνδάκη*, *ψιττάκη* sive *σιττάκη* quod in codd. Arist. H. Ann. VIII. 12. p. 597. b. 27. oxytonon est ut urbis nomen *Ψιττακή πόλις παρὰ τῷ Τίγριδι ἐν ᾗ τὸ φυτὸν τῶν ψιττακίων* Ath. XIV. 649. C. gravandum sine dubio exemplo aliorum ejusdem generis *Ἀρβάκη*, *Ἀρτάκη*, *Βαιάκη*, *Βαράκη*, *Βαβυτάκη*, *Μαινάκη*, *Ὀμφάκαι*, *Σαλβάκη* v. Boeckh. ad Inscr. n. 2761. p. 510. *Σαμυδάκη*, *Σιτάκη* v. Miller. ad Marcian. 258. *Ταμυράκη*, *Χανδάκη*,[7] quae omnia sunt nomina urbium et locorum extra Graeciam veterem et propriam sitorum mulierumque *Κανάκη*, *Φαρνάκη* Apollod. III. 14, 3. etc. Neutrius generis duo sunt, *φάρμακον* et *κώμακον*, illud a domestico verbo, hoc peregrinum ut pleraque aromatum nomina. Hoc idem transfero ad masculina primae et tertiae declinationis non solum propria ut *Αἰάκης* Samius Herod. III. 39. (omiss. in Th.) Bubaces Curt. V. 30. *Βαττάκης* et *Ματτάκας* sive *Ματτακᾶς* Ctes. c. V. spadonum nomina, *Ῥοιτάκης* fluvii Strab. XI. 500. et alia v. Boeckh. Inscr. Vol. II. 113. *Ἀκινάκης* vel *κινάκης*[8] EM. nomen jaculi Persici esse tradit, nec tamen sibi temperat quominus a graeco *ἀκή* ortum dicat; *δανάκης* (non *ἡ δανάκη*) media longa Persicum vocatur sed a Graecis usu captum est v. Naek. in Mus. Rhen. T. V. 76.[9] Indidem a Persis vel Ba-

---

7) *Ἁλωνάκη ἀνάλωμα*, *Ἱστάκη δρέπανον* Hes. et alia aeque obscura praetermisi.

8) Mendose scriptum est *κινάκη* h. l. dubiae fidei *Κάνακις ξίφος* Hes. Pro *Ἀρτακέα* Apollon. I. 1047. Herodianus proparoxytonon optavit; similiter variatur *Φαρνακεύς* et *Φαρνάκης* v. Interpr. ad Thuc. V. 4.

9) Naulum Charonium ita vocatum esse ex Callimachi Fr. CX. non

byloniis acceptum dicitur vestimentum *καυνάκης* vel *γαυνάκης*. In versione Bibliorum Alexandrina, nec alibi, legitur *ἀττακής* vel ut Vulgatus scribit *attacus*, locustae genus; avis indica *ῥυνδακής*, quod Corais ad Plut. V. Artax. c. XIX. magis probat quam *ῥυντάκης* et *ῥυνδάκη*, celebriusque omnibus *μανιάκης*, quod Grammatici cum dorico *μάννος* sive *μόννος* (monile) et cum communi *μηνίσκος* componunt Graecique vulgariter tanquam vernaculum usurpant, Polybius autem gallicum esse significat; qua aura provocati Syncretistae nostri vix dici potest quousque evehantur.[10] Et *μανδάκης* quoque quo Choeroboscus Eustath. 818, 23. proprie *δεσμὸν χόρτου* declarari testatur *κατά τινα γλῶτταν*, haud injuria in coetu alienigenarum referemus. Sed *καψάκης* sive *καμψάκης*, quaeque sunt ejusdem familiae capsa et *κάμπτρα*, a capiendo et recipiendo dicta ac proinde non longe e media barbarie sed ex vicinio Latii solo immigrasse videntur, ac si ab ultima repetantur stirpe, fortasse non minus graeca quam romana sunt, nam et illi capsam *κυψέλην* vocant, caupulum *κύμβην* aliaque illius verbi vestigia servant quae inferiore quodam loco commonstrabo. Nominum tamen, de quibus loquor, auctores nulli nisi extranei, Bibliorum interpretes Judaei et rupices Christiani, constatque sententia vocabula in *ακης* exeuntia e Graecia exulare. Sed hac peregrinitatis nota exemtae sunt ceterae terminationes partim tralaticiae: a verbo *φαρμάσσω φαρμακεύς*, a *βόμβυξ βαμβακίς* sive *παμβακίς* ut *θυλακίς*, *φυλακίς*, *λειμακίς*, ab obsoleto principio *ἀρνακίς* (*ῥήνις*, reno). Partim ad paragogen pertinent: primum *πυῤῥάκης ὁ πυῤῥός* Herodian. Epim. 115. quod saepius in Versione V. T. legitur[11] idemque Ruhnkenius Hesychio restituit s. *Ὑπέρυθρος πυρακτής*, detracta consona mu-

apparet sed Suidas tradit, eos fortasse sequutus qui *δάνος* mortem interpretati sunt.

10) Veterum Celtophilarum more Diefenbachius in Celt. T. I. 68. sq. huc conciliat cum aliarum linguarum vocabula, tum etiam latina manus, manere, moneta, moenia, mons, murus, mora, mirari, et germanica Machne, Mine, Mangel etc. Haec propemodum adaequant Goropiana inventa et famosas Symbolicorum similitudines.

11) Hinc fortasse est genitivus proprii *Πυῤῥάκου* in Inscr. Tenia n. 2334, 32. p. 255. et Delia n. 1391. p. 349.

tatoque accentu qui retineri poterat; nam *οἱ πυῤῥακεῖς δαίμονες* Du Cangius affert ex Nicephero MS. Alterum est femininum *ἐριθακίς ἡ μισθώτρια ἀπὸ τοῦ ἔριθος* Schol. Theocr. III. 35. sed hic hypocorismus minus clare apparet quam in illo quo Hesychius *Ὑπέρυθρος* interpretatur. Idem *Κόρσακις τράγος παρὰ Κρατίνῳ* (Fr. LXI. 198.) *Δίδυμος ἤκουεν ἀπὸ τῆς κόρσης· Κόρσαι γὰρ τῆς Κιλικίας.* Urbs haec ignota, sed Xenophon memorat Ciliciae flumen *Κέρσος* vel *Κάρσος*, nam libri discrepant. Ab hoc Corso (sic enim scribendum videtur) denominatum arbitror urbem Corsam et hircos *Κορσακεῖς* vel *Κορσάτας* ut a *Πῖσα Πισάτης*, similes Cinyphiis ab amne Cinyphe appellatis. Nam *Κιλίκιοι τράγοι* praecipue dicuntur *οἱ δασεῖς* Suid. Hinc dubitatio nata, utrum nomen illud barbatum significet ab appellativo derivatum unde *κορσεύς* et *κορσωτήρ* tonsor, an Cilicium.

§. 3. *Τὰ εἰς ακος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξύνεται, μαλακός, παρδαλισκός, φαρμακός, ἀνακός* Schol. Il. XXIV. 566. quae Bekkerus huc immutavit *τὰ — προσηγορικὰ ἢ ἐπίθετα ὀξ. ἀνακός, φαρμακός, φυλακός*, omissis duobus *μαλακός* et *παρδακός*, pro quo mendose illic scriptum est *παρδαλίσκος*. *Ἀνακός* modo propter adverbium *ἀνακῶς* adjectivis adnumerari potest, nec *φαρμακός* legimus nisi substantive positum. Itaque duo reliquuntur adjectiva, quorum unum a verbo *μαλάξαι* derivatum est, alterum I. Vossius ad Hes. ab *ἄρδω* arcessit.[12] Tertium est *σαβακός σαθρός Χῖοι* Hes. nec Chii solum sed etiam Hippocrates Cous, refragantibus Atticistis *σαθρόν οὐ σαβακόν χρὴ λέγειν* Phot. etsi communis utrique origo ab obsoleto *σάω σείω σαβάζω* quatio, *σαβακός* quassus. Nec plus auctoritatis habuisse videntur *τριβακός ὁ κοινότερον ἐντριβής* Eust. 1327, 17. *τριβώνιον καλοῦσιν οἱ ἀττικοὶ τὸ τρίβακον ἱμάτιον* Sch. Ar. Plut. 714. accentu contra regulam posito, ut *τριβάκη χλαῖνα* Anth. VII. n. 282. *τριβάκων ἱματίων* Galen. in VI. Epid. Comm. IV. 21. p. 196. T. XVII. P. I. sed recte *γέρων τριβακός* de Locc. Aff. III. 5. p. 155. T. VIII. *τριβακὸς*

---

12) Prosthesis literae *πῖ* exemplis a Welckero allatis ad Simon. p. 84. *πήγανον, πέπτω, παπταίνω, πελάτης, πόλχος,* parum probatur. Nec satis convenit *παρτάξαι ὑγρᾶναι* Hes.

ἰατρός c. 6, 165. *Μαιμακόν δύςμαχος* Phot. accentu in ultima posito, sed proparoxytonis Arcadius subjungit *καὶ τὸ μαίμακος σύνθετον* ubi scribendum est *ἐπίθετον* et accentus explicandi causa addendum *ἀπὸ γενικῆς*. Syntheton vero est *φρυαγμοσέμνακος* ab Aristophane fictum. Cetera simplicia sunt a nominibus pleraque puris non solum primae declinationis ut *γερουσιακός* Corp. Inscr. n. 3080. *χρειακός* Arrian. *κοιλιακός* Dicaearch. *σωτηριακός* Hes. *χροακός* v. Reisk. ad Const. 741.[13] sed etiam secundae *μυστηριακός* Suid. *ἡλιακός* Diod. *βιβλιακός* Timo, *ὀρνεακός* Schol. Lyc. *ἐργαστηριακός* Polyb. *πεδιακὰ πρόβατα* a loco Atticae inter lexes rhetoricas relatum in Anecd. Bekk. 296. *κουρεακός* Polyb. subtracta vocali quam servant *σπονδειακός* Poll. *δανειακός*, *στοιχειακός* et *ταμειακός* a Du Cangio confirmata; pauciora a vocabulis tertiae declinationis, *ὀρνιθιακά* et *ὀφιακά* Nicandri et Dionysii carminibus inscripta abundante vocali ut Grammatici censent in EM. 644, 8. *ὄφις ὀφικός, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ ὀφιακός· συνεξηκολούθησε γὰρ τῷ θηριακός*, quo pleonasmo crevit *δενδριακός* ignoti poetae Anth. VI. 22. et *πλινθιακός* Diog. IV. 36. pro *πλινθουργός*, nisi ad *πλινθίον* referri debet. Eademque novitatis nota adhaeret iis quae ab adjectivis derivata sunt: *οἰκειακός* possessivum *τῶν οἰκείων* diversum ab *οἰκιακός*, quod ad *οἰκίαν* pertinet ut *οἰκιακοί οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ ὄντες* Etym. Gud. 421, 45. v. Corais ad Plut. V. Cic. c. XX. *κυριακός* in N. T. *πλουσιακός* Alexis Inc. X. 509. T. III. *ἁλιακή ἀντὶ τοῦ ἁλιευτική* Lex. Rhet. Bekk. 376. *μητρωακός* Suid. *ἀφροδισιακός* Diod. II. 23.[14] Verum ab hac ignobili turba segreganda sunt quae a nominibus profluxerunt propriis ut *Διονυσιακός* auctoribus luculentissimis complacitum, et gentilicia: *ἀπὸ τοῦ Χῖος τὸ κτητικὸν Χιακός ὡς Ῥόδιος Ῥοδιακός, Σάμιος Σαμιακός* Steph. *Διακός* Thucyd. *Ἰσθμιακός* Aristoph. *Κορινθιακός* Diod. *Ἠλιακός* Paus. et *Κυπριακός* Polyb. meli-

13) *Μανιακός* quo Buttmannus utitur Gramm. II. 447. non legi; nostri medici deliros vocant maniacos.

14) Stephanus s. *Πανὸς πόλις* pro *ἄγαλμα ὀρθιακὸν ἔχον τὸ αἰδοῖον* scripsit fortasse *ὀρθιάζον* ut Leonidas in Anth. Plan. n. 261. *Πρίηπος ὀρθιάσας ῥόπαλον.*

oribus auctoribus digna. Nec tamen omnia aequaliter placuisse ostendit Stephani adnotatio: *Πελοποννησιακὸν πόλεμον φυλάττονται λέγειν*, quo Diodorus utitur XII. 37. et alii Graeci Latinique diverso a primitivo *Peloponnesius* intellectu. Ac nescio an *Ἰακός* quoque minus probatum sit quam *Ἰωνικός*. Grammaticorum officinam resipit Herodiani inscriptio *προσῳδία ὀδυσσειακή*. Veteres a substantivis et adjectivis in *ειος* exeuntibus nulla ducunt nomina in *ακος*, perpauca in *κος*, *δαρεικός*, *κεραμεικός*, de qua parte mox dicetur. Sed sunt alia hujus paragogae deverticula, de quibus disserere quam judicare malo. Primum *πυῤῥάκων* quod Kuesterus Suidae s. *Πυῤῥάκης* e codd. restituit et nomina propria eodem modo terminata: *Τριάκων* notissimus ille Argivus qui coloniam in Aeginam duxit Schol. Pind. Ol. VIII. 39. Tzetz. ad Lyc. 450. Chil. VII. 319. et in Schol. Cram. Anecd. III. 369. penultima ubique acuta ut jubet Arcadius p. 12. *τὰ εἰς ακων διὰ τοῦ ντ κλινόμενα περισπᾶται, Ἱπποκῶν, Λαοκῶν. Τὰ εἰς ακων τοπικώτερα ὀξύνεται, χαρακών, φαρμακών. Τὸ μέντοι Τριάκων, Σαλάκων, Αἰολοσίκων βαρύνεται, οὐ γάρ ἐστι τοπικά.* Trium quae postremo loco posita sunt, duo per *ω̄* declinantur, *τὸ δὲ Τριάκων Τριάκοντος ὡς μετοχικόν* Theognost. p. 34. Id originem habet a numerali *τρία*, unde *Τρίαξ* in Inscr. Boeot. 1582. p. 762. *εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε Φορύστας παῖς ὁ Τρίακος*, et *Τριακαδίων* n. 1574. l. 14. ut a proximo numeralium *Τεταρτίων* n. 1282. latinumque Quartilla, Sextilla. Ita patescit *Τριάκων* non ut *σαλάκων* pronuntiandum esse sed ut *τριακάς*. Minus vero liquet de *Ἡράκων*, similibusque quae in inscriptionibus potissimum laconicis reperiuntur *Δεινάκων, Εὐδαιμάκων, Ξενάκων, Πασάκων*,[15] *Φιλάκων* n. 1249. p. 624. diverse declinata *τοῦ Δεινάκωνος* n. 1367. *τοῦ Τιμάκωνος* n. 1344. *τοῦ Ἡράκωνος* et *Ἡράκοντος* Polyaen. VIII. 46. quorum primitiva, quae quidem in usu sint, si rimamur, ad speciem proxima sunt *Δείνων, Εὐδαίμων, Ξένων* etc. Accentus autem constituendi exemplum praebent *Τριάκων* et *Ἡράκων*. Quid vero est cur Herodianus huic simillimum *Ἀθηνακῶν* in

---

15) Id coqui Spartani nomen est Inscr. n. 1239. fortasse *γεύστην* significans a verbo *πάσασθαι*.

perispomenis referat? *Εὐρυπῶν*, *Δεξικρῶν*, *Καλλικῶν*, *Δηικῶν*, *Ἡρακλέους ὅπερ Ἰλιάδος γράψας Ὀδυσσείας*, *Ἀθηνακῶν ὁ τα Σαμοθρᾴκια γράψας π. Μον* p. 9. quo loco scribendum est *Δηικῶν ὁ Ἡρακλέους*, *Ἡρακλῶν ὁ περὶ Ἰλιάδος γράψας καὶ Ὀδυσσείας*, nam *Ἡρακλέων ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον* Suid. Hinc igitur contractum est *Ἡρακλῶν* ut *Δεξικρέων Δεξικρῶν*, *Ἑρμοκρέων Ἑρμοκρῶν*. Verum *Ἀθηνακῶν* unde tandem coaluisse dicemus? Num ex *Ἀθηνακόων*? Sic sane censuisse videtur Franckius qui ad Inscr. Richter. 518. *Ἡρακῶν* cum *Δημοκῶν*, *Ἡροφῶν* et similibus contendit. At horum exemplo convenientius foret *Ἀθηνοκῶν* quam *Ἀθηνακῶν*,[16] quod nescio quid esse possit nisi simplex ex *Ἀθηνακίων* contractum ut *ἀργίας ἀργᾶς* de quo dicam in Dissert. X. Dubito tamen an Herodianus sic non scripserit. Nam ille Samothraciarum rerum scriptor ab aliis Athenio dicitur v. Aglaoph. p. 1220. Meinek. Hist. Com. 489. et Fragm. Vol. IV. 489. huic autem propius est *Ἀθηνικῶν* in Inscr. Chia n. 2214. quod ab *Ἀθηνικός* existere potuit ut *Ἀπελλικῶν* ab *Ἀπελλικός* sive *Ἀπέλλιχος* Anth. VII. 735. v. C. IV. §. 1. Si vero *Ἀθηνακῶν* in usu fuit, id ex *Ἀθηνακίων*, ut dixi, concisum esse oportet, cui similia sunt *Πιθακίων* cauponis nomen Alciphr. III. 46.[17] *Δαμακίων* et *Ἡρακίων* in epigraphis lapidum laconicis. His autem cognata *πιθάκνη* et *δημακίδιον* non alio referri possunt quam ad *πίθαξ* et *δήμαξ* deminutiva. Quo de genere nominum hoc amplius dicendum est, eorum triplicem esse descriptionem pro natura gutturalis in quam excidunt; alia enim a verbis derivatam habent ut *ἁρπάζω ἅρπαξ*, aliis extrinsecus accrevit ut *ῥέω ῥύαξ*, et est tertium genus quod judicium cognoscendi aufert quia nihil ultra se habet unde repeti possit, velut *ἄβαξ*, *βάραξ* (*πάραξ*) *θρώναξ* (Drohne) *θρί-*

---

16) Pro Hermacreon Cic. de Inv. I. 39, 57. apud Victorinum rectius scribitur Hermocreon.

17) Idem est in epigraphe Epist. 18. et 19. unde Meinekius in Com. Vol. III. 298. *Πιθακνίων* affert, correctione tacita ut videtur. Deminutivi vim habet *Κικεράκιος* a Caleno fictum in Invectiva in Ciceronem Dion. Cass. XLVI. 18. *ὦ Κικέρων ἢ Κικέρκουλε ἢ Κικεράκιε ἢ Κικέριθε* (fort. *Κικέριχε*) *ἢ Γραίκουλε*.

δαξ, κόλαξ, κόρδαξ, λάρναξ, πίναξ,[18] πάλλαξ, σάθραξ φθείρ Hes. Ab his igitur oriuntur nomina in ακιον partim deminutiva ἀβάκιον, δελφάκιον, λαβράκιον, πινάκιον, partim paraschematista quae politior sermo respuit γαύνακα οὐ γαυνάκιον Philem. p. 297. ῥώπαξ — τὰ ῥωπάκια παρ' ἡμῖν Suid. quod Eustathius vulgo assignat; πάμβαξ παμβάκιον τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον βαμβάκιον Suid. μυάκιον i. q. μύαξ Hesych. s. Ὄστρεον, postremo συάκιον porcellus Simeon Sethi c. XI. quanquam σύαξ nomen piscis est v. Du Cang. ejus, opinor, qui ab Oppiano σύαινα dicitur. Praeterea huc exeunt periectica ἀνθρακιά, ἑρμακιά, et adjectivum βωλάκιος a Pindaro usurpatum, hujus generis unicum. Neque tamen omnium, quae sic terminantur, principia extant; nam φλύζαξ non legitur sed φλυζάκιον modo apud Hippocratem, nec δήμαξ sed δημακίδιον ab Aristophane fictum; vocisque Epicharmiae τηθυνάκιον extat prima positio τῆθος, sed, quod hinc derivari poterat, τηθύνιον ut a στῆθος στηθύνιον, deest. Multis post illa seculis prodiit πιττάκιον, quod Eustathius p. 633, 19. vel a πτύσσω et πτυκτίον ductum putat vel a πίσσα, idque Salmasius quoque probat ad Lamprid. V. Sever. c. 21. p. 912. T. I. sed fortasse ad familiam longe diversam pertinet, illam dico, cui adscripta sunt vocabula mediae latinitatis pecia, petacia etc. v. supra c. I. §. 2. et quae ex hoc seminario accepit lingua italica et francogallica *faccia*, *fettuccia*, *pezzo*, *pièce*; his enim omnibus subest notio, quam pittacium habet, fissi, laciniae, panniculi, id quod nos dicimus *Fetzen*. Sed plurima et certissima hujus paragogae exempla subministrat degener sermo circumfluens hujusmodi deminutivis ἀηδονάκιον, ἀδελφάκι, βουνάκι, δενδράκι, κομματάκι, κρεβατάκι, παιδάκι, σανιδάκι, σκλαβάκι, σακκουλάκης sacculus etc. quibus nomina in ᾱξ exeuntia nulla subjecta sunt. Eoque fundamento carent etiam verba melioribus saeculis nata, ὡρακιῶ τὸ ὠχρῶ, cujus qui duas partes esse constituunt ὥρα et ἀκκίζεσθαι Lex. de Spirit. p. 236. et EM. 823, 34. frustra sunt, ὑακίζει βρέχει ἢ

18) *Πίνακας σανίδας θραύσματα ὀρνέων* Hesych. fortasse *νεῶν* scripsit aut post *θραύσματα* excidit aliquid quod ad *πινακιοπώλης* id est *ὀρνιθοπώλης* pertinebat.

ὑετίζει Hes. et *προπηλακίζειν*, cujus etymon non melius excogitabitur illo quod veteres proponunt *πηλός*,[19] minusque antiqua *σπινθηρακίζειν*, quo Nicetas usus est pro *σπινθηρίζειν*, et *ῥωτακίζειν* Suid. s. *Χαλκιδίζειν*, cui consentanea substantiva Grammatici frequentant *ἰωτακισμός*, *λαμβδακισμός*, motacismus etc. His verbis desunt nomina quae subjacent similiter terminatis *ὀμφακίζειν*, *φυλακίζειν*, *συφακίζειν*.[20] Apertissima vero est adverbiorum numeralium paragoge, quorum alia a cardinalibus ducta sunt *δυάκις*, *τριάκις*, alia ab adverbiis temporalibus *ἁμάκις*, *θαμάκις*, *δηθάκις*, plurima ab adjectivis quae ad numerum et proportionem referuntur *διssάκις*, *μανάκις*, *πανράκις*, *ὀλιγάκις*, *ἡμισάκις* Jambl. in Nicom. Arithm. p. 17. (omiss. in Thes.) *οὐδενάκις* p. 25. *ἀμφοτεράκις*, *ἑκατεράκις*, *ἀρτιάκις*, *περισσάκις*, *ὁσάκις*, *Τουτάκις τοσαυτάκις ὅπερ ἐστὶ* (adde *δωρικόν*) Hes. Nec fas duco praetermittere adjectiva, quae Grammatici ad epenthesin revocant: *ἀπὸ τοῦ φύζα καὶ τοῦ λεπτός γίνεται φυζεινός καὶ λεπτεινός καὶ πλεονασμῷ τοῦ* $\overline{\alpha\kappa}$ *φυζακινός καὶ λεπτακινός διὰ τοῦ ῑ ὡς ἀπὸ τοῦ δίψα διψηρός καὶ διψακερός ἅμα τῷ πλεονασμῷ συστολῆς γενομένης. Ταῦτα δὲ παρώνυμα ὄντα*[21] *οὐκ ἀντίκειται τῷ κανόνι* EM. 801, 41. quibus addi oportet *νοσακερός* et *νορθακινός ἀσθενής* Hes. pro *νωθρακινός* a *νωθρός*. Sed hic signum sistamus.

§. 4. *Τὰ εἰς* $\overline{\alpha\iota\kappa o\varsigma}$ *σπάνια ὄντα διὰ τῆς* $\overline{\alpha\iota}$ *γράφονται, Φάλαικος, Πάταικος, Μίθαικος· μόνον τὸ Ἀλώπεκος σεσημείωται ἀπὸ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν μεταβάν* Theogn. p. 59. et 60. Arc. p. 57. Illa in vulgus nota sunt sed ab ignotis orta principiis, postremum apud Pausaniam et alios legitur; leguminis nomen *βέλεκος* a Glossographis memoriae proditum aut obliti sunt illi aut genitivum *τῶν βελέκων*, qui ex Aristophane affertur, ad nominativum *τὸ βέλεκον* retulerunt; et pro *πέλεκος*

19) *Πήλαξ* quod illi fingunt, Lexicographi nostri temere receperunt; nam *προπηλακίζειν* alpha breve habet, longum vero nomina ludicra, quale illud foret, *φέναξ*, *νέαξ* etc.

20) Hesychius *Σύφακα γλεῦκος, συφακίζειν ὀπωρίζειν*, cognata latino sapa (defrutum) quod Salmasius in Exerc. Plin. 906. D. recte cum *ὀπός*, sucus, sapor contendit.

21) *Φυζακινή — εἴρηται ἐν τῷ περὶ παρωνύμων* Schol. A. ad Il. XIII. 102.

Poll. X. 146. fortasse legerunt *πέλεκκος* vel *πέλεκκον*, nam genus ambiguum est. Simplici lambda scribuntur *πέλεκυς*, aviumque nomina *πελεκᾶς* et *πελεκῖνος*, quomodo etiam herba vocatur, quam Latini a figura securidacam vel securiclatam dicunt, confinis sine dubio ei quae *βέλεκος* et *βέλεκυς* appellata est. Haec autem omnia Schneiderus ad Theophr. T. III. 689. ab uno ducit verbo *pello πελεμίζω*. Nihilo certior est originatio adjectivorum *ἀτρεκής* et *ἠνεκής*, quorum illud a *τρέω* vel *τρέχω*, quod idem est, natum putant, alterum ambigunt utrum ab *ἥκω* an potius, quia usitatius est *διηνεκής*, ab *ἐνέγκω* repetant; paragogae utrobique suspicio nulla, nisi forte *διηνεκής* vel, ut Attici dicebant, *διανεκής perpes* a verbo *διάνω διανύω* perpetro propagatum est. Femininum, quale *Ζεβέκη* vel *Βεζέκη*, nullum invenimus. Diphthongus *αι* appellativa non intrat, nec magis ea quae apparet in barbaris *καμηλαύκιον*, *Μανδαύκης* Diod. II. 31. Tertiam substantivis in *ος* exeuntibus denegatam esse docet EM. 497, 3. *τὰ εἰς ικος ἀποστρέφεται τὴν ει δίφθογγον*, et disertius Theogn. 59. *τὰ εἰς κος λήγοντα καθαρὸν βαρύτονα εἴτε κύρια εἴτε προσηγορικὰ μὴ κτητικῆς ἐννοίας ἐχόμενα διὰ τοῦ ῑ γράφεται*, qui quod de significatione possessiva dicit, indicium praebet post *βαρύτονα* addendum esse *ὀξύτονα*, cujus generis sunt *δαρεικός* et *Κεραμεικός*, quae substantivorum locum obtinent sed recte ab EM. 29, 44. adjectivis adnumerantur possessivis eodemque accentu sunt; *τὰ εἰς εικος ὀξύνεται, δαρεικός, βοεικός, δεκελεικός, κεραμεικός* Arc. 52. Haec Grammatici partim ex syncope orta dicunt *ἀπὸ τοῦ Δαρεῖος γέγονε δαρειακός καὶ κατὰ συγκοπὴν δαρεικός* EM. 248, 40. *ἀπὸ τοῦ Δεκέλεια δεκελειακός καὶ δεκελεικός ὡς βοῦς βοός βοειακός βοεικὰ ζεύγη* 254, 43. partim ex synaeresi *κεραμεύς τοῦ κεραμέως τῷ κεραμέϊ κεραμεϊκός* Choerob. 233. quae ratio in *δεκελεικός* convenit, in *βοεικός* nullo modo. Apollonius simplici productionis nomine defungitur de Adv. 577. ubi Atticos dicit *μηκυντικοὺς κατὰ τὰ φωνήεντα*, quam in rem affert et particulas *μᾶλλον*, *πρωπέρυσιν*, et adjectiva: *κτητικῶν τῶν εἰς κος ληγόντων ἡ παρεδρεύουσα βραχεῖά ἐστιν ἀλλὰ οἱ Ἀττικοὶ κεραμεικός φασὶ καὶ βοεικός*, quae nomina ille non sic sed per iota solum scripsisse videtur ut saepissime leguntur in libris nostris et san-

ciunt Philemo 297. et Draco 38. *βοϊκός, δαρικός, κεραμικός τὸ ι μακρόν*, ubi casu praetermissum videtur, quod postremo simillimum est, *δεκελικός*. Sed Herodianum a patre discessisse Choeroboscus tradit 183, 31. *βοϊκὰ ζεύγη ἡ παράδοσις. Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ διφθόγγου. Ὁ δὲ λόγος οὐ συγχωρεῖ* unde patet displicuisse ei istam adjectivi ficticii *βοειακός* in *βοεικός* synaeresin. Neque nobis placet; sed quaenam iota producendi ratio fuerit, nihilo magis dispicimus. Alterum adjungit Pollux VI. 53. *κρέας ὑεικὸν ὡς βοεικόν*, ubi codices more solito iota praebent; et pariter apud Thomam *ὕειον κρέας μὴ λέγε ἀλλ' ὑὸς κρέας καὶ ὑεικόν ὡς βοεικόν* libri aliquot *βοϊκόν*, constantes in altero, sed hoc quoque duplici modo scriptum est apud Xenophontem, qui *ὑϊκὸν πάσχειν* dixit, nec sequuta est reprehensio; sed possessive dici vetant: *ὑϊκὸν δέρμα οὐχ εὕρηται εἰ μὴ παρ' Ἀξιονίκῳ* (v. Meinek. Com. T. III. 536.) *ἡμάρτηται δέ· οὐδέποτε γὰρ λέξις σημαίνουσα μέρος σώματος ἔχει εἰς κον κτητικὸν ἀλλὰ διὰ καθαροῦ τοῦ ον· οὐ γὰρ λέγομεν χοιρικὸν κρέας οὐδὲ ἀνθρωπικὸς πούς, οὐδ' οὖν ὑϊκὸν δέρμα ἀλλὰ ὕειον* EM. 775, 30. idemque inter *κτητικὰ ἐπὶ τῶν σωματικῶν μερῶν παραλαμβανόμενα* refert etiam *βόειος κεφαλή*. Nec mihi persuadere possum Choeroboscum affirmasse contrarium p. 183, 15. *βοεικὸς διὰ τῆς ει· σημαίνει γὰρ μέρος σώματος*, sed potius *βόειος* (*πούς*) scripsisse; nam *βοεικός* non minus regulae adversatur quam *βοϊκός*. Haec autem regula non infringitur eo quod Euripides *μέτωπον ἱππικόν* dixit et *ὄμμα πωλικόν*, idque de vivis ut Callimachus Cal. 63. *δεσποτικὴ χείρ*, contra quam Ammonius edixit *βοὸς πούς ἐπὶ ζῶντος, βόειος δὲ ἐπὶ νεκροῦ*. Ea quippe poetica est usurpatio. Nunquam vero in vituperationem adducta sunt epitheta jumentorum, sed *ζεῦγος βοεικόν* Aristophanes ipse dixit, *ζεῦγος ὀρεικόν* vel *ὀρικόν*, nam hoc quoque fluitat, Aeschines, Plato et suppares v. Schoemann. ad Isaeum 314. Schaefer. ad Plutarch. T. III. 194. *ἅρμα πωλικόν* Corp. Inscr. n. 2758. *ζεῦγος ὀνικόν* et *ἡμιονικόν* Xenopho, *πωλικόν* Alcaeus Phot. *ἀπήνη πωλική* et *ὄχημα ἱππικόν* Sophocles. Horum scriptura nunquam in controversiam vocata est, sed omnis disceptatio ad quinque illa recidit, quorum unum *βοεικός* in quadrum redigi posse negavi, secundum *δαρεικός* et pere-

grinitate excusatur et proprietate significationis, nam de nummis dicitur solis; tria quae restant, a nominibus in ευς exeuntibus derivata sunt retento epsilo, quod ante terminationem ικος abjici solet, βασιλικός, Μαντινικός, nec aberrationis causa patet nisi forte opera data est ut nomen loci ubi figuli habitant distingueretur ab epitheto πηλὸς κεραμικός Medd. Mosq. p. 310.[22] et ut belli Peloponnesiaci episodium aliquid differret ab ὄξος δεκελικόν, quanquam id quoque Meinekius ad Com. T. III. 514. per diphthongum scribendum censet. Quod Herodianus Epim. 180. addit Ἀντιοχεικός, vereor ut probari possit; Libanii quidem sermo inscriptus est λόγος Ἀντιοχικός ut Μαντινικός a pari principio, et ἀντιοχικὴ ἰσχάς Strab. XIII. 630. Aliud hujus generis Stephanus explosit: Χαιρώνεια, τὸ κτητικὸν Χαιρωνικός — μάτην δὲ τοῦτο διὰ τῆς ει γράφει Ἀρκάδιος. Nec probaverit πεντελεικός Inscr. att. n. 160. lin. 95. p. 263. b. Femininorum numerum uno exemplo definit Theogn. 109. τὰ εἰς ικη μονογενῆ διὰ τοῦ ι, Ἑλίκη, Φοινίκη, μυρίκη, Κυζίκη, μόνον τὸ ἐρείκη διὰ τῆς ει, de quo Choeroboscus p. 272. hoc amplius disserit, ἔστι δὲ εἶδος δένδρου, ὅπερ ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου διὰ τοῦ ι ἐκτεταμένου γράφει, ut Ἐρικοῦσσα scribitur et ἐρικίτης, nec raro Ἐρείκεια convenienter verbo ἐρείκω, unde EM. nomen herbae repetit. De Κυζίκη consilium non suppetit. Diphthongus ευ non reperitur nisi in propriis Ζάλευκος, Σέλευκος.

§. 5. Duas longas vocales Theognostus una formula comprehendit quam exhibebo ut scripta est: τὰ εἰς κος τῷ ō παραληγόμενα ἢ τῷ ω ὀλίγιστά εἰσι καὶ ἐν περιλήψει ποσότητος εἰρημένα. Εἰσὶ δὲ καὶ βαρύτονα Ἄτρικος πόλις Κρητική, μάλικος ὄνομα ὀρνέου βαρυτονούμενον, ὀξυνόμενον δὲ ἀπὸ τοῦ μαλακός γέγονε τροπῇ τοῦ ᾱ εἰς η, πίθηκος, Πίληκος νήσου ὄνομα, Ζάληκος ποταμοῦ, Κάθωκος ὄνομα ἥρωος, ὥςπερ καὶ Ἰωλκός ὀξύτονον εἰ καὶ μὴ καθαρὸν ἔχει τὸ ω Theogn. p. 59. et Arcadius p. 51. τὰ εἰς οκος (scr. κος) μακρᾷ παραληγόμενα σπάνια ὄντα βαρύνεται, ἔστρηκος, μάληκος, πίθηκος. Τὸ

22) Si hoc constaret ab omnibus observatum esse, in Athen. XI. 410. E. ἡ πλησίον τῶν κεραμέων πύλη κεραμικὴ καλεῖται, scribendum esset κεραμεική.

δὲ Ἰωλκός καὶ ἀρτισκός (cod. Ἀρτησκός) ὀξύνεται. Horum multa vitii suspicionem praebent. Primum in centum Cretae urbibus nullam reperio quae Ἄτρηκος vel Ἔστρηκος vel simili modo appellata sit,[23] pariterque ignotum μάληκος et μαληκός. Quod sequitur fluvii nomen Ζάληκος Marciano restituendum est p. 130. ed. Mill. pro Ζαλίσκος. Pro Πίληκος apud Stephanum legitur Πήληκος πόλις ἐν Λιβύῃ. Postremo eorum, quae Arcadius affert, utitur Theognostus 60, 22. σεσημείωται τὸ Ἀργησκός διὰ τοῦ η γραφόμενον καὶ ὀξυνόμενον. Nam utroque loco ex Hes. Theog. 342. scribendum est Ἀρδησκός, quod librarii non semel neque uno modo corruperunt v. Bernhardy ad Dion. 314. et apud Arcadium ipsum p. 52, 15. Ἀρτηκός scripserunt. Paragogon quod dici possit in hoc catalogo unum est πίθηκος, si quidem ita ut Grammatici statuunt, derivatum est πίθηξ ἡ μιμώ παρὰ τὸ πιθεῖν Cram. II. 401. Κάθωκος falso scriptum est pro Κόθωκος. Sic enim vocatur demi attici eponymus. Eaque terminatio solis concessa propriis: Κοστόβωκοι vel Κοστοβῶκοι (omiss. in Th.) v. Siebel. ad Paus. T. IV. p. 303. Σάβωκοι Ptolem. Σαρδώκης Paphlago Strab. XII. 553. Ἀμιζώκης Scytha Lucian. Tox. §. 38. Σανδώκης Cumanus Herod. VII. 194. Ἀρτώκης rex Iberum Dio Cass. XXXVII. 1. Feminina attulit EM. 55, 26. τὰ διὰ τοῦ ωκη ὑπὲρ δύο συλλαβὰς σπάνια· ὀξύτονα μὲν δύο ἀκωκή καὶ ἰωκή· καὶ τὸ Σεώκη ὄνομα πόλεως βαρύνεται, pro quo Ἑώκη legitur Theogn. 110. utrumque pro Σαώκη τὸ ἐν τῇ Σάμῳ ὄρος Sch. Il. XIII. 12. unde Σαωκίς ἡ Σαμοθράκη et fortasse Mercurii cognomen Σῶκος, quod Apion σάοικον interpretatus est. Addi poterat Ὀμορώκη Beli uxor in Berosi Genesi Syncell. p. 29. et Ἄρτεμις Κοκκώκη (omiss. in Thes.) Paus. V. 15, 4.

§. 6. Nominum in ικος desinentium duplex partitio pro mensura penultimae: τὰ εἰς κος εἰ παραλήγοιτο ι μακρῷ βαρύνεται, Ἄνικος κύριον, Κάϊκος, Γρήνικος, Φίλικος. Σεσημείωται τὸ Καμικός καὶ Παλικός Arc. p. 52. Pro Ἄνικος et quod ap. Theogn. p. 60. scriptum est Αἴνικος Meinekius in Hist. Com. 249. Εὔνικος corrigit hoc probabilius quod additum est κύ-

23) Mons Cretae est a Plinio et Mela Cadistus vocatus.

ϱιον, scilicet ob adjectivum.[24] Aptius tamen et ille exemplo simplicis usus fuisset et Theognostus, qui *Ἑλλάνικος* affert quasi quae a *νίκη* composita sunt, aliter scribi possent. Sed et de *Φίλικος* errari Meinekius judicat, quia poeta ipse, qui hoc nomen gessit, penultimam corripuit; nomen ipsum nihil aliud esse opinor quam adjectivum *φιλικός* et proprium *Φιλίσκος*. *Καμικός* et *Παλικός*, quod in Diod. XI. 88. Strab. VI. 275. et alibi gravatur, iota anceps habere Theognostus affirmat sed correptionis exemplum non extat. De multis non constat quomodo pronuncianda sint ut Talicus fluvius Scythiae Ammian. XXIII. 6. *Βέσβικος* et Desticos Plin. IV. 12, 23. insulae, Marici gens Gallica III. 21. Ardices pictor Corinthius.[25] Gentilicia *Πανσίκαι* Herod. III. 92. *Δαδίκαι* et *Δαρμίκαι* accentus, si incorruptus est, brevem habere demonstrat; *Αἴθικες* vero et *Τέμμικες* in carminibus longam habent ut Astrices Coripp. Joh. V. 391. item, puto, *Δέρβικες*, nam et *Δερβίκκαι* dicuntur. Et *Λάβικοι* Diod. XIII. 7. Virgilius sic pronunciavit ut Numicus solet et Marica. De altero genere excidit canon Arcadii sed damna sarcit Theognostus p. 60. *τὰ ἔχοντα βραχὺ τὸ ῐ ἔστι ταῦτα, ἀνθερικός, ἀνθιηνικός, Σώρικος ὄνομα λιμένος, Ἔρικος κύριον, Τέμικος πόλις Κρητική, Λυκάνικος ποταμός, ἀσφαδικός. Τὸ δὲ Θόρικος οἱ πλείους ὀξύνουσι.* Appellativum in hoc parapegmate unum est *ἀνθέρικος*, quod Schol. Il. XX. 227. probabiliter ab *ἀθήρ* repetit; cetera ignota aut mendosa; *ἀνθιηνικός* fortasse ex eo quod praecedit vitiose iteratum est, vel fuit aliquis *Ἀρδέρικος*, unde nomen loci *τὰ Ἀρδέρικα* varie scriptum in codd. Herod. VI. 119. nec longe dissonantia sunt *Αἴθικος* viri nomen Quint. VI. 318. (omiss. in Th.) *Ἄνδρικος* montis in codd. Strab. XIV. 669. Andricus fluvii Plin. V. 22. Pro tertio *Σώρικος* scribendum est *Ὥρικος λιμήν* Herod. IX.

---

24) *Αἰνικός* mensis Cypriorum in Menologiis oxytonon est; in Hemerologio, quod Bandinius edidit, *Ἄννιος* scribitur, quod Buttmannus in *Αἴνειος* mutat v. Ideler Handb. der Chronol. 428. *Αἰνικώ* mulieris nomen in Inscr. Tenia Corp. Inscr. n. 2338, 4. lin. 42.

25) Boettigerus *Archäolog. der Mahlerei* p. 138. Ardices graecum esse negat, ideoque *Ἀρδάλης* reponit, quod ipse finxit ad significandum id quod germanice dicitur *der Schmierer!* Nescias utrum vanius sit quod negat an quod affirmat.

92.[26] cujus accolae *Ὤρικοι* diversi ab iis qui *Νωρικοί* dicuntur acuta ultima sed brevi utrumque penultima v. Eust. ad Dion. 321. Pro *Ἔρικος* succurrit *Ὄρικος* Scythae nomen Herod. IV. 77. *Βέρικος* Britanni Dio Cass. LX. 19. (omiss. in Th.) *Τέτρικος* andronymicum romanum Zosim. I. 61. *Τέμικος* urbs Cretae nulla innotuit, nec satis simile videtur *Ὤρικος πόλις Κρήτης* Sch. Nic. Th. 516. Pariter despero de fluvio *Λυκάνικος*, qui si a Lucano oppido vel a Lycaonibus denominatus esset, ultimam acutam haberet ut a *Βοῦρα* fluvius *Βουραϊκός*, *Ὄλυνθος Ὀλυνθιακός* Athen. VIII. 334. E. Neque aliud succurrit quam *Λευκυανίας* fluminis Eliaci nomen Paus. VI. 21, 4. cujus non minus mira species. *Ἀσφάδικος* sine dubio est Thebanus ille qui Paus. IX. 18, 4. in libris nonnullis *Ἀσφόδικος* vocatur. Huic simile nomen sed accentu diverso suggerit Herodianus π. Μον. p. 20. *τὰ εἰς κος καθαρὰ, ὁπότε τῷ ι παραλήγεται συνεσταλμένῳ, ἤτοι προπαροξύνεται ἄνθερικος, Κύζικος. Τὸ ᾠδικός, ἀσφοδελικός ὀξύνεται ὡς τὸ πελωπικός* (sic) *τρωικός.* Hic primo adspectu nihil probabilius videtur quam *ἀσφοδελικός* idem esse quod apud Theognost. *ἀσφάδικος* scribitur. Sed adversatur accentus; nec credi potest Herodianum de uno adjectivo *ᾠδικός* praecepisse quod de omnibus valet. Quocirca utrumque emendandum puto *ἑλικός ὁ ἀσφόδελος*, quod praeit Hesychius *Ἑλικός ἀσφόδελος.* Multa vero illi in praeteritis reliquerunt, quorum accentus librorum nostrorum fide periclitatur, nec prosodia explorate cognita est, primum andronymica *Παταϊκός* (cod. Arch. *Πάταικος*) Herod. VII. 154. *Μονικός* Steph. s. *Χαλκίς*, *Ζαντικός* Dio Cass. LXXI. 16. (omiss. in Th.) *Θουμελικός* Strab. VII. 292. tum *Ξανθικός* mensis Macedonicus v. Sturz. Dial. Alex. p. 49. *Τορικός πόλις* Scylac. p. 31. *Δροπικοί* gens Persidis Herod. I. 125. *Ὑλλικός* amnis Paus. II. 32, 7. et urbis quoque nomen *Νήρικος* in codd. nonnullis Thuc. III. 7. oxytonon est, vulgo autem proparoxytonon ut *Σίντρικος* Parthus Appian. Mithr. c. 104. *Σάμβικος* Eleus Plut. Quaest. Graec. c. 47. *Σχοίνικος* Amphiarai auriga Schol. Pind. Ol. VI. 21. Nunc jam tempus est dicendi quae sit femininorum regula: *τὰ εἰς ικη*

26) Oxytonon esse voluit Goettlingius de Alc. 222.

ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται ἑλίκη, ἐρίκη, μυρίκη, Φοινίκη. Τὸ μέντοι ἀϊκή ὀξυτονήθη ἴσως ὅτι ῥηματικὸν ὑπῆρχε παρὰ τὸ ἀΐσσω ὡς φυλάσσω φυλακή, ὑλάσσω ὑλακή Schol. Il. XIV. 709. τὰ εἰς κη παραληγόμενα τῷ ῑ συνεσταλμένῳ παροξύνεται Ἑλίκη, μυρίκη, Βαιτίκη χώρα, μηδίκη. Τὰ ἔχοντα τὸ ῑ ἐκτεταμένον βαρύνεται Φοινίκη, ἐρίκη Arc. 107. Horum nullum terminationem paragogicam habet nisi forte *μυρίκη* a bisyllabo *μύρον* vel *μύῤῥα* ob similitudinem nescio quam denominata est v. Fée Comment. sur la botan. de Plin. T. I. 126. et *πηνίκη* ut Scaliger censet ad Varr. p. 72. a *πῆνος*, cui etiam panicum cognatum putat. Hujus iota breve est, illius anceps, in ceteris simile primitivis *ἕλιξ*, *Βαῖτις*, *Φοίνιξ*, quicum congruit *χοίνιξ*, *χοινίκη* v. Parall. 141. et 145. *Βαιτίκη* tamen apud Polyb. XXXIV. 9. Strab. III. 160. et 162. Dion. Cass. XLI. 23. et aliis locis oxytonon est tanquam adjectivum ut *baetica lana* nominatur et incolae ipsi *Baetici*, similiterque *Λαζική* dicitur a Lazis incolis et *Μεντορική* Arist. Mir. Ausc. c. 104. p. 839. a. *Μαιδική* Plut. V. Paul. Aem. XII. Sull. XXIV. *Ὑλική* palus Strab. IX. 407. *Σινδική* Herod. IV. 86. et alia plurima, nec solum ea, quae a gentibus notis denominata sunt sed alia quoque urbium regionumque vocabula, quorum primitiva non comparent, *Γαλλαϊκή* Herod. VII. 108. *Σαρδική* Serdice Prisc. Excc. c. V. p. 37. C. Hierocl. Synecd. c. 14. *Φωτική* c. 12. *Αἰξική* *Θράκης μέρος* Steph. *Πλειστική* Diod. XIX. 72. De plantae nomine consentit Philoponus Eust. 1967, 28. *μηδίκη μὲν χόρτος*, *μηδικὴ δὲ ἡ περσική*, sed in libris Aristophanis, Theophrasti, Strabonis et Pollucis constanter acuitur nonnunquam adjecto substantivo *πόα* vel *βοτάνη*. Substantiva neutrius generis accentum adjectivorum servant unde orta sunt, *Μεγαρικόν* urbs Bithyniae Steph. *Σαμικόν* castellum Triphyliae cui prius nomen *Σάμος* fuit Strab. *Πεντελικόν* mons Paus. I. 32. *Ἀμαζονικόν* urbs Steph. *ἰνδικόν*, *ἀγαρικόν*, *ἀρσενικόν*, *ποντικόν*, *φαρικόν*, sed contra *σαντόνικον ἀπὸ Σαντονείας χώρας* Galen. Simpl. Med. VI. 1. 804. T. XI. accentu latino ut *Σάτρικον* Diod. XIV. 102. a quibus longissime distat *ὑπερικόν* quippe compositum ut *ὑπέρεικος* apud Nicandrum, sed tamen, quoad invenire potui, ubique oxytonon et iota simplici. Hujusque inconstantiae ve-

stigia etiam in gentiliciis reperiuntur; nam *Καλλαϊκοί*, *'Οπικοί*, *'Ομβρικοί*,[27] *Οὐινδελικοί*, sequuntur accentum derivatorum graecorum, etsi postremi derivatio non apparet, *"Ερνικοι* vero, quod ab hernis, ut dicitur, ductum est, eodem modo scribitur, quo *"Ερνικες*, fortasse ut metaplastum. Masculina primae declinationis perpauca sunt *'Ελίκας* Helicae conditor, quod Meinekius recepit Theocr. I. 125. *κοτίκας ἀλέκτωρ* Hes. a *κόττος* s. *κοττός*.[28] *Sunt in fungorum genere dicti pezicae quod sine radice nascuntur* Plin. XIX. 14. *οὓς καλοῦσί τινες πέζιας* Ath. II. 61. E. ubi codd. *πέζικας* et *πεζικάς*, quorum fortasse nihil verum sed *πεζίας* a pari nominativo. Ex tertia huc referenda sunt *'Απελλικῶν*, quod ab *'Απελλῆς* derivatum videtur, et *Κιλλικῶν* Achaei, qui Miletum prodidit, cognomen ut Apollonius scripsit in Sch. Arist. Pac. 364. quod qui eum a nutrice Cilissa accepisse tradunt, Cilicum nequitiam vulgari proverbio celebratam spectasse videntur. Ac similiter ab *ἕλιξ* declinatum est *ἑλικών*. Sed Stimicon in eclogis Virgilii et Calpurnii VI. 84. quum primam syllabam corripiat, patet non recte a Koenio ad Greg. 290. conferri cum graeco *Σῖμος Σίμιχος*, sed potius peregrinum fuit ut *'Ρουβίκων* et *Στελίχων* Stilicho seu Stilico. — Adjectivorum in *ικος* exeuntium pars magna ab adjectivis originem habet *ἀγαθικός*, *ἁπλοϊκός* et cetera ad Phryn. 228. congesta. Haec genus et universitatem significant earum rerum, quae primitivis indicantur, *τὸ εὐδαιμονικόν*, *τὸ μνημονικόν* etc. Sed jam Homerus turbare coepit pro *ὀρφανός* usurpans *ὀρφανικός*, pro *παρθένος παρθενική*, quae Eustathius 1566, 17. typum modo possessivorum habere adnotat, non etiam significationem. Et deinceps alii: *οὐ μόνον βαρβαρικὸς πόλεμος ἀλλὰ καὶ βάρβαρος* Thom. Ac Schaeferus in Melet. p. 40. in describendis utriusque adjectivi finibus non ulterius progressus est quam ut *βαρβαρικός* raro de moribus dici pronunciaret sed saepissime de iis *quae graeca non sunt, ad Graeciam nihil pertinent*. Quod non multum

27) Sic Dionys. Antt. I. 22. et Herod. I. 94. sed *"Ομβρικοι* IV. 49.

28) Idem *Κόττικοι αἱ περικεφαλαῖαι* cognatum cum *κόττη* s. *κοττίς* caput, sed scriptura dubia ut multa ejusdem *'Ολίκοι ἐκκομιδαί*, *"Ορδικον τὸν χιτωνίσκον*, *Σμάρδικον στρουθίον*, *Σηνίκη ἄτροχος ἅμαξα* etc.

aberrat ab Ammonii distinctione *βάρβαρόν ἐστιν ὄνομα τὸ οὐχ ἑλληνικόν, βαρβαρικὸν δὲ τὸ τῶν βαρβάρων.* Qui si exemplis uti voluisset, fortasse hoc dixisset, *Ἄδαμ, Ἰώσηφ, ζίγγιβερ,* quorum terminatio Graecis insolita est, barbara esse, sed *Ἄδαμος, Ἰώσηπος,* barbarica hoc est apud barbaros nata. Ejusdem Thomae praeceptio est *πεζὴ στρατιά λέγε ὡς Δημοσθένης καὶ πάντες, καὶ μὴ πεζική ὡς Θουκιδίδης, ποιητικώτερον γάρ,* non repudiatum tamen a Xenophonte; sed de Aeschine et Dinarcho dubitatur v. Poppo Comm. ad Thuc. VI. 33. Wurm. ad Dinarch. p. 195. A substantivis quanta manet copia, demonstratione non est opus, sed quaeritur num a verbis, id quod Buttmannus in Gramm. §. 119. n. 27. affirmat exemplis tribus, *γραφικός, ἀρχικός, πρακτικός.* Verum hoc ultimum aperte a verbali *πράκτης* vel *πρακτός* natum est ut *κρακτικός, τακτικός, πληκτικός, σηπτικός, ἁλτικός, σταλτικός, φθαρτικός, ἀμυντικός, ἐριστικός* et mille hujusmodi. Neque ullum reperitur hujus formae adjectivum, quod a verbo duci necesse sit, praeter quod Photius ex Aristophane affert *τικτικόν τὸ ταῖς τικτούσαις διδόμενον φάρμακον,* ex eo genere medicamentorum quae *ὠκυτόκια* vocantur.[29] Sed ipsum aut a poeta nescio cujus paronomasiae fictum aut a librariis depravatum est. Proportionem adhibenti dicendum erat *τεκτικόν* a *τεκτός,* quanquam hoc quoque non meliorem auctorem habet quam Nicetam David. in Paraphr. Arc. III. 39. ed. Dronck. *οὐ τεκτὴ τεκτός τε.* Quae vero antiquitus recepta eaque specie sunt ut a verbis repeti possint velut *ἁπτικός, βλαπτικός, σκεπτικός, προπεμπτικός, θρεπτικός* etc. tamen a verbalibus potius repetenda esse quam a verbis apparet ex hoc quod neque *τρεφικός* dicitur neque *πεμπικός* aut *στυφικός,* aut aliud simile; nam *φθειρικός* est a *φθείρ,* non a *φθείρω.* Itaque etiam *ἀρκτικός* ab *ἀρκτός* declinatum, *ἀρχικός* vero, quod multum differt, ab *ἀρχή,* et *γραφικός* a *γραφή* ut *ἀστικός, ἀστρικός, βλακικός, γαστρικός, δυτικός, ἐθνικός, θυμικός, λοιμικός, μυθικός, πανικός, σκηνικός, ὑλικός, φυτικός, χορικός, ψυχικός* et innumera-

---

29) Bis idem apud Pollucem legi adnotat Fritzschius ad Thesmoph. v. 504. sed in L. II. 7. in codd. omissum, in L. IV. 208. *τηκτικόν* scriptum est.

bilia talia; ego me continui in trisyllabis, quia Buttmannus affirmat hanc terminationem potissimum procerioribus adhibitam esse vocabulis. Sed quod idem adjectivorum in $\overline{\iota o\varsigma}$ et $\overline{\iota\kappa o\varsigma}$ exeuntium significationes accurate definiri posse negat, vereor ne vere auguratus sit. Attamen tentavit aliquatenus Thomas: *Τὰ εἰς $\overline{\kappa o\varsigma}$ τινὰ μέν ἐστι κτητικά, βασιλικὸς λόγος ὃν ἔγραψε βασιλεὺς ἢ ὃν ἔγραψέ τις εἰς βασιλέα· τινὰ δὲ δηλοῦσιν ἐπιτηδειότητα, δρομικός, πυκτικός — τὰ δὲ λέγονται ἐνεργείᾳ, μουσικός, τὰ δὲ φύσει, λογικός.* Sed hoc decreto multum abest ut universus hujus generis ambitus definitus sit. Nam si, ut Galenus ait de Comp. Med. p. Locc. II. 538. T. XII. *σπληνικοί* dicuntur *οἱ ἀπὸ σπληνὸς πάσχοντες καὶ ἡπατικοὶ οἱ ἀπὸ νεφρῶν* etc. si *γραῦς βρυτική* ea quae bryti potu impense delectatur v. Meinek. Com. Fr. T. III. p. 23. id nulli illorum simile est omninoque non ex terminatione sola sed ex natura et significatione primitivi et saepe ex adjunctis, quo quidque pertineat, judicari debet. Proprium vero locum obtinent pronomina quantitatis, *ἡλίκος*, *πηλίκος*, *τηλίκος*, quae sola accentum in penultima habent Herod. *π. Μον.* 20, 19. et his consociatissima adverbia temporalia *αὐτίκα, ἡνίκα, τηνίκα,* quod Buttmannus in Lexil. II. 227. miro acumine ex *τὴν ἴκα hac vice* conflatum esse disputat. Eadem elementa sed ordine inverso habent adverbia numeralia *τριάκις* et cetera in §. 3. extrema.

§. 7. *Τὰ εἰς $\overline{\text{οκος}}$ προπαροξύνεται σπάνια ὄντα, Καππάδοκος, Σπόρδοκος* Arc. 51. quorum alterum saepius in $\overline{\text{οξ}}$ et $\overline{\text{οκης}}$ terminatur, alterum est Thracis nomen in Thuc. II. 101. et IV. 102. ubi in aliquot libris *Σπάρδακος* scriptum est. Alius fuit ejusdem Thraciae regulus *Σάδοκος* v. Interpr. ad II. 29. alius *Μήδοκος* sive *Ἀμάδοκος* v. Wessel. ad Diod. XIII. 105. *Σάνδοκος* sive *Σάνδακος* et *Σανδόκης* v. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. II. p. 158. Gail. ad Anon. Stadiasm. T. II. §. 179. *Σπάρτοκος* v. Boeckh. l. c. p. 109. Sed hominis graeci nomen *Πίδοκος* Xenoph. Hell. I. 1, 29. sine dubio in libris rectius *Ἐπίδοκος* scribitur; nam illa terminatio peregrinum sonat, nec solum secundae declinationis sed etiam primae, *Μηδόκης* Thrax Demetr. de Eloc. c. CLXI. idem sine dubio qui ab aliis *Μήδοκος* appellatur, *Δηιόκης* Medus, *Παρδόκας* lorarius bar-

barus Arist. Rann. 620. urbiumque Asiaticarum nomina *Σολόκη* Strab. XVI. 744. ubi codd. *Σοδόμη*, *Ταλαβρόκη* XI. 508. in codd. aliquot per ω̄ scriptum, *Ταόκη* v. Tzschuck. ad XV. 728. Horum nihil attigit Arcadius p. 107. *τὰ εἰς κη ὑπερδισύλλαβα τῷ ε̄ ἢ τῷ ο̄ παραληγόμενα σπάνιά εἰσι· τὸ Ἀλωπεκή ὀξύνεται· τὸ δὲ βορβορόκη βαρύνεται καὶ τὸ ψοθούκη ἡ ἀκαθαρσία.* Primum est demi nomen, pro secundo vereor ut aliud quid reperiri possit quam compositum *δοροδόκη* vel *βορβοροδόκη*. Nec tertii scriptura integra est. Habemus enim praeceptum EM. 276, 1. *τὰ εἰς κη ἐνὶ φωνήεντι παραλήγεται πλὴν τοῦ ἐρείκη καὶ Εὐνείκη*, quo excluduntur diphthongi *οι* et *ου*, neque refellitur nominibus urbis Libycae *Σαλούκη* Ptolem. et Indicae *Ποδούκη* Arrian. Erythr. p. 173. corruptis fortasse, certe barbaris ut *ματζούκα* clava, *παλοῦκι* paxillus et alia. Nec tamen *ψοθόκη* aut testem habet aut ostendi potest quomodo a *ψόθος* id est *ψώρα ἀκαθαρσία*, derivatum sit. — Pauca in *οικος* terminata praebet Arcadius p. 51. *σόλοικος, μόνοικος τὸ κατὰ συναλοιφήν· τὸ Εὐβοικός ἐπιθετικὸν ὄν*, adde *ὀξύνεται.* Primum veteres compositum putant ut *ἄγροικος, ἁμάξοικος*, sed neque significatio congruit neque Solorum incolae *Σόλοικοι* dici possunt, non magis quam Susorum *Σούσοικοι.* Salmasius ad Tertull. p. 312. cum latino *solox* confert, quod si quid sui affine habet, id est potius solus, solidus; nam ut lana solox dicitur pro crassa, sic *vimina solida et crassa* Columell. XII. 56, 2. ac similiter a ferus profectum est ferox, a celer, celes, celox. Nos et illud intentatum relinquimus et pariter alia quae illi ab eodem verbo graeco composita putant: *Μόνοικος* urbis gallicae nomen v. Pinedo ad Steph. *Ἀλβίοικοι* Strab. IV. 203. et *Μοσύνοικοι*, qui et Mosyni vocantur v. Intt. ad Valer. V. 152. Sed *Ἄποικος* Melanthi pronepos, qui Iones Teon deduxit Paus. VII. 3, 6. ex vero dictus videtur. Diphthongi alterius usus nullus est nisi in barbaris ut *Σανατρούκης* Armenius Dio Cass. LXXV. 9. Petesucus Aegyptius Plin. XXXVI. 19, 1. etc. — *Τὰ εἰς κος μὴ ἔχοντα κατ' ἰδίαν θηλυκὸν*[30] *οὐκ οἶδεν ἐν τῇ πρὸ τέλους τὴν*

30) Hoc non ad scripturam penultimae pertinet sed ad accentum adjectivorum, quae post illa memorat, *ἁλυκός, θηλυκός, λιβυκός, κτητικῆς ὕλης τυγχάνοντα.* Eadem haec apponit Arcad. p. 52. et EM. 551, 13.

οι, Ἴβυκος, Ἄμυκος, Κώρυκος, Σίμυκος, Δίνυκος ὄνομα πόλεως, Σίτυκος, Ἁρπάλυκος κύριον, Εὔτυκος, Ἐλίσυκος ὄνομα ἔθνους, Κήρυκος κύριον, πλὴν τοῦ σόλοικος. Duo prima eadem notissima sunt, tertium etiam appellativum est κώρυκος ἀπὸ τοῦ χωρεῖν ἰωνικῶς Eustath. 1534, 47. hoc est mutatis antistoechis sicut κεκάδοντο a χάζομαι i. q. cedo χωρῶ. Σίμυκος non reperio sed Σιμύκας histrionis nomen ambigue scriptum v. Interpr. ad Athen. VIII. 348. A. Pro sequenti ab Arcadio assumendum est Ἴνυκος. Rursus moram objicit Σίτυκος, cui simile *Syticus* olim legebatur Suet. Calig. c. 55. sed ibi nunc Eutychus scriptum est consuetum Graecis nomen, a quo Εὔτυκος nihil diversum videtur. Cetera nota sunt. Sed pro Κήρυκος, quod EM. affert tanquam casum rectum ex anadrome ortum, apud Arcadium κάρυκος legimus, nisi hic Νάρυκος scripsit. Eodem accentu sunt Ἅλυκος urbs Peloponnesi quae et Ἁλίκη vocatur v. Siebel. ad Paus. T. I. 259. et Ἅλυκος sive Ἅλικος Siciliae fluvius, cujus nomen Wesselingius ad Diod. XV. 17. a salso sapore profectum putat, Μόλυκος dux Alexandri XIX. 54. Φάρυκος homo graecus Polyb. IX. 34, 10. Φάλυκος urbs Megaridis Theophr. Hist. II. 8, 1. Νάρυκος Phocidis quae et Νάρυξ dicitur v. Tzschuck. ad Strab. T. III. 549. diverso Ἀστυκός fluvius cum Axio confluens Polyaen. IV. 12, 3. Πατυκός oppidum Oenotriae Steph. quae facile corrigi possunt. Praeter κώρυκος igitur appellativum hujus declinationis nullum est; nullum item primae, sed Κεραμβύκαι ἔθνος Ὑπερβορέων Steph. Ἀρτύκας Medus Diod. II. 33. et plura feminina quae Theognostus 110. et Arcad. 107. permixte cum propriis exhibent: Καλύκη, ζαμβύκη, ἰαμβύκη, σαμβύκη, Ἰτύκη, Ἐρύκη· καρύκκη δὲ διὰ δισσοῦ τοῦ κ, quod addubitavit Meinekius ad Menandr. p. 179. Ac propria illa ypsilon longum habent ut et Μοτύκη Siciliae urbs v. Interpr. ad Sil. Ital. XIV. 268. et quantum ex gentilicio *Narycius* cognosci potest, etiam Ναρύκη, quod Diodoro restitutum est pro Ἀρύκη. Sed Βομβύκη tibicinae nomen Theocr. ypsilon longum habet ut primitivum βόμβυξ, Βεβρύκη Danai filia v. Gal. ad Apollod. II. 1, 5. Ἀμύκη regio Cypri Malel. VIII. 201. sine dubio anceps ut est in gentilicio Βέβρυκος et in propriis Ἄμυκος et Κώρυκος, ignotum Ἀμύκης πεδίον Polyb. V. 59. Βαμβύκη urbs Syriae et Ὄλυκα πόλις

Μακεδονίας Steph. longum rursus in appellativis praeter verbale *μορμολύκη* a *μορμολύσσω*, et *ἀλυκή* quoque si Graeci dixerunt pro *ἀλυχή*, non dubito quin eodem modo pronunciaverint, etsi *alucinor*, quod Cloatius apud Gellium recte ex graeco *ἀλύω* (*ἀλύσσω, ἀλαλύκτημαι*) factum dicit, secundam producit. Propria *Ἀρχίλυκος* Diod. I. 67. *Αὐτόλυκος*, *Δηίλυκος* et *Δηιλύκη*, *Ἑρμόλυκος*, *Ἐπίλυκος* etc. composita esse ita concedo ut tamen aliquam de singulis dubitationem relinquam; illud certe, quod Herodotus posuit IV. 149. *Οἰόλυκον* ita vocatum quod pater eum dixisset *ὄϊν ἐν λύκοισι καταλειφθήσεσθαι*, argumenti vim non habet, nec convenit Amazonis nomini *Οἰολύκη* Schol. Apoll. II. 778. Nec de *Ἁρπάλυκος* et *Ἁρπαλύκη* constituam utrum syntheta sint an derivata ab *Ἁρπάλυξ*, quod Suidae reddendum videtur pro *Ἁρπάληξ κύριον*, a verbo unde *Ἅρπη*, *Ἁρπαλεύς*, *ἁρπάλαγος*. Adjectivorum numerus perexiguus est pro portione nominum in $\bar{υ}ς$ et $\bar{υ}$ exeuntium; duo ab adjectivis *θηλυκός* et *πλατυκός*, totidem a substantivis *ἀστυκός* et *ἀλυκός*, sed hoc paragoge bisyllaba auctum. Ad originem andronymici *Θωρυκίων*, adjectivi defectivi *ἐνδυκές* et adverbii *ἐνδυκέως* vereor ne via obsepta sit; nec sequar Buttmannum Lexil. I. 180. qui nos ad verbum *ἐνδύω* deducere studet. Sed jam ex tribus consonantibus huic dissertationi propositis una restat gutturalis.

CAP. III.

De nominibus in —χ— exeuntibus.

§. 1. Prima ad considerandum et tractatu facillima sunt quae terminationem $\overline{αχος}$ totam paragogae acceptam habent: *παρὰ τὸ κυφός ἢ κύμβη ὡς περιφερής. Ὁ δὲ κύμβαχος ἐκ παραγωγῆς ἔχει τὸ χ ὡς τιμή Τίμαχος Τιμαχίδας* Eustath. 584, 20. Sch. Il. V. 586. quod Timachidae nomen inclytum inter Grammaticos. *Τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὀνομάζεται συνήθως οὐ τοῖς πολλοῖς μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς στόμαχος* Galen. de Caus. Sympt. I. 7, 127. T. VII. quem nominis usum non ante Aristotelis aetatem increbuisse dicit de Locc. Affect. V. 5. p. 332. T. VIII. De Homero negat Schol. Il. XVII. 47. *στομάχοιο θέμεθλα οὐ λέγει τὸ στόμα τῆς κοιλίας ἀλλὰ τὸν βρόγχον*

οἷον τὰ ἔσχατα μέρη τοῦ λαιμοῦ, quem veteres *οἰσοφάγον* appellant. Tertium est ab *οὖρον οὔραχος ἀγγεῖον βραχὺ εἰς τὸ χορίον ἐμβάλλον* Ruf. Onom. p. 34. hoc est meatus urinalis quem hodie quoque ita appellant medici Galenum sequentes, cujus olim fuit commentatio *περὶ οὐρητήρων καὶ οὐράχου* de libr. propr. T. III. 26. T. XIX. Idem appellat *τὸ ἐν οὐραχῷ ὑγρόν An anim. quod in utero* c. V. p. 176. T. XIX. ubi accentum corrigi oportet ad Arcadii regulam p. 83. *τὰ εἰς χος προπαροξύνεται.* Plurimum differt nomen eodem fere modo scriptum sed ab alio principio *οὐρά* profectum, quo Aretaeus utitur Acut. I. 8. p. 15. *εἰ ἡ κιονὶς εἰς λεπτὸν ὑμένα τελευτᾷ οἷον τι οὐραχὸν* (sic) *κατὰ πέρας ἴσχουσα, κράσπεδον τὴν ἐπωνυμίην ἴσχει*, et accentu transposito Hippocr. de Cord. p. 487. T. I. (Chart. T. IV. 270.) *ἡ καρδίη δύο γαστέρας ἔχει — ἡ ἑτέρη οὐδὲ τῆς καρδίης νέμεται τὴν ἐσχατιὴν ἀλλ' ἐγκαταλείπει τὸν οὔραχον.* Hic, ubi mucro cordis (sic enim appellant) significatur, non admitti potest Foesii correctio *οὐραγόν.* In Aretaei loco quod Petitus reponi jubet *οὐρίαχον*, certe necessarium non est, nam utroque modo dicitur. Eustathius p. 795, 33. *ὁ σαυρωτὴρ καλεῖται καὶ οὐρίαχος ὡς εἴ τις εἴποι τὸ οὐραῖον καὶ ἄκρον τοῦ δόρατος οὗ παραγωγὴ ὁμοία τῷ νηπίαχος.* Nam et plantarum spicae sive mucrones, alibi *ἀθέρες* dicti, sic vocantur ab Aeliano H. Ann. VI. 43. *οἱ οὐραχοὶ τῶν καρπίμων* ut Gronovius e codd. edidit pro *οὐραγοί* et Diosc. Mat. IV, 176. (179.) p. 671. epithymon dicit habere *κεφάλια λεπτὰ οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας*, ubi olim *οὐραγούς* legebatur sed *οὐράχους* in cod. antiquissimo scriptum esse Salmasius testatur in Plinn. p. 909. A. idque nihil differre censet ab homerico *οὐρίαχος* p. 748. C. Quorum si meminisset Sprengelius, non necessarium duxisset vocabulum ficticium *οὔριχος* proponere p. 686. quod deminutivum esse vult aeolice formatum ut *κάδος κάδδιχος.* Femininum hujus generis est ab Hesychio custoditum *Λυμάχη ἡ εἰς διαφθορὰν λύπη, ὕβρις* — a *λύμη.* Haec igitur paronyma sunt. A verbo *τέμνω* Eustathius 867, 53. recte repetit *τέμαχος τμῆμα ἰχθυηρόν* pariter illis bisyllaba terminatione extrinsecus amplificatum; sed inter *σέλας* et *σέλαχος* intercedit verbum *σελάσσω*, sui simile *μαλάσσω* progennit nomen *μαλάχη — διὰ τὴν μαλακότητα* Phot. et *μαλάχιος ἰχθὺς*

ποιός Hes. eademque via a *παλάσσω παλαχή*,[1] *ταράσσω ταραχή*, a *κανάσσω*, quod proprie ebullire significasse videtur vel ut EM. 310, 4. *τὸ ἐγχέαι καὶ ἐκχέαι μετὰ ψόφου*, substantivum *καναχή* et adjectiva *καναχός* et *καναχής*. Ab his *Μίαχος μιάσμα* Hes. hanc dissimilitudinem habet quod alpha a verbo *μιαίνω* anticipatum est. Sed paragogorum numerum prorsus excedit ranarum nomen quod in graeci sermonis dialectis sonos mire variat *βρόταχος*, *βόρταχος*, *βύρθακος*, *βάρακος* etc. stirpem autem habere videtur in verbo *βραχεῖν ἠχῆσαι*, *βαῤῥαχεῖν ἠχεῖν* Hes. ubi jam olim Vossius ad *βάτραχος* respexit non inscite ille si quidem dentalem asciticiam esse statuimus, quae et in graecis sedem instabilem habet et non apparet in anglosaxonicis frocca, frox (Frosch, frog) et in nomine rubetae bruscus et *πράσκα*, quorum illud est latinitatis medii aevi, hoc Graecorum nostrae aetatis. Haec omnia tribus contexta sunt consonis, e quibus *βραχεῖν* constat, labiali, liquida et gutturali, eademque graeci nominis elementa primigenia esse videntur. Quin adeo si *βρυχᾶσθαι* et rugire, *ἀράχνη* et aranea, *λάχνη* et *λῆνος* lana consideramus, non nimis prodigiosa reperietur eorum opinio qui ex tribus illis *βράχ* unam in latino *rana* superesse credunt. Ex compluribus quae Hesychius refert unum assumam *Ἔραχος τὸ δράγμα Βοιωτοί* quod ab *ἔργω* contineo, constringo derivatum esse ex alia glossa *Ἐραχάται οἱ δεσμεύοντες* colligi potest; *πύσαχος* supra proposui. Propriorum pars maxima ita comparata est ut etyma demonstrari non possint; non modo peregrinorum ut Serachi populus Asiae Mel. I. 19. *Σάτραχος* sive *Σέτραχος* Cypri fluvius v. Engel *Kypros* T. I. 158. *Δύῤῥαχος* Dyrrhachii conditor Appian. Civ. II. 39. (omiss. in Th.) *Μαράχη πόλις Ἰνδική* Steph. etc. sed etiam graecorum *Ἴναχος*, *Ἀῤῥαχίων* Paus. VIII. 40, 1. quod hic in codd. *Ἀρχίων*, *Ἄρχων*, *Ἀῤῥυχίων*, apud Philostratum et Eusebium *Ἀῤῥιχίων*

---

1) Sic Nic. Th. 448. *τῷ δὲ* (draconi) *κοτέων αἰετὸς ἐκ παλαχῆς ἐπαΐξεται* id est huic increscit aquila hostis fatalis sive nativus, *ὅν ἡ μοῖρα προσεκλήρωσεν αὐτῷ.* Poterat *ἀρχῆθεν* ponere vel *γενεῆθεν* ut et Hesychius *παλαχή* interpretatur *ἀρχή, γενεά,* sed propria significatio est *λῆξις,* dein *μοῖρα* ut latini sors. Zeunius pro *ἐπαΐξεται* optat *ἐπαΐσσεται*, Schneiderus *ἀμπάλλεται*, deteriora vulgato.

scribitur; nomen rupis *Πετραχός* Paus. IX. 41. 3. pro quo ap. Plutarch. *Πέτρωχος* legitur accentu magis legitimo, Pausanias ad *πέτρος* refert, eoque exemplo etiam *Πωταχίδαι* demus Atticus, quem Stephanus *Βωταχίδαι* vocat, et *Βουτακίδης* Crotoniata ad *βώτης* revocari licet, *Πρωταχίδαι* Tegeatarum demus Paus. VIII. 45, 1. ad *πρῶτος*, ac similiter *Σῆμος Σήμαχος* Semachidarum conditor, *Θίβρων Θίβραχος*, *Μένων Μέναχος* Aegypti filius Apollod. II. 1, 5. De accentu universe praecipit Arcadius p. 83. *τὰ εἰς χος προπαροξύνεται, βάτραχος, Σωτήριχος, τὸ δὲ μοναχός (ὀξύνεται) ἐπιθετικὸν ὄν*, ut *πλεοναχός* ab Epicuro usurpatum, cui quae Coraes in Stochasm. p. 44. apponit *ἑναχός* et *πανταχός*, non leguntur hodie sed fortasse a scriptoribus Epicuri similibus efficta sunt ad similitudinem adverbiorum; qua via in latinum sermonem irrepserunt adjectiva spuria ambifarius, trifarius, extrinsecus, omnimodus. *Νηπίαχος*, *καναχός* et *Κάναχος* jam supra attuli. Feminina substantivi generis Arcadius p. 115. nulla memorat nisi verbalia *στοναχή, ταραχή, ἰακχή, διδαχή, μαλάχη*, neque scio an nulla reperiantur hoc uno modo terminata. Nam *σανδαράχη* apud graecos scriptores latinosque saepius per tenuem scribitur ut Festus: *Sandaraca genus coloris quod Graeci sandicem appellant*, unde nascitur paragogae suspicio. Et pro dorico *εὐλάχα* sive *αὐλάχα*, quod Hemsterhusius ab *αὖλαξ* repetit, Thucydidis libri fere omnes *εὐλάκα* praebent. *Πεντάχα ἡ χείρ* Hes. a numerali ductum videtur unde adverbia *πένταχα*, *πενταχῆ* cum similibus *τέτραχα, μοναχῆ, ἑκασταχῆ, ποσαχῶς, πολλαχῶς, περισσαχῶς* Jambl. in Nicom. Arithm. p. 14. *πανταχοῦ, πανταχόθεν, πανταχόσε, πολλαχοῦ, πολλαχόθεν, πολλαχόσε*, quae idoneos habent auctores; sed *ἀλλαχοῦ, ἀλλαχόθεν* et *ἀλλαχόθι* Moeris aut apud Xenophontem aliter scripta invenit aut ne hujus quidem testimonio satis confirmata credidit; praefert enim breviora quae nonnunquam in codd. comparent. His respondent adverbia, quorum prius mentionem habui, *ἑκαστάκις*, *περισσάκις*. Sed nulla earum terminationum, quas tractavimus, in verbis reperitur praeter postremam, cujus tria sunt exempla *ἰάχω, στενάχω, νηπιάχω*.

§. 2. Quae unam trium sequentium vocalium ante characterem habent, uno tenore peragentur. Nam epsilon in uno

offendimus *στέλεχος*, quod quum Hesychius *στῦλος* interpretetur, simul nos admonet affinium *στήλη*, *στελεός*. Adjectivum *ἐντρεχής* EM. compositum dicit a *τρέχω*, cujus primitivo *τρέω* subnatum est *ὀτρηρός* simile fere atque illud significatione praeditum. Literam eta unum exhibet *Ἀῤῥηχοί* gentis maeoticae nomen, quod Straboni restitutum est XI. 495. accentu non eo quem Arcadius poscit. *Ἀζηχής* potius ex *ἀδιεχής* ortum quam ab *ἄζω sicco* derivatum videtur. Nec diphthongi hic se immiscent — *τὰ εἰς χος οὐ θέλουσι τῇ ει παραλήγεσθαι χωρὶς τοῦ τεῖχος καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ* Theogn. 294. *τὰ εἰς χη οὐ θέλουσι τῇ ει παραλήγεσθαι* Anon. de Quantit. Cram. II. 302. quod idem valet de diphthongo *ευ*. Sed eo laetius exuberat litera iota praecipue in vocabulis aeolicis doricisque: *ἀπὸ τοῦ πυῤῥός πύῤῥιχος κατὰ παραγωγήν. Τινὲς παροξυτόνως λέγουσιν. Ἔστιν οὖν ὑποκοριστικὸν αἰολικῶς*[2] Schol. Theocr. IV. 20. Id cur Gregorius doricae adscriberet dialecto fortasse nihil aliud rationis habuit quam quia apud Theocritum legitur, aut quod Athenaeus XIV. 613. E. proprium *Πύῤῥιχος* Laconicis familiare esse scribit. Adjectivo enim Aristoteles atque alii usi sunt sermonem vulgi sequentes neque apparet utrum hi rufum significaverint an rufulum vel subrufum, quia res, de quibus loquuntur, non sub oculos veniunt. Illud tamen pro certo poni potest deminutionem adjectivorum, quae latino sermoni familiarissima, Atticis insuetam ac ne in commune quidem receptam fuisse sed haerere in finibus Dorismi ubi *δριμύλος* et *μικκύλος*, de quibus alibi dixi. Quapropter Scholiasta Dionysii p. 862. varias deminutivorum species percensens, illius terminationis nullam mentionem injecit. Sed *ὁσσίχος* legitur in Theocriti carmine dorico[3] idque manifesto significat *quantulus*, etsi Hesychius idem vocabulis absolutis *ὅσον*, *ἡλίκον*, reddere coactus est sicut *τεσσίχον* (*τοσσίχον*) interpretatur *μικρόν*, pro quo Aristophanes *τυννοῦτον* dixit. *Κάδδιχος* quod Koenius ad Greg. 292. ad deminutiva laconica refert, non *καδίσκον* sed certam quandam mensuram significat,

---

2) Aeolica est geminatio literae rho ut *Πέῤῥαιβοι*, *κρίννω* etc.

3) IV. 55. ubi Meinekius *ὅσσιχον* edidit. Neque Arcadius p. 85. paroxytona in *χος* attigit; *πυῤῥίχος* tamen memoratur in Sch. Theocr. l. c.

cui nomen est *ἄδδιξ* cognatum fortasse cum *κάδος*. Strattis in Fragm. p. 781. Thebanorum persequens idiomata gallum gallinaceum ab iis *ὀρτάλιχον* vocari ait; quod si de animantium pullis dicitur, ea quidem deminutiva est significatio sed a primitivo *ὀρταλίς* profecta. In vocabulis communibus nullum ejus cernitur vestigium; *κόψιχος* et quod Atticistae minus probant *κόσσυφος* genus avium gallinaceum significat, a *κόττος* derivatum, de quo dictum est antea; *δόλιχος* leguminis. Verticilli nomen *ἀστράγαλος* Eustathius 1289, 51. non sine ratione a verbo *στρέφω* factum censet, cujus tacita incrementa si cogitatione effingere fas est, primum fuit sed ineffabile *στρέψ* et *ἄστρεψ*, huic proximum *ἄστριξ*, quod forsitan alicubi in angulis secretisque literarum oblitescat. Hinc aperto tramite decurrunt *ἄστρις* et *ἄστριχος*, quo Antiphanem usum esse testatur Pollux, tritumque *ἀστράγαλος*, quod si *ἀστράβαλος* diceretur, omnibus originis suae a verbo *στρέφω* fidem faceret; in hoc autem gutturalem et labialem alternare documento est *στρεύγω* et alia quae in propria hujus quaestionis parte explanaturus sum. Verum nihil tam fluxum et instabile est quam nomen corbis cophinique *ἄῤῥιχος*, quod non solum *ἀρίσκος* dicitur Hes. sed etiam mutata vocali *ὕριχος* et *ὑρίσκος*, additoque sigma *σύριχος* et *σύρισκος* v. Meineck. Com. T. III. 433. et majore corruptela *οἱ ἰδιῶται τὸν ὕρισχον διαφθείροντες βρίσχον καλοῦσιν. Ἔστι δὲ πρόκανον (πλόκανον) τι ἐν ᾧ τὴν ὀπώραν εἰς ἄστυ φέρουσι κοφίνῳ ἐμφερές* Phryn. App. 67. cui non dissimile *σώρακος*, quod Pollux arcam vestiariam significare scribit sed idem refert inter *ἀγγεῖα ὑποδεχόμενα τὴν ὀπώραν ὡς κόφινος, σύρισσος, ἄῤῥιχος*, et Schol. Arist. Avv. 1329. *λέγουσι καὶ νῦν σωράκων τι εἶδος ἀῤῥίχους*. Similius vero *ῥίσκος* cista, quod idem novitatis, Donatus peregrinitatis damnat, perinde ac *βρίσχος* ad idiotas rejicitur. Sic ab alio ad aliud traducimur. Nam ab *ἄρσιχος*, ut apud Diodorum scriptum est, non longe recedit *Σάρπος κίβωτος*, *Τάρπη κόφινος* et *Μύρσος πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐξ ἄγνου λύγων ὃς καὶ ἄῤῥιχος καλεῖται* EM. Hes. pro quo sicubi *ἄρσιπος* legeretur, non dubitarem eodem referre *μάρσιππος*, quanquam hoc penultimam longam habet sacculumque potius designat quam corbulam sive fiscum. Illis quidem fundamentum commune praebet

litera rho; ea quasi substantia est; cetera elementa fluitant et labuntur; sic tamen ut appareat res ad speciem et usum similes similiter appellatas esse. Videamus porro caetera. *Ἀρύστιχος σκεῦος ἐν ᾧ ἀρύονται οἶνον* Phryn. App. 27. cui proximum est *ἀρυστήρ*. *Βάριχοι ἄρνες* et *ἄριχα ἄῤῥεν πρόβατον* Hesychii interpretes cum *Βάρα θρέμματα* conferunt; quorum affinitates declaravi in Parall. 74. Femininorum Theognostus p. 118. quinque affert: *τὰ εἰς ιχη μονογενῆ ἢ καὶ τριγενῆ διὰ τοῦ ῑ γράφεται πυῤῥίχη, Δολίχη, μαστίχη, μυστίχη, σαμαρίχη τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον*, quorum primum vulgo Pyrrho inventori acceptum ferunt, secundum insulae impositum est a situ; *μαστίχη* a verbo quod Nonnus I. c. 17. ei adjunxit *μαστίχην μασᾶσθαι* masticare. *Μυστίχη* aut ex hoc temere repetitum aut nomen proprium est ut *Licinius Mysticus* in Inscr. Murat. p. 241. et *Μυστιχίδης* Atheniensis Diod. XV. 2. Pro *σαμαρίχη* apud Arcad. 115. *σαμβρίχη* scriptum est, in Indice Anecd. Bekk. *μαρίχη*, apud Photium *σαβαρίχη* v. Meinek. T. II. 377. quod cum synonymo *σάραβος* facile conciliari potest admissa metathesi consonae mediae et extremae. In libello *περὶ ποσότητος* Cram. II. 302. additur *σιμίχη*, quod nescio an femininum sit proprii *Σίμιχος*. Aliud nobis largitur Hesychius *σμυλίχη τοῦ ζυγοῦ τὸ τρῆμα ἐν ᾧ ὁ ἱστοβοεὺς καθήρμοσται*, quod a *σμίλη* i. q. *γλυφή crena* derivatum esse suspicatus sum in Aglaoph. 839. Generis neutrius exemplum novimus unicum *τάριχος*, de quo dicere differo. Adjectiva, quae paragogorum nomen ad se vindicare possint, desideramus; nam *μείλιχος* terminationem a verbo mutuatur; *δολιχός* unde natum sit latet, *κονάριχος γλαφυρός* Hes. si quis ad *κοναρός εὐτραφής, πίων*, referat, non repugnem; nam surae vel cervices teretes *γλαφυραί* dici possunt et *εὐτραφεῖς*. Sed quod Theognostus p. 20, 25. Anecd. Bekk. 1382. inter nomina, quae a syllaba *θρυ* ordiuntur, affert *θρύψιχος φοβερός* et Hesychius *θρυψιχός τρυφερός*, suspicor mendose scriptum esse pro *θρυψίχρως τρυφερόχρως* Hes. Ex adverbiis huc pertinet *ὀψιχά ὀψέ Βυζάντιοι* Hes. quod propter significationem temporalem cum *ἡνίκα, τηνίκα* conferendum videtur, sed idem accentus causa (si quid fidei habeat) pro adjectivo plurali accipi potest.

§. 3. Rursus omicron et ypsilon conjuncte tractabo. Nam

illius exempla perpauca sunt et fortasse ne unum quidem quod sine ulla dubitatione paragogum dici possit. *Δρύοχος* enim et *ξύλοχος* composita esse communis persuasio est, cui reclamare nolo etsi significationem simplicium habent et similis paragogae speciem praebet gentilicium illud de quo Stephanus: *Τάοχοι — τούτους τινὲς Τάους καλοῦσι.* Ignota sunt *δάοχος* et *δαλίοχος*, quae Hesychius *μοιχός* interpretatur, *ἀστίοχος* telum incendiarium, *ἀγάλλοχον* arbor Indica etc. Proprium Thessali cujusdam nomen *Δάοχος* syntheton videtur ut *Ἄνοχος* Paus. VI. 14, 5. *Δηίοχος* Hom. *Δεξίοχος* Nonn. XXVIII. 56. (omiss. in Th.) etc. — De vocali $\overline{οι}$ securos nos reddit Theognostus p. 76. *τὰ εἰς ιχος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς οὐκ οἶδε τὴν οι*, eademque lege tenentur *τὰ διὰ τοῦ ιχη* p. 118. Neque $\overline{ου}$ cernitur in simplicibus nisi peregrinis *Δαδοῦχος* Persae nomen, *Καρδοῦχοι* gentis, *σάμψουχος* sive *σαμψοῦχος*. Sed hoc etiam *σάμψυχος* dicitur vocali producta, quae in vocabulis graecis brevis est. De his ille pauca delibavit p. 76. *ἥσυχος*, *βόρυχος*, *βόστρυχος*, *Μόρυχος*, quorum primum H. Stephanus ab adverbio *ἦκα* repetit probatione nulla nisi quod Suidas et EM. illud interpretando *ἥκαλος* subjiciunt. Secundum *βότρυχος* (sic enim emendat Meinek. Com. Fr. II. 355.) et tertium unde originem ceperint, docet EM. 205, 32. *παρὰ τὸν βότρυν βότρυχος καὶ βόστρυχος ὁ βοτρυείδης* adjectivo intellectu ut *bostrychi crines* Matern. Firm. Notissimum est helluonis attici idemque Liberi patris cognomen *Μόρυχος* a *μόρον*, ut ajunt, vel a *μορύσσω* v. Ruhnken. ad Tim. 183. sed Psalychidarum appellatio quid significet Pind. Isthm. VI. 92. non est traditum. Feminina nulla sunt nisi aut propria ut *Σιμύχα* et *Τιμύχα*,[4] aut verbalia ut *ἀλυχή* et *ἀμυχή*, quorum alterutrum restitui debet Arcad. p. 115. pro *ἀλωχή*. Haec autem vocalis, quam nomen urbis Phocicae *Ἔρωχος* continet, communia non intrat; nam *ἀγέρωχος* simplex sit an copulatum Buttmannus ipse sciri posse desperavit non timidissimus etymorum fugitivorum indagator. *Ἄσυχις* hominis barbari nomen est apud Herodotum.

---

4) *Τιμύχα* Pythagorea Jambl. V. P. c. 31. p. 189. (390.) c. 32, 214. (428.) c. 36, 217. (532.) sed h. l. codex Ciz. *Σιμύχα*.

CAP. IV.

§. 1. Nunc sermo in eum deductus est locum ut de mutationibus elementorum exponendum sit. Vocales ancipites, quae gutturalem praecedunt, plerumque breves sunt. Hipponax tamen Fr. 44. *φαρμακός* ter quaterque sic usurpavit ut mediam protenderet vel consonam geminando ut *πέλεκκον* et *ἰακχή*, vel productione vocalis, de qua Harpocratio s. h. v. disserit: *Δίδυμος προπερισπᾷν ἀξιοῖ τοὔνομα ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ εὑρίσκομεν.* Peregrina regulam detrectant; nam *δανάκης* alpha longum habet, sed *Φαρνάκης* Arist. Avv. 1025. breve ut *Δαδάκης* Aesch. Pers. 309. Otaces Valer. Flacc. VI. 120. hisque notius Arsaces, anceps *Φαρανδάκης* v. Interpr. ad Aesch. Pers. v. 31. *Ταῤῥάκων* Sil. Ital. III. 369. pronunciatur ut Arbacus III. 362. et *σαλάκων*, *Συρακώ* vero ut *τριακάς*. Iota variat vox *μυρίκη*, cui quod respondet in altero sermone *tamarix*, Lexicographi vocalem in declinatu corripere affirmant, quo auctore nescio sed credere non abnuo. Ceteris breve est nisi quando per insitionem increvit ut *σκάριφος* paullum modo distat a *κάρφος*, *τάριχος* a *τάρχος*, unde derivata *ταριχεύειν* et *ταρχύειν* tantum inter se differunt quantum latina *condire* et *condere*, *ταρχηρός* autem in Soph. Tript. IV. prorsus nihil differt a *ταριχηρός*, quod olim hic scribebatur. De latino *vesica* vix dijudicari potest utrum a *φύσκη* ortum sit an a *φύσιγξ*.[1] Nec desunt contraria exaeresis exempla. Alpha enim remiserunt *τάρχη* (*ταρχή*) *τάραξις* Hes. *ταργαίνειν ταράττειν*, *ἄταρχος ἀτάραχος*, eandemque literam sed in parte vocabuli priore exemerunt Graeci *θράσσω* dicentes pro *ταράσσω*. Similiter *μαλκός*, quod Hesychius affert pro *μαλακός*, alpha secundum amisit, *βλάξ* id est *μάλαξ* primum v. Parall. 95. quippe a diversa specie stirpis *μαλ* et *βλα* ut *ταρ* et *θρα*. Ab ellipsi et pleonasmo transeo ad metalepsin: *ἀλυκόν ἀττικῶς*, *ἁλικόν κοινῶς* Moer. *ἀστυκός* Demosth. 1274. Lys. 590, 9. Thuc. V. 20. ubi codd. minus probati *ἀστικός* praebent. Huic ypsilon quasi

---

1) Hesych. *ἐρίκεα φράγματα*, *ἐρίκεος φραγμοῦ* pro *ἕρκεα*, *ἕρκεος*. Supra *ἐραχάται* ejusdem interpretabar *εἴρκται*, *ἔραχος τὸ θράγμα* vel *φράγμα* pro *εἱργμός* fortasse.

hereditarium est sicut adjectivis *θηλυκός* et *πλατυκός*, sed pro hoc etiam *πλατικός* reperitur Hippocr. de Cord. T. I. 488. Schol. Thuc. III. 54. et apud Latinos *platicus*. Quod in EM. 160, 47. scriptum legimus *ἀσύφηλος ἐκ τοῦ ἀσίφηλος ὡς δίφρος δύφρος ἢ μούνυχος μούνιχος*, nomen proprium videtur non compositum ut Munychus sed simplex ut *Μόριχος* Anth. Plan. 190. pro *Μοίριχος* potius (a *μόρος*) quam pro *Μόρυχος*. *Συμβίκη* pro *σαμβύκη* Hes. librario imputandum ut *Θόρυκος* Thuc. VIII. 95. pro *Θορικός*. Jam ut ad consonam transeam, quae vocalem excipit, primum animadvertere libet illam vel interpositionis vel exemtionis speciem in *ὀλίος ὀλίγος*, *ὠρύομαι ὠρυγή*, *ἐρύω ἐρύκω*, quibus conferri possunt *σίαλος σιγαλόεις*, *τμάω* (*τέμνω*) *τμήγω*, *ἰών ἐγώ*. Frequentius autem fit ut consonae inter se pugnent atque contendant; *ἀττάραγος ἀττάρακος* et *ἀττάραχος*, sed praecipue tenuis et aspirata. Galenus de Facult. Alim. I. 27. p. 541. et 551. docet *ἄρακος* apud Aristophanem significare fructum cerealem, nunc vero *ἄραχον* silvestre quiddam nominari. *Σανδαράκη* non solum Herodotus scripsit sed Theophrastus quoque, *σανδαράχη* vero Alciphro I. 33. *Πύσσαχος* sine dubio idem significat et *πάσσακος*, quod Hesychius *πάσσαλος* interpretatur. Ornamenta quaedam muliebria *μαλάχια* vocantur et nonnunquam *μαλάκια* v. Fritzsch. ad Thesmoph. p. 611. Adjectivi hac antithesi affecti exemplum quaqua fide offert Orion p. 5, 7. *ἀτρεκές οἱ Δωριεῖς ἀτρεχές λέγουσι*, quod cum *τρέπω*, *στρέφω* aliquantulum similitudinis habet. Certum vero est Eustathii testimonium 941, 23. *ἐρείκη παραφθείροντες οἱ χυδαῖοι λέγουσιν ἐρείχην*. Quae mutatio saepissime subit antecedente iota. Graecum *μαστίχη* Romani modo iisdem literis scribunt, modo detracta aspiratione *mastice* et *masticare* pro *μαστιχᾶν*. Nomen pelvis a graeco *πέλλη* derivatum Graeci dupliciter scribunt *πελίκη* et *πελίχη* Poll. X. 77. Plura proponit EM. 582, 38. *ἀπὸ τοῦ μέλος μελικός καὶ τροπῇ καὶ ἀναβιβασμῷ μείλιχος ὡς ὀλυμπικός Ὀλύμπιχος καὶ πατρικός Πάτριχος*. Legitur sane aliquoties apud latinos scriptores proprium Milicus pro Milichus sed per incuriam v. Interpr. ad Sil. Ital. III. 104. idque non ut ille opinatur sed a *μειλίσσω* derivatum esse potentissima ad persuadendum ratio haec est quod in uberrimo adjectivorum

in *ικος* exeuntium proventu ne unum quidem hujus in aspiratam transitionis exemplum reperitur. Nam in illo Luciani loco in Ocyp. v. 78. *ὦ σωτὴρ καὶ σωτήριχε* paronomasiae causa proprium positum est pro epitheto ut *ἀμυνίας*. Neque magnum apud me pondus habet Salmasii sententia burdonum mannorumque nomen latinum *burricus* ex adjectivo *πύῤῥιχος* expressum esse; nam illius vocabuli usus minime antiquus et cum antiquo adjectivo convenientia parum evidens est.[2] Sed *αἱ ἐν τῇ Ἠπείρῳ καλούμεναι Πυῤῥίχαι βοῦς* Arist. H. Ann. VIII. 7. p. 595, 77. sine dubio ab eodem Pyrrho denominatae sunt, a quo L. III. 21. p. 522. *πρόβατα τὰ καλούμενα Πυῤῥικά* nomen habere dicit. Eaque enallage non rara in propriis: Hiericus apud Plinium et eodem modo apud Strabonem legitur pro *Ἱεριχοῦς* v. Tzschuck. ad L. XVI. 556. Galliae provinciam *ὁ Ἀρμόριχος* Zosim. VI. 5. Latini pluraliter Aremoricas appellant; Sotericus ap. Cicer. p. Balb. c. 25. et in Cod. Justin. c. 8. C. 5, 5. sed multo notius est *Σωτήριχος*. Ophiacorum scriptor *Πέτριχος* Schol. Nic. Th. 557. in Plinii libris modo sic modo Petricus nominatur; *Ζωτικός* Porphyr. V. Plot. VII. 164. omissus in Thes. ubi *Ζώτιχος* ex Inscrr. affertur; *Ἐλλέβιχος*, cujus Libanius, Gregorius Naz. et Chrysostomus meminerunt, in Zosim. V. 47. *Ἑλλέβιχος* vocatur, in cod. Theodos. c. 1. de calumniatt. 9, 39. Hellebicus vel ut in cod. Ritteri scriptum est Ellebicus. Pro *Ὀλυμπικός* Suid. s. *Ἀντίμαχος* Bernhardy *Ὀλύμπιχος* probat, pro *Δωρικός* Diod. XIV. 7. Dindorfius *Δώριχος*. *Ἑρμαϊκός* in Inscr. Boeot. n. 1593. Boeckhius in *Ἑρμάϊχος* vertit et pro *Πέλλικος* Thuc. I. 29. cujus accentus ipse a solito recedit, e multis codd. restitutum est *Πέλλιχος*, quod alibi *Πέλιχος* scribitur. Quae ab adjectivis orta sunt, tenuem plerumque retinent *Γραφικός*, *Βασιλικός*, *Τυχικός* Act. Apost. XX. 4. *Σωτικός* Corp. Inscr. T. I. n. 189. *Zoticus* frequens in Inscr. latinis, *Φιλιππικός* etc. v. Lehrs. Arist. 292. Parall. 49. aliis aspirata reddita est: *Πτόλιχος* Paus. VI. 10, 9. *Πόλιχος* Apollod. III. 8, 1. *Σωφρόνιχος* Inscr.

---

2) Unus ex cohorte Demetrii Poliorc. nomen habuit *Βούριχος*, macedonicum fortasse, sed quis spondeat? Alius quis *Βύριχος* vocatus est.

n. 2554. *Τυνδάριχος* Poll. VI. 75.[3] et cetera quae Gregorii interpretes et Boeckhius in Corp. Inscr. I. p. 725. contulerunt. Hisque copulata sunt feminina *Μητίχη* v. Bast. Epist. p. 158.[4] *Σιμίχη*, *Δεινίχη*, *Casperia Zotiche* in Gruteri Thes. 660, 7. etc. Sed *Μελιστίχη* Arist. Eccl. 46. mulieris Atticae nomen et *Βιλιστίχη* Argivae vel Macedonicae, quod cum *Φίλιστις* et *Φίλιστος* convenit, masculinis caret; *Ἑκάτη Ψαμμητίχη διὰ τὸ Ψαμμήτοις τιμᾶσθαι* Harp. quod si verum est (de quo equidem dubito) non aliter pronunciari debet quam *Σιμίχη* et cetera graeca; sed *Ἐρυσίχη*, *Μαρίχη*, *Σάριχα* neque ex etymo judicari possunt neque testimoniis poetarum; nominis ignoti *Tyrichae* duas priores syllabas corripuit Avienus in Ora marit. 498. non certissimus ille prosodiae auctor. Sic etiam vulgo *Ψαμμήτιχος* efferre solemus sponsore, quod equidem meminerim, nullo, sed contraria ratione *Ἀλάριχος*, Alaricus, idque praeeunte Claudiano, et ad hanc normam caetera *Ἰλδέριχος*, *Ἀθαλάριχος* Zosim. IV. 34. *Γεζέριχος* Proc. Vand. I. 8, 9. *Ἰνδέριχος* Const. Manass. Chron. 1332. nec moramur Corippum qui *Gaizirich* dactyli loco posuit et *Guntarich*, quod cum germanico vocabulo *reich* compositum habetur. Sed *Θεοδώριχος* sive *Θευδέριχος* Graecos non aliter extulisse puto quam graecanica *Θυώνιχος*, *Οἰώνιχος*, *Λεόντιχος*, *Ἀγροίκιχος* et cetera a simplicibus conjunctisve derivata hisque similia in *ικος* oxytonon exeuntia. Ad significationem quod attinet, *Ὀλύμπιχος* nihil differt ab *Ολυμπικός* et *Ὀλύμπιος*, idemque valent *Μυστικός* Inscr. 189. et *Μυστιχίδης* n. 151.

§. 2. Nunc de liquidis agendum, quae gutturalem adminiculantur. Hic primum in viam incurrit *νεοχμός*, cujus primitivum fingi nullum potest nisi *νεοχός* simile illis quae C. III.

---

3) Praetermisi multa quae derivata esse non constat, *Ψαμμήτιχος*, pro quo interdum *Ψαμμήτικος* (ut *Πέλλικος* l. c.) scriptum est v. Tzschuck. ad Strab. XIII. 538. *Δεκάμνιχος*, cujus nulla brevior forma extat nisi in similibus *Δίμνος*, *Ἑκάτομνος*.

4) Quae Bergkius scripsit in Comm. de Com. Reliqq. p. 12. *veri simillimum est nomen Μητίοχος, quae est primaria forma, in vulgari sermone ita fuisse pronuntiatum ut litera ŏ eliderctur quasi nomen esset Μητίχος*, probari posset si hujus exaeresis exemplum attulisset.

§. 3. proposui tanquam ambigua et disputabilia. Schneiderus illud a *νεώσσω νεώξω* arcessendum putat, sed hujusmodi verba (*ἀλεώσσω, καρδιώσσω, λιμώσσω, τυφλώσσω*) propagandis nominibus inhabilia sunt; neque conveniunt vocales. Certiora hujus paremptosis exempla suppeditat litera *νῦ*. Primum Athenaeus XI. 495. C. Boeotos tradit calicem vocare *πελίχναν*, cujus nominis alias species *πελίκη* et *πελίχη* supra attigi, aliam Hesychius servavit *πελάχνην τρυβλίον ἐκπέταλον*, ubi *πεδάχνην* corrigunt, quia alibi *πέδαχνον* affertur et *πέταχνον, πάτακνον, πέτακνον*, quae omnia sunt vasorum escariorum et potoriorum vocabula distincta fortasse pro differentia usus et figurae sed ab uno fonte verbi *πετάννυμι*, unde *πατάνη, βατάνιον, πετάνιον* et *Πένταχος τὸν τάλαρον Βοιωτοί*. In vicinia hujus generis vagantur quae Grammatici nostri deminutivorum in numerum aggregant auctore Schol. Arist. Plut. 546. et Eqq. 789. *ὑποκοριστικῶς λέγεται ἡ πιθάκνη κατὰ τὸ πολίχνη*, quod cum proprio *Πόλιχος* seu *Πτόλιχος* conferri potest si *Πόλις, Πόλλις* et *πόλις* communes radices habent. Verum hypocorismus in neutro Aristophanis loco patescit sed magis ex Galen. Gloss. 510. *κυλιχνίς ἡ ἰατρικὴ πιθάκνη*. Hujus scriptura stabilis est sed *κυλίχνη λέγεται καὶ κυλίκνη κατὰ τροπήν* EM. 544, 38. latine *culigna*. His accedunt *σπυρίχνιον* et *κολλύχνιον καρύου λέπισμα* Hes. cui cognatum *culiola cortices nucum dicta a similitudine culeorum* Fest. hoc est a graeco *κολεός*, in quo gutturalis vestigium nullum, neque ea cum nomine *πίθος* quidquam commercii habet; nam quod in Plut. V. Camill. c. XX. pro eo in cod. Vulcob. scriptum est *πιθηκός*, vix in computationem venit hoc praesertim accentu; neque Plinius nos ad credendum adducit Pithecusae non a simiarum multitudine sed a figlinis doliariorum nomen inditum esse. Inter utramque gutturalem nutat vox ignotae prosapiae *δορύκνιον* — *γράφεται καὶ δορύχνιον* EM. Jam ad adjectiva decurram iisdem literis finita: *μυσαχνός μεμολυσμένος* Hes. quod apud Suid. barytonon est contra Arcadii praeceptum *τὰ εἰς νος ἁπλᾶ ἔχοντα πρὸ τοῦ ν̄ ἓν τῶν ἀντιστοίχων ὀξύνεται ἐπιθετικὰ ὄντα*. Illud gutturalem a verbo *μυσάξομαι* accepit, sed *Μόλυχνον δεισαλέον* nulli hujusmodi primitivo innititur, nisi ex eo, quod post *μωλύεται* positum est, *Μολύκρον* (hoc accentu)

μεμολυσμένον suspicari licet haec conjuncta esse cum *μώλυξ*, *μωλύς*, *μωλυρός*[5] id est hebes, mollis. Tertium est *Πελλαιχνόν πυῤῥόν*, ubi ordo *πέλλαχ—* poscit, fortasse a *πελλός* fuscus. Consonarum autem vicissitudo par in eo, quod primo loco posuimus; nam non solum *μυσαχνός* dicitur sed etiam *μυσαχρός ὁ μυσαρός* — *μυσχρός καὶ ἀμυσχρός* EM. Hes. Alia in litera rho sibi constant; ab *ἰαίνω* derivatum *ἰαχρόν*, quod non opus est *ἰαχνόν* scribi ut Hemsterhusius suasit; a *μιαίνω μιαχρόν καθαρόν*, quod necessario vertendum in contrarium *ἀκάθαρτον* vel *οὐ καθαρόν*. Ab his differt *βδελυχρός* eo quod gutturalis a verbo *βδελύσσομαι* anticipata, illis vero insiticia et superficiaria est sic ut a *πένομαι πενιχρός*, a *μέλι μελιχρός*, quod idem est ac *μείλιχος* sed magis de rebus dicitur ad percipiendum suavibus quam de personis. Et ut de tenui quoque dicam, una invaluerunt *ἀλυκός καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ̄ ἀλυκρός* EM. 29, 44. Sed a stirpe longe diversa, cui *ἀλέα* et *θάλπω* adhaerent, nata sunt *ἀλυκρός καὶ θαλυκρός χωρὶς τοῦ θ̄ καὶ μετὰ τοῦ θ̄* EM. assumta vocali quae in *θαλύπτω* auditur et simul consona, quae in synonymo *θαλύσσω φλογίζω* cernitur, unde compositum est *ἀκροθάλυπτα ἀκρόκαυστα* et quod Hesychio pro *ὠμοθάλεκτα* restitui debet *ὠμοθάλυπτα ὠμά* id est *κρέα ἡμίοπτα*, vel ut Heliodorus loquitur, *πρὸς ὀλίγον μεμωλυσμένα*. Sic et *μύλακροι ὀδόντες* Hes. non proxime cum *μύλος*, *μύλη* cohaeret sed quasi per internodium *μύλαξ*. Et inter *δίψα* et *διψακερός* intercedit *διψακός*, sed *νοσακερός* fundamento caret, et *φαλακρός* nulla affinia habet nisi pure terminata *φαλιός φαληρός* v. Parall. 42.

---

5) Schneiderus ipsa verba *μολύνω* et *μωλύω* re unum sonare censet, sed in Aristotelis locis (Meteor. IV. 3. p. 331. a.) Bekkerus idemtidem pro *μόλυνσις* edidit *μώλυσις* et *μεμωλυσμένον* pro *μεμολ.* idemque Heliodoro restituendum est; frigendo autem emolliuntur carnes, quare *μωλύειν τὸ ἐκλύειν καὶ διέλκειν καὶ μαραίνειν· καὶ μωλύον κρέας τὸ ἠρέμα διαχεόμενον.* Phryn. App. 52. qui pro *μωλύον* scripsisse videtur *μωλυρόν* vel *μωλυκρόν,* quod nos dicimus **mürbe.**

DISSERTATIO OCTAVA.

DE

NOMINIBUS QUORUM CHARACTER EST DENTALIS.

CAP. I.

D e d e l t a.

§. 1. Vocabula sonorum, quibus in proxima et in superiore disputatione primum assignavi locum, etiam huic sermoni apte praeponi possunt: *ἄραδος* concussio quod ab *ἄραβος* non longe discrepat v. Coraes ad Heliod. 170. ac Foesio judice ab eodem principio *ἀράσσω* ductum est; *κέλαδος* copulatum verbis *κέλομαι* et *κελαρύζω*,[1] *χρόμαδος ὠνοματοπεποιημένον* Sch. Il. XXIII. 688. a *χρόμος* vel *χρόμη*, haec autem a *χρέμω χρεμέθω*. Ab adjectivo *ὁμός ὅμαδος*, quod Boissonadius ad Zachar. p. 445. e codd. oxytonon reddidit contra Arcadii regulam *τὰ εἰς δος ὑπερδισύλλαβα βραχείᾳ παραληγόμενα προπαροξύνεται.* Ex uno Hesychio innotuit *ἔραδος παρὰ τὸ ἐρίζειν, παίδων νῖκος, συνδρομή, λοιδορία.* *Ὀρυγμαδός* Arcad. 48, 15. et aliis locis vitiose scriptum pro *ὀρυμαγδός*, cujus significatio prioribus par est sed conformatio exlex. Sejunctum a soni significatione *Κάναδοι σιαγόνες γνάθοι* Hes. quod Albertius dubitat an corruptum sit, propria *Λέβαδος* et *Κίναδος*, si is est casus rectus genitivi *Κινάδου* Paus. III. 22, 8. *Ἄραδος* insula Avien. Descr. 685. et gentilicium *Monadi* Plin. III. 6. cujus tamen mensura non constat. Adjectiva nulla sunt in hoc numero; nam *Σύῤῥαδος μικτός εἰκαῖος* Hes. Critici non praeter rem in *συῤῥάδιος* mutant, a *σύρα* ductum v. Aglaoph. 520.[2] *Ἔμβαδον* quod solum (aream) et solium signi-

---

1) Pro *κέλωρ φωνή* Hes. analogiae convenientius fuerit *κελώρη* (ut *θαλπωρή, ἐλπωρή*) et pro *κελωρύειν κεκραγέναι — κελωρύσας βοήσας* potius *κελωρεῖν — κελωρήσας*, ut ab *αἰώρα αἰωρεῖν*.

2) *Ναχαδόν σαθρόν· ὁμοίως καὶ ναχηλές τὸ αὐτὸ σημαίνει* Hes. certe in una litera (delta) mendosum est; significatur enim *νωχελής*, cujus fortasse alia fuit scriptura *νηχαλής*.

ficat, antiquis scriptoribus ignotum pro *ἐμβατόν* accipiendum videtur v. Parall. 149. Similiter area Circi *πέλμα* dicitur id est solea v. Du Cang. et solea *ἐμβάτης* vel *ἐμβάς*, unde Theopompus comicus Anytum *ἐμβάδαν εἶπε παρὰ τὰς ἐμβάδας ὡς σκυτέα* Fragm. Vol. II. P. II. 813. qua terminatione Graeci in appellationibus rerum adeo raro usi sunt ut non plus uno exemplum proferre possim *σαγάδην θύλακον, ἄλλοι δὲ σάκταν λέγουσι* Hes. sed frequenter homines ita denominantur a moribus quibus notabiles sunt *πιναρός καὶ πινάδης ὁ ῥυπαρός* EM. 672, 39. *κυνάδης* id est *ἀνελεύθερος* Hes. *ἀλωπεκάδης, ἁλιάδης, συῤῥαπτάδης* et cetera v. ad Ajac. 391. quibus similia finxit Graecorum posteriorum consuetudo vocabula opificum, *ῥαφτάδες, ποιητάδες, μαθημάδες, ξυλονάδες, βελονάδες* v. Du Cang. T. I. p. XIX. Eadem vero species proprie attributa est tribus generibus, quae arcto inter se conjuncta continentur vinculo, uni patronymico, quod est omnium fundamentum, *Ἱπποτάδης*, secundo gentilicio *Παροπαμισάδαι, Ἰλιάδαι* v. ad Buttm. Gramm. p. 43. tertio andronymico *Εὐρυάδης παρὰ τὸ εὐρύς τύπῳ πατρωνυμικῷ* EM. *Ἀργάδης* Ionis filius Herod. V. 66. *Ἀρχάδης* Dem. c. Lacr. 929, 24. *Ἀκεστάδης* Paus. I. 35, 2. *Φιλωτάδης* Aesch. c. Tim. p. 16. *Χαιρητάδης* et *Χαρινάδης* Aristoph. quae sunt Atheniensium nomina, sed et Doriensium *Αἰολάδας* et *Ἀλκινάδας* Spartani Thuc. IV. 92. V. 24. (omissa in Thes.) *Σακάδας, Λακεστάδης* Paus. II. 6, 4. et *Ὀθρυάδης*[3] Argivi, *Κρατάδας* Thebanus Xenoph. *Ἀθηνάδης* Trachinius Herod. VII. 213. *Ὀρεστάδας* Metapontinus Jambl. V. P. XXXVI. 267. etc. eodemque modo terminata peregrina *Δημοσάδης, Δηριάδης, Παρισάδης* v. Tzschuck. ad Strab. VII. 394. Maetzner. ad Dinarch. p. 21. Femininum, quale est *Lebade*, in appellativis non reperimus. Ex secunda declinatione huc pertinet *τηθελλαδοῦς*, quod Herodianus *π. Μον.* p. 21. cum *υἱιδοῦς, θυγατριδοῦς* consociat v. ad Phryn. 299. Ex tertia primum neutra: *κίναδος* cujus origo nescitur, *σπέραδος* i. q. *σπέρμα* Nic. Th. 649. *χέραδος* cujus extat forma brevior *χεράς*, tum ma-

---

3) In codd. Suidae *Ὀθρυάδας. Ἀγελάδας* non ab *Ἄγελος* declinatum sed compositum esse ostendit longitudo penultimae, cui iota detractum est etiam a Latinis *Ageladas* Colum. Cult. Hort. v. 30. cf. Parall. 229.

sculina *Κινάδων* Laco, *σκιαδεύς* piscis qui et *σκίαινα* vocatur et latine umbra v. Coraes ad Xenocr. p. 98. a *στοῖχος* ut Grammaticus Cram. T. IV. 320. *Ζεὺς Στοιχαδεύς* a Sicyoniis consecratus *διότι κατὰ φύλας ἑαυτοὺς ἔταξαν καὶ ἠρίθμησαν.* A nominibus in *ας* gentiliciis *Ἐχιναδεύς, Θυνιαδεύς, Ἀρκαδεύς, Τρωαδεύς* a Stephano memorata ut a *Χαλκίς Χαλκιδεύς, Καρίς Καριδεύς, Πίσις Πισιδεύς.* Tertio feminina: *μάγαδις* instrumentum musicum varie scriptum *μαγάς, μαγάδης, μαγάδη,* nec unius fortasse figurae, cujus inventorem Magdin ferunt; *μαγάς* vero dicitur ponticulus lyrae v. Hemsterh. ad Lucian. D. D. VII. §. 4. et Larcher. ad Herod. T. III. 580. a *βεμβράς βεμβραδών*, ab ignoto etymo *τετράδων* avis nomen scripturae ambiguae, *καρκάδων Χάροντος δάνειον, οὐχ ὡς ἔνιοι βοτάνης ὄνομα* Suid. quod Hemsterhusius comice fictum putat ut *κίκκαβος* et *ψωθίον* in Pherecratis Crapatallis; hodie *κάρκαδον* dicitur fungus ellychnii. Sed certissima et numerosissima paragogae exempla manant ab adverbiis, non illis, dico, quae in Parall. 153. perstrinxi *ἀμφαδόν, παραφθαδόν* etc. nam haec alpha verbi habent, sed loquor de nominalibus *μετωπαδόν, ἐπωμαδόν, σποράδην, προτροπάδην* et ceteris, quae nota sunt. Parique ratione discernimus adjectiva prout a primordiis vel solum alpha receperunt vel alpha et delta, vel neutrum. Primi generis sunt *ἁμάδιος ἅμα τῷ προςελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἅμα παράγωγον διὰ τοῦ διος καὶ πολὺς ὁ χαρακτὴρ* EM. 75, 22. quod si quis ab *ὁμαδόν* vel *ὁμαδίς*[4] extitisse mavult, habemus alia in subsidiis locata: *μίνυνθα καὶ παραγωγῇ μινυνθάδιος* EM. 588, 15. *διχθάδιος, μιγδάθιος,*[5] *ἐνθάδιος.* Secundi generis *κατωμάδιος ἀπὸ τοῦ κατωμαδόν ὡς ἀμφαδόν ἀμφάδιος, ἐκταδόν ἐκτάδιος* Theogn. p. 58. Etym. Gud. 308, 15. cf. Parall. 156. *καταλοφάδια ὡς κατωμάδια* Hes. licet *καταλοφαδόν* indictum sit ut et *ὑπωαδόν* unde *ὑπωάδιος.* His

4) *Τὰ διὰ τοῦ αδις τρισύλλαβα βαρύνεται φυγάδις, οἰκάδις. Σεσημείωται τὸ ὁμαδίς* EM. 806, 8. Glossae Graecobarb. Du Cang. *Ἀντάμα ὁμαδόν, ἁμαδίν.*

5) Pro *μιχθάδιος* Herodian. *π. Μον.* p. 18. scribendum est *διχθάδιος,* quod neglexi monere in Parall. 77. nam a *μίγδα* debebat *μιγδάθιος* duci.

proxima sunt quae a nominibus in $\overline{\alpha\varsigma}$ originem trahunt *βοσκάδιος* Nic. *ἠθάδιος* Oppian. *χερμάδιος* et *χερμάδιον* substantivum, *συγκοιτάδιος σύγκοιτος* Hes. a *συγκοιτάς*, pro quo afferri potest *ἐγκοιτάς*, et propria *ἀπὸ τοῦ εἰκάς Εἰκάδιος* EM. *ἐξεικάδιοι οἱ ἔξω τῆς εἰκάδος* Hes. Pentadius v. Meyer ad Anth. Lat. n. 72. *Ἑλλάδιος, Παλλάδιος*[6] et a *γεννάδας Γεννάδιος*. Sed diversum his genus est ab adjectivis in $\overline{o\varsigma}$ exeuntibus ductum ut *κρυπτάδιος* et *θνητάδιος*, quorum illud auctorem certissimum habet Homerum, alterum semel legitur Herod. l. c. et fieri potest ut pro *ἠθάδιος* obrepserit; *ὀρθάδιος* Passowius refert nescio unde acceptum; *Ὠμάδιος* Liberi patris epitheton alibi attigi; pro *μουσάδιος* in Parall. 77. *Μυσάδιος* id est Mysus proposui quia a nominibus primae declinationis femininis nullum ejusmodi adjectivum proficisci videmus; nam *μολπάδιος*, quo Ahrensius nititur de dial. Aeol. p. 157. nomen proprium esse colligo ex similibus *Μόλπις* Athen. IV. 156. D. *Μολπίων* Paus. VI. 4, 8. Molpeus Ovid. Met. V. 163. et ex feminino *Μολπαδία* Diod. V. 62. *Μοιράδιος* si quando deprehenditur pro *μοιρίδιος*, dubito an ex mendo natum sit; *Ὀσσάδιος* gentis nomen est Arrian. Alex. VI. 15, 3. nescio an Herodiano restituendum pro *ὑσσάδιος*, nisi accolae Hyssi, quem idem nominat in Peripl. Eux. p. 115. (p. 9.) dicti sunt *Ὑσσάδιοι*. A nominibus, quibus *Εἰκάδιος, Παλλάδιος* etc. subnata sunt, notum est etiam neutra duci *παλλάδιον, πεντάδιον, ὀγδοάδιον, ἐμβάδιον, λιβάδιον, χερμάδιον, παραφυάδιον, κατιάδιον.*[7] Neque lineas transiliunt quae in Etym. Gud. conjunguntur *χειμάδια ὁ τόπος οὗ δεῖ χειμάσαι, χειμαδία δὲ ἡ ὥρα*, quippe

---

6) Ad Il. I. 264. *Καινέα τ' Ἐξάδιόν τε* Schol. adnotat apud Hesiodum *Ξάδιος* legi omisso per aphaeresin epsilo, quod si scribatur aspirandum esse; nam excepta praepositione *ἐξ* hanc vocalem aspirari sequente *ξι* — *χωρὶς εἰ μὴ λέγοι τις διὰ τὴν ἰδιότητα τὸ πνεῦμα μεταπεπτωκέναι.* Utrumcunque optaveris, de etymo pariter laborabitur; nam *ἑξάς* vox novitia est et huic similia *τριάς, τετράς, πεντάς* Homero aeque incognita.

7) In Poll. IV. 181. *ἐργαλεῖα ἰατρῶν — ὀδοντάγρα, εὐείδιον· καὶ μηλῶσαι τὸ τὴν μήλην καθεῖναι,* pro *εὐείδιον* vel ut in codd. scriptum est *εὔδιον*, requiritur *κατιάδιον* sive *καθιάδιον*, a *καθεῖναι καθιάς* ut *ἐμβῆναι ἐμβάς ἐμβάδιον.*

antecedente nomine *χειμάς* et verbo *χειμαδεύω*. Anaboladium Isidor. XIX. 25. *ἐκτομάδια εἶδος ἀκοντίου* Hes. si primitiva habent similia congeneribus *ἐκβολάς*, *ἐμβολάς*, *ἀποτομάς ἀκόντιον* Hes. eodem quo superiora illa loco censenda sunt. Sed latino isti propius est *ἀναβόλαιον*, eamque terminationem huc inflecti testantur Grammatici: *οὐραῖον οὐράδιον*, *κεφάλαιον κεφαλάδιον*, *σπήλαιον σπηλάδιον* EM. p. 172, 26. p. 240, 2. quorum primum legitur in Geopp. XX. 27. *τὰ οὐράδια τῶν ἰχθύων* nihil diversum ab *οὐραῖα* ut et *κοπάδιον* dicitur pro *κόπαιον* a scriptoribus ejusdem sectae, cui etiam *κεφαλάδιον* vel ut Eustathius scribit *προςκεφαλάδιον* adjudicandum videtur et *τυχάδιον* quod idem adjicit 1552, 31. nullo adhuc testimonio probata. *Σπηλάδιον* vero et quod EM. omisit *ἐλάδιον* quum in reliquiis comoediae novae reperiantur, dubito an ab hoc paragogico genere, quod Graeciae deflorescenti assignavi, separari et deminutivis adnumerari oporteat ut *γράδιον*. Hinc ad illa transeam, quibus neque terminatio deminutiva $\overline{\iota\delta\iota o\nu}$ attexta, neque primitivum in $\overline{\alpha\varsigma}$ exiens praetextum est; primum a neutris in *ᾰ* ducta: *σήματος ὑποκοριστικὸν κοινότερόν ἐστι σημάτιον· σημάδιον δὲ ἀκολουθεῖ μὲν τῇ ἀναλογίᾳ τοῦ χειμάδιον, δοκεῖ δὲ ἰδιωτικώτερον* Eust. 1675, 4. quod confirmant exempla Du Cangii; nec melioris notae sunt *γαμμάδιον* et *συρμάδιον*, quibus Salmasius utitur ad Vopisc. Aurel. XLV. 543. T. II. et *ἀλφάδιον* *norma* a similitudine literae, quod idem *ἀλφάριον* dicitur. Tum ab aliis terminationibus *κρόκη τὸ ἰδιωτικῶς λεγόμενον ὑφάδιον* Schol. Eur. Hec. 463. ab *ὕφος* vel *ὑφή*. Ab *ὄσφη* (*ὄσφρησις*) *ὀσφράδιον* Theodor. Hyrt. p. 23. in Anecd. Boisson. T. III. proseuche *προσευχάδιον* Du Cang. *κόρη κοράδιον* v. ad Phryn. 74. *ἐρυθρός ἐρυθράδιον* rubia,[8] *σειρά σειράδιον* Eust. 1923, 54. nisi est ab antiquo *σειράς*, cui similia principia *γεῤῥάς* et *δειράς* habuisse videntur *γεῤῥάδιον τὸ στρωτηρίδιον* Hes. et *δεῤῥάδιον* quod Pollux a *δέρμα* ortum dicit.[9] Quae vero neque hac ratione explicari neque novitate

8) Ab adjectivo *γλυκός*, quo nunc Graeci utuntur et *Γλύκκα ἡ γλυκίτης*, *Γλυκκόν γλυκύ* Hes. derivatum videtur *γλυκάδιον* et propria *Γλύκας*, *Γλυκάδιος*, ipsaque verba *γλυκαίνω* et *γλυκάζω* aliam ostendunt originem quam *ὀξίζω*, *ὀξύνω*, *βαρύνω*, *βραδύνω* etc.

9) *Γέῤῥον* fortasse idem est quod *δέρμα*, nam *γέῤῥα* praecipue di-

auctorum excusari possunt, ob alias causas suspectantur: *βαθράδιον* Poll. X. 47. in codd. praetermissum, *πιλάδιον* in loco obscuro X. 158. *ψηττάδιον* in Anaxandridis comici versu T. III. 172. cui *ψηττάριον* substitui; nam syllaba brevi opus est, quae in deminutivis producitur ob hyphesin vocalis iota; Aristophaneum illud *κρεκάδι' αὐλῆς* adhuc intellectum nemini sed alpha breve esse apparet. In Plat. Legg. XII. 955. B. *ἐάν τις κλεμμάδιον ὁτιοῦν ὑποδέχηται* Glossographi neutrum adjectivi accipiunt, cui nihil simile reperi praeter *λησμαδία αἰχμάλωτος* Hes.[10] nam *ἀμοιβάδιος* et cetera id genus quae ad Phryn. 555. attuli, ad adverbia in *αδον* exeuntia referuntur; et ab iisdem fontibus derivata sunt *κρυφάδεια, διχάδεια* etc. v. Parall. 134.[11]

§. 2. Diphthongis *αι* et *αυ* Graeci in paragogis usi non sunt; *κίναιδος*, cujus primam syllabam poetae latini corripiunt, qua ratione contextum sit, ignoramus; qui motacillae nomen *κιναιδίον* indiderunt, verbum *κινεῖν* in animo habuisse videntur. Quae epsilon in penultima habent, urbium propria sunt *Λέβεδος καὶ Κάπεδος κύρια πόλεων* Theogn. 58. quorum alterum ignoro; *Τένεδος* a Tenne denominata ut fabulantur Steph. Schol. Lyc. 232. *Σέβεδα λιμὴν Λυκίας* Steph. *κράσπεδον* ex *ἄκρος* et *πέδον* copulatum ferunt oppresso alpha quasi *ἀκροπέζιον*. Nomina tertiae declinationis *ληθεδών, μελεδών* etc. attuli ad Buttm. 407. quibus consentaneum *Φαγεδών* non novimus nisi productum *φαγέδαινα*, *οὐνέδων* Galenus de Alim. Facult. II. 38, 619. T. VI. italicum dicit, Pliniusque ridicule compositum facit quod plures *uno die edi* non possint. Neque *ἀρπεδών* et adjectivum *ἀρπεδής* ad certum redigi possunt. Diphthongi *ει* et *ευ* deficiunt, excepto plurali *τὰ θνησείδια*. Nam deminutiva *ἐχείδιον, λεξείδιον* etc. ex contractione orta ut *κρεάδιον*. Vocalis eta exemplum nullum praeter propria

---

cuntur scuta et tentoria sive tabernacula, quas Romani *pelles* vocant, *congerrones* contubernales.

10) *Πρημαδίη εἶδος ἐλαίας* Schol. Nic. Al. 87. non apertius fit comparatione nominum quibus thunni significantur, *πρημάδες* et *πρημαδία*.

11) Homericum *καταλοφάδια φέρων* natura adjectivum est ut *ὑπασπίδια προποδίζων* sed ab adverbio ductum et intellectu adverbiale.

quae Arcadius affert diversa immiscens p. 48. *τὰ εἰς δος φύσει μακρᾷ παραληγόμενα κύρια προπαροξύνεται, Ἄοιδος, Ἔνοιδος, Εἴηδος· τὸ ἀοιδός ἐπίθετον· τὸ δὲ κίναιδος προπαροξύνεται τῷ λόγῳ τῆς συνθέσεως.* Horum primum in *Ἄβυδος* mutandum esse apparet ex Epimerista Cram. I. 56.[12] secundum eodem auctore in *Ὄροιδος ποταμὸς (βασιλεύς) οὗ μέμνηται Θουκυδίδης*, pro tertio *Εἴηδος* nihil animo occurrit praeter *Ἴσσηδος* i. q. *Ἰσσηδών*, quod apud Tzetzam oxytonon est contra regulam illam item ut *Μιμνηδός πόλις* Steph. Omissa sunt *Ναβόνηδος* regum Babyloniorum ultimus Joseph. c. Apion. I. 20. et oxytonon *ὀπηδός* sive *ὀπαδός παρὰ τὸ ἕπω, ὀπάζω* EM. 627, 10. Feminina primae declinationis, quale est *Σεγήδη* sive *Σεγίδη* urbis Ibericae nomen v. Schweighaues. ad Appian. Hisp. c. 44. nulla inveniuntur. De nominibus in *ηδων* dictum est ad Aj. p. 404. et ad Buttm. 407. *Μηλιήδης* et alia quae veteres in simplicibus referunt EM. 577, 30. rectius nunc composita existimantur, in Gaz. Ecphr. II. 162. *καναχηδέος ἀνθερεῶνος*, pro quo prius *καναχήδεος* vulgabatur (omiss. in Th.) dubito an *καναχώδεος* scribendum sit. Nomina fluviorum urbiumque *Αὔφιδος, Ἄλγιδος, Νάγιδος* Strab. Steph. *Λυχνιδός πόλις Ἰλλυρίας ἀρσενικῶς λεγομένη* Steph. *ἡ Ἀχριδός* Thraciae urbs Georg. Acropol. Annal. c. 43. p. 39. D. c. 54. p. 58. C. Hynnidos Cariae Plin. V. 29. speciminis loco affero, nam alia desunt. Sic et feminina *Ὀσμίδα* urbs Cretae Scyl. p. 18. Huds. *Ἀμίδα* Zosim. III. 34. pro quo *Ἀμίδη* Procop. Pers. I. 21, 62. C. Quae in *ιδης* exeunt aut patronymica sunt aut his assimilata propria *Θρακίδας, Πανίδης,*[13] *Πεῤῥίδαι*, et epitheta *ἀλωπεκίδης, λυκίδης* v. ad Aj. p. 389. et de nominibus in *ιδων* ad Buttm. 407. Sed uberrima paragogorum seges pullulat in adjectivis. Horum autem alia ab adverbiis ducuntur: *ὃν τρόπον τῷ ὄπισθεν τὸ ὀπισθίδιος παράκειται, ἔμπροσθεν*

12) Hic pro *κάταιδος* ex Arc. reponendum *κίναιδος*.

13) Rex Euboeae in Procl. V. Hesiod. p. XLI. ed. Goettl. quem Hermannus Opusc. T. VI. 151. *Πανείδην* vocatum esse putat. *Πανίτης* Messenius Herod. VI. 52. et *Παντίτης* VII. 232. quod syntheton esse potest. Mirum est nomen urbis Creticae Scylac. p. 19. *Πᾶν*, quod nescio an *Πᾶνος* fuerit.

ἐμπροσθίδιος, μαψίδιος, ἀΐδιος (pro ἀείδιος) οὕτω ῥέα ῥηίδιος Apollon. de Adv. p. 567. quorum nonnullis praejacent adjectiva ὀπίσθιος, πρόσθιος, tam simili inter se significatione ut discerni non possint, nec video qua ratione Jacobsius ad Philostr. p. 644. τὰ ἐντοσθίδια magis probet quam ἐντόσθια. Alia a substantivis vel primae declinationis μοιρίδιος Soph. νυμφίδιος Eur. vel secundae τυμβίδιος Orph. ὑπνίδιος Anth. a neutro ζῶον seu ζώιον ζωίδιος κύκλος Arat. 543. pro quo Vossius et Buttmannus ζωιδίων genitivum scribi volunt illud analogiae expers rati, falso quidem ut ex ceteris patet; vel tertiae κυπρίδιος Anth. ληίδιος Opp. μητρίδιος Aristoph. et gentilicia Αὐλίδιος, Βουλίδιος, Δαυλίδιος, Ψωφίδιος cum proprio Ἐλπίδιος. Alia ab adjectivis ὄρθριος ὀρθρίδιος, φώριος φωρίδιος, γενέθλιος γενεθλίδιος, quae omnia in Anth. leguntur et a primitivis suis non magis distincta sunt quam quibus ante usus sum προςθίδιος etc. Nec solum a simplicibus sed parasyntheta quoque ἀποδειπνίδιος, ἐπιπορπίδιος, ἐπικαρπίδιος, παριστίδιος, παραπλευρίδιος, aliaque ad Phryn. 557. allata, quorum primitiva pleraque extant; quae non extant sine ullo periculo erroris fingi possunt. Est vero quaedam in his differentia; composita enim etiam oratorum usibus apta sunt ἐπιθαλασσίδιος Thuc. ἐντειχίδιος Lucian. etc. v. ad Phryn. 556. simplicia autem poetis propiora esse docent subscriptae exemplis auctoritates, exceptis tamen, ut natura fert, gentilicis. Μοιχίδιος ὁ ἐκ τοῦ μοιχοῦ γεγενημένος Antiatticista Bekk. p. 109. ab Hecataeo et Hyperide dictum affert, quod ipsum est insolentiae cujusdam indicium; λαθρίδιος non locupletiorem Polluce habet auctorem; de μεσίδιος mox dicam; αἰφνίδιος, quo Thucydides et multi inferiorum usi sunt, ab adverbio derivatum est. Errat igitur Tzetzes ad Hes. Opp. 132. παῦρος καὶ παραγωγῇ ὑποκοριστικῇ ἀττικῇ παυρίδιος, qui quantum de atticismo fallitur, tantum abest ut hypocorismi fidem faciat. Sed multo graviore difficultate hanc quaestionem implicat Herodiani sermo obscurissimus EM. 783, 20. ὑποπτέρων ὀνείρων Διονύσιος ὁ Σίδιος πρῶτον ταύτῃ τῇ ἐπιβολῇ ἐχρήσατο ᾧπερ ἐχρήσαντο οἱ γραμματικοὶ ὡς τύμβος τυμβίδιος, παῦρος παυρίδιος, σχίδιος, πτέρον πτερίδιος. Ἐχρῆν οὖν εἰπεῖν καὶ ὑποπτεριδίων ὑπὲρ τῶν ὑποπετεριδίων. Sylburgius

nihil aliud quam pro voce postrema proponit *ὑποπετριδίων*, quod cum adjuncto nomine *ὀνείρων* consistere nequit, Sidoniumque illum putat unum fuisse veterum scriptorum, eumque primum *hac specie* usum esse; sic enim in Ind. nomen *ἐπιβολή* interpretatur. Sed hujus significationis auctoritas memoriam meam fugit, neque dici poterat Dionysium, quicunque is fuit, primum hujus vel typi vel paragogae exemplum edidisse, nam *κουρίδιος* et *παυρίδιος* apud Homerum leguntur. Nunc mihi quid videatur expromam, non quo sperem me rem in clara luce collocaturum esse sed magis ut alios ad certamen eliciam. Sententia igitur sic est: Dionysium — Syracusanum fortasse qui multa in verborum usu novavit — hac adjectione usum esse primum, ejusque auctoritate niti Grammaticos, et tanquam similia apponere *παυρίδιος*, *τυμβίδιος*, *μοιχίδιος*,[14] id autem refellere Herodianum hujusmodi fere verbis *οἷς γὰρ χρῶνται γραμματικοὶ ὡς ὁμοίοις, τυμβίδιος κ. τ. λ. διαφέρει ἀπὸ μακρᾶς ἀρχόμενα. Ἐχρῆν οὖν ὑποπτέρων ἢ ὑποπτερύγων.* Etenim quae attulimus adjectiva omnia syllabam a fine quartam longam habent; si secus est, aut librarius peccavit aut consuetudo de via deflexit. *Ἀνεμίδιος* et *ἀκαρίδιος* jam dudum e medio cesserunt; *νυκτερίδια πνεύματα* Theophr. Caus. II. 6, 1. quamvis optimis codd. firmatum, recte tamen Heinsius sustulit substituto *νυκτέρινα*, quod et paullo ante legitur et sermoni, ut supra ostendimus, multo est convenientius; *ἀργαλίδιος* aliquoties in charta Borghiana legitur, *ὑπαγκαλίδιος* apud Constant. Manass. in Comp. Chron. v. 1445. quorum nulla in hoc judicio auctoritas. Gravius testimonium praebet Aristoteles Polit. V. 6. p. 1306, 28. *ἐγχειρίζουσι τὴν φυλακὴν ἄρχοντι μεσιδίῳ — ὅπερ συνέβη ἐν Λαρίσσῃ*, et Nicom. V. 7. p. 1132, 33. *ζητοῦσι δικαστὴν μέσον καὶ καλοῦσί τινες μεσιδίους*, sed hoc loco libri nonnulli *μεσιδίκους* et *μεσοδίκην* praebent et utrinque elucet vocem e dialecto quadam

---

14) Hoc substitui pro *σχίδιος*. Propius erat *μοσχίδιος*, sed a Schneidero fictum est contra regulam. Quae Sylburgius proponit *σχίδος σχίδιος*, inaudita sunt. *Μοιχίδιος* illud restituendum est in EM. 380, 35. pro *μαλίδιος*, idemque Arcadio 39, 19. pro *μεμφίδιος*, quod Schneiderus in Auctar. Lex. tacite in *μεμφίδιος* transfigurat.

peregrina, Thessalica si forte vel Macedonica repetitam esse, quae fortasse sigma duplicavit ut Hesychius *Μεσσίδιος μέσος ἴσος*. *Τριχῶν ἐπιβλεφαριδίων* Synes. Encom. Calv. p. 70. D. *οἶνος σταφίδιος* Hippocr. de Morb. III. 321. T. II. si vel maxime sincere scripta sunt,[15] tamen regulae non obrogant quippe ducta a nominibus per ιδος declinatis. Jam de neutris *παραγναθίδιον* Schol. Il. IV. 142. *προςγναθίδιον*, *παραστιχίδιον* etc. ne opus quidem est admonere, quantum a *πτερίδιος* et *ὑποπτερίδιος* distent, quod a Dionysio usurpatum, ab Herodiano reprehensum suspicabar. Quam conjecturam si quis inventis certioribus ablegaverit ad *ὑποπτέρους ὀνείρους*, remittam *laetus libens*.

§. 3. Quae vocalem ŏ obtinent, pauca sunt nec paragoga, *σκόροδον* quod cum *κρόμμυον* cognatum videtur, *ἁρμόδιος* verbale, et peregrina *Μερμόδας* fluvius Strab. XI. 504. *Ὀβόδης* Nabataeus Steph. etc. Et quae diphthongos *Ὄροιδος* v. §. 2. *ἀοιδή*, *Κεφαλοίδιον*, andronymicum *Πανθοίδης* Diog. V. 68. ex contractione ortum ut *Περιθοῖδαι*, et composita *χελυνοίδης* etc. v. ad Buttm. 450. *Ἔνουδος* Alcaei filius Paus. *Περιμούδη* urbs Indiae Aelian. H. An. XV. 8. *Θαμουδᾶ* (sic) Arabiae Steph. *Αἰβοῦδαι νῆσοι* Steph. *σίσγουδον* silphii genus Tzetz. Chil. VII. 187. quod perispomenon affert Du Cangius, postremo adjectivum ambiguae fictionis *θεουδής* v. ad Buttm. 449. sq. — Ypsilon *κόρυδος* avis galerita a *κόρυς*, et *σημύδα* arboris nomen semel lectum ignotaeque originis, tum ethnica *Μάγυδος* urbs Pamphyliae v. Eckhel. Doctr. III. 12. *Καλαμύδη* Cretae Anon. Stadiasm. p. 496. ed. Gail. (omiss. in Th.) *Σαταγύδαι* Herod. III. 91. hoc brevi, quantum ex accentu cognoscitur, penultima ut *Ἀμυδών* Macedoniae urbs Juvenal. III. 69. *Καλυδών* et proprium *Κορύδων*, *Κορυδεύς*. Sed deminutivis *ἀφύδιον*, *βοτρύδιον*, *δικτύδιον*, *δορύδιον*, *ἐγχελύδιον*, *ἰχθύδιον*, *κροκύδιον* etc. notum est antepenultimam longam esse ex contractione ut *κρίδιον*. In ωδος exeuntia Grammaticus de Quant. II. 308. nulla affert nisi composita ut *μελωδός*, quae

15) Ap. Synesium Krabingerus e codd. compluribus reposuit *ἐπιβλεφαρίδων*. In Hippocratis loco Mackius c. XVI. p. 265. nihil novi ex libris enotavit, sed alibi *οἶνος σταφιδίτης* dicitur.

causam nostram non magis attingunt quam *Emodus* mons Plin. V. 27. a Graecis neutraliter appellatus *Ἠμωδόν* vel *Ἠμωδὰ ὄρη*. Hermodus architecti nomen Vitruv. III. 2, 5. nunc Hermodorus scriptum est; genitivus *Καμανδώδου* Hippon. Fr. 29. p. 58. (omiss. in Thes.) quo locus significatur, utrius generis sit in incerto sed secundae declinationi adscribendum esse ostendit accentus, quem protoclita in penultima habent *Παρσώδης* Persa Diod. II. 33. *Ὀρώδης* Parthus Dio Cass. XXXIX. 56. et Trojanus Virg. Aen. X. 732. et a graeca stirpe *Ἡρώδης*, cui nonnulli iota subscripserunt ut patronymico *Μινῴδης* EM. 165, 42. Sed Nebrodes montis Siculi nomen Sil. Ital. XIV. 236. *τὰ Νεβρώδη ὄρη* Strab. VI. 274. adjectivum est tertiae declinationis ut *Πλαταμώδης* (*ἄκρα*) Strab. VIII. 348. quod injuste a Coraeo sollicitari documento sunt similia *Ὀστεώδης* insula Diod. V. 11. *Κορακώδης λιμήν* (Sardiniae) Ptolem. *Κομαρώδης* promontorium, *Κυπαρώδης* sinus. De adjectivis hujus generis dictum est alio loco ad Buttm. 450. Verbo tenus attingo *Χαλκώδων*, *Θερμώδων* et verbum *ὀῤῥωδεῖν*, de quo nihil adhuc prolatum est assensu dignum.

CAP. II.

D e z e t a.

Nomina, quorum penultima finitur alpha, peregrina sunt vel hominum *Ἀρτάβαζος, Φαρνάβαζος, Τηρίβαζος, Οἰόβαζος*, vel urbium *Ἄραζος, Βύμαζος*, unum appellativum *τόπαζος*. Item feminina *Βαρύγαζα, Γάργαζα* etc. sed et appellativum domi natum *χάλαζα παρὰ τὸ χαλῶ* EM. quod mihi non tam certum videtur quam Lexicographis nostris, nec magis persuadent *ἀλαζών* ab *ἄλη* derivatum esse, sed nihil rationis dici potest quin *σαβάζιος* repetatur a *Σάβος*, cui Coraes ad Strab. 222. confert novitium *ζαβός* id est *παράφρων*. Urbi macedonicae *Μίεζα* terminatio communis est cum graeco *ἄρπεζα* sive *ἄρπεζος*, sed hoc ipsum utrum simplex sit ab *ἄρπιξ ἄκανθα* an copulatum ut *ἑρκόπεζα*, non perspectum habemus. Tertiae vocalis exempla praebent *Ψώιζος ἄφοδος ὑγρά* Hes. et quod idem valere videtur *ψῶζα νόσος τις, κνησμὸς μετὰ δυσωδίας* Suid. sed apud Photium *ψῶζα* legitur, in EM. *ψῶα καὶ ψῶζα*,

omisso iota quod probat Meinekius in Com. Fr. P. I. 506. Similis causa est adjectivi *πρωιζός* et *πρῳζός* sive *πρωζός* v. Goettling. de Acc. 306. quod a praepositione derivatum est cum ectasi vocalis ut *πρώϊμος*, *πρωπέρυσι*, sed non magis inolevit quam quod ei pro exemplo fuit *χθιζός*. Peculiariter vero exterarum urbium nominibus haec terminatio attributa est *Σήμιζος* Armeniae Ptolem.[1] *Τυρόδιζα* Thraciae Herod. VII. 25. *Βάδιζα* non Britanniae ut in Thes. dicitur sed Bruttiorum v. Schweighaues. ad Polyb. XIII. 10. *Τίριζα* Paphlagoniae Steph. *πόλις Θεσσαλίας Βωδών ἡ νῦν Βόνδιτζα* Schol. Il. XVI. 233. pro quo *Βόντιζα* scriptum est in Schol. Eur. Phoenn. 981. Hanc ad similitudinem lingua in senium vergens finxit appellativa: *Κόρις — τὸ δὲ κόριζα ἰδιωτικόν* Thom. ex *κορίσκη* ortum v. Coraes Prodrom. Bibl. 344. quae terminatio postea in deminutivorum possessionem cessit, a *μάνα* mater *μανίτζα* matercula, *βρυσίτζα* fonticulus, *λιγδίτζα* mortariolum, *νυμφίτζα* felis sive mustela, quae ab Italis similiter dónnola, donnoletta vocatur, a *βέργα* virgo *βεργίτζα* etc. Quorum semina nescio an in dialectis Graeciae veteris vulgaribus delitescant. Hinc est fortasse quod Athenaeus inter servorum nomina glossematica affert *βολίτζη* pro *δούλη* delta in beta mutato ut *Βελφός*. Et Plinius XXIV. 16, 97. *myrrhis quam alii myrizan* (smyrrhizam) *vocant.* Deminutivis illis aetas barbara adaequavit adjectiva *λαφρούτζικος* levenna, *νεούτζικος* juvenculus, *καλούτζικος* pulchellus, *γλυκούτζικος*, *ὀλιγούτζικος*. Tertia declinatio nihil confert praeter obsoletum *ὀλίζων* et propria quaedam *Ὀλιζών*, *Τίριζις ἄκρα* Strab. VII. 319. Aeque singulare est *ἄοζος*, cujus etymon ignotum, species apparet in *Λόκοζος* sive *Λάκοζος* urbis Phrygiae nomine. Plura vero ypsilo distincta sunt, nec solum propria et exotica, *Κρόβυζοι* gens Thraciae, *Μεγάβυζος* et *Λάβυζος* eunuchi Ctesiae Phot. p. 55. ubi Bekkerus *Λάβυξος* edidit, *Ἀράβυζα* et *Βόρυζα* urbes Asianae, *Δακίβυζα* (omiss. in Th.) Georg. Acrop. Annal. c. 37. p. 32. B. sed etiam appellativa numero plura quam in ceteris vocalibus et in usu magis inveterata, *κράβυζος* con-

---

1) Thraciae mons *Μήριζος* vel *Μηρισός* v. Bernhardy ad Suid. s. *Καταΐξ*.

chylium incertum cujus generis, *λάβυζος* aroma persicum, *μώλυζα σκορόδου κεφαλὴ βωλοειδὴς καὶ μὴ διαλελυμένη εἰς ἄγλιθας*, Erotian. qui nomen hoc ad *βῶλος* referre videtur sed Galenus addit nonnullos pro moly accipere. Huic conjunctissimum est *μάνυζα σκόροδον μονοκέφαλον* Hes. *Ὄρυζα* in Graecia hospitatur, nec indigeni simile *ὄβρυζα* obrussa, quod Salmasius a *βρύειν* sive *βρύζειν*, *ἀναβλύζειν*, *spumare* repetit Plinn. 760. D. Menag. in Orig. Gall. s. *Brûler*, sed *κόνυζα* a *κνύζω* ortum habere videtur v. Parall. 406. *Κόρυζα πάθος περὶ κεφαλήν* Lexicographi ad *κόρση* referunt. *Λακέρυζα* epitheton canis et cornicis a verbo *λακεῖν* occulto quodam tramite deductum opinor.[2] De composito *ἄφυζος* et *ἄφυζα* disserui in Parall. 464. Diphthongi et monophthongi in hoc genere vocabulorum nullae inveniuntur, quodque Theognostus p. 100. de femininis dicit *τὰ εἰς $\overline{α}$ ὑπερδισύλλαβα ἔχοντα προ τοῦ $\overline{α}$ διπλοῦν οὐκ οἶδε τὴν $\overline{οι}$ οὐδὲ τὸ $\overline{η}$ καὶ $\overline{ω}$, ἀλλὰ μόνον τὸ $\overline{ι}$ καὶ υ, Δούριζα λίμνη, Τυρόδιζα πόλις*, valet in universum, exceptis nominibus barbaris ut *Ὀροίζης* Appian. Mithr. c. CIII. urbiumque exterarum vocabulis ut *Θελαμοῦζα* Arabiae Steph. et diverso accentu *Κάττουζα* Thraciae Steph. *Πέπουζα* Phrygiae Pepuzianorum haeresi nobilitata. Sed *τοῶζος* Arcad. 48.[3] remedio eget, quod dies est allatura.

CAP. III.

D e   t h e t a.

§. 1. Exempla primae declinationis pleraque continentur regula tonica Cram. I. 445. *τὰ εἰς $\overline{αθος}$ μονογενῆ προπαροξύ-*

---

2) Quod Satyrus *θεός λακέρυζος* dicitur Anth. IX. 317. loquacem interpretantur, sed parum convenit et quae in codd. scripta sunt *λακόρυζος* et *λακόπυγος* alio tendunt. *Λακέρυζα* cum *λακερός εἰκαῖος* et *λακερολογία* conferri potest.

3) Ex quatuor quae affert *ἴζος, ῥοῖζος, ταῖζος, τοῶζος*, primum in *ὄζος* mutandum ex Cram. I. 443. tertium in *Ταίζος*, quod apud Stephanum oxytonon est ut *Λαζός* et alia gentilicia v. Goettling. de Acc. 218. Pro ultimo cod. Havn. *τρῶζος* praebet, a quo *τόπαζος* et cetera, quorum memoriam praesentem habeo, distant longius.

νεται Σκίαθος, κίαθος (κύαθος) κάλαθος, Κράπαθος, ψίαθος. Ἀντιπίπτει τὸ ὁρμαθός, nimirum ob longam primam ut γυργαθός, quod Arcadius addit, neque ille praetermisit, censeo, sed librarii. Allatorum unum manifesta praebet paragogae vestigia ὁρμαθός ab ὅρμος, hoc ab εἴρω ut series et servia v. Aglaoph. 643. eoque credibilius fit a ψάμμος processisse ψάμαθος et ex hoc ἄμμος et ἄμαθος. Grammatici quidem contrarium contendunt, ἀμάω ἄμμος et ἄμαθος, hinc demum ψάμαθος factum esse, quia ab hoc derivata sunt ἀμαθύνω et ἠμαθόεις, ab altero nullum Herodian. EM. 817, 41. Cram. I. 444. sed aptius thema videtur ψάω, unde latina sabulum sabulo saburra, duplici in sigma extenuata ut ψώχω σώχω, postremo funditus avulsa non sine quodam significationis emolumento: ἄμαθος ἡ ἐν πεδίῳ κόνις, ψάμαθος δὲ ἡ περὶ θάλασσαν Sch. Od. II. 326. cf. Lehrs. Arist. 128. Huic adnexum γύργαθος id est qualus vimineus et cavea craticia, ἐν ᾗ τοὺς μανιώδεις στροβοῦσι Suid. a γῦρος derivatum esse suspicor interposito gamma, quemadmodum simile girgillus (alabrum) Isidorus recte a gyrando dictum putat. Barytonorum primo Σκίαθος apposita sunt Σκιάς χώρα Ἀρκαδίας καὶ Σκιά πολίχνιον Εὐβοίας Steph. et piscis nomen σκιαθίς. Secundum κύαθος primitivo caret sed stirps haud obscure elucet ex aliis κύαρ, κύτος, κύστις, κύλιξ, quibus omnibus subjecta est significatio cavi et convexi. Κάλαθος cum latinis qualus quasillus colum contendi, quae a calamis, unde texuntur, nomen accepisse rebar. Κράπαθος Grammatici pro nativo habuisse videntur, Κάρπαθος pro affecto, quia non affecti accentus foret alius. Arcadius addit λάπαθος. Hoc enim pro λέκυθος substituendum ex Cram. I. 55, 14. Glossographi et Scholiastae verbum λαπάσσειν et ἀλαπάζειν certatim illustrant collatione nominum λάπαθος τὸ κοίλωμα, ἀλάπαθα Ἀττικοὶ τὰ κενώματα, λάπαθος ἢ ἀλάπαθος βοτάνη κενωτική, λαπάρα ὁ κενεών, sed in extricanda stirpe parum proficiunt. Ψίαθος ne tentatum quidem est. Ab utroque illorum praetermissum σπύραθος seu πύραθος v. Piers. ad Moer. 311. et quae sunt synonyma σφυράς sive σπυράς, σπύρδανον, πορθυγγίς (σπατίλη) σπορθύγγιον ovilli et caprini stercoris baccas et pillulas, ut Latini dicunt, significant; quo probabile fit nomen a σφαῖρα et σπεῖρα ductum

esse.[1] Substantivum feminini generis unum superest *πλαθάνη*. Nam pro *λακάθη* apud Theophrastum nunc *λακάρη* legitur arboris nomen. Illi autem explicando nescio quid accommodatius sit quam verbum *πλάττειν*, unde *πλαθάνη* ortum est literis fere iisdem sed alio intellectu; verbi autem et nominis crebra sunt commercia: *εἰς πλαθάνης τρόπον πλάττειν* Athen. X. 500. C. *παλάθη est massa pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes compingunt* Hieronym. quibus Wesselingius illustrat *παντοδαπὰ πλάσματα* Diod. XVII. 67. Unum est generis neutrius *μάραθον* sive *μάραθρον*, quod hodie *μάλαθρον* dicitur v. Coraes ad Heliod. p. 218. et jam Schol. Theocr. VII. 63. *ἄνηθον τὸ μάλαθρον*, idque magis ex vero, ut videtur; nam anethum poeta ipse XV. 119. *μαλακόν* cognominat. Unum denique adjectivum *ἀγαθός*, quod veteres ab *ἄγαμαι* repetunt assentiente Buttmanno Lex. I. 48. Id mihi incertum, *ἀγαθίς* plane insolubile videtur. Haec autem omnia penultimam brevem habent, ut *Μάραθος* et *Μιτραγάθης* Aesch. Pers. 40. longam vero *Οὐιρίαθος* v. Interpp. ad Sil. III. 355. et fortasse alia barbarorum nomina *Ὀδέναθος* v. Casaub. ad Trebell. Trig. c. XV. *Ἀριαράθης* Lucian. Macrob. §. 13. Diod. Fr. L. XXXI. 22. Urbs Galilaeae *Φάραθος* et *Ἄραθος* insula sinus Persici Ptolem. in dubio relinquenda. His finitima sunt quae Grammaticus Cram. II. 318. edisserit *τὰ παρὰ τὸ αιθος* (sine accentu) *διὰ τοῦ αι γράφεται γάλαιθος, κύμαιθος, ὀλίγαιθος*. Pro primo substitui potest *Σάλαιθος* Lacedaemonius Thucyd. pro secundo *Κύναιθος* ex Apollodoro notus; *Ὀλίγαιθος* a Pindaro celebratur; fluvii nomen modo per iota scribitur, modo *Σύμαιθος* ypsilo nunc producto nunc correpto v. Boeckh. ad Inscr. Nav. p. 82. Theognostus p. 59. addit *Τενέαιθος ποταμός* mendose scriptum pro *Νέαιθος*, quod poetae *Ναύαιθος* et *Νήαιθος* appellant ex *ναῦς* et *αἴθω* conflatum putantes. Hoc nonnullis virorum nominibus convenit: *Δίαιθος, Φίλαιθος* in Marm. Noint. *Ὄναιθος* Paus. V. 28, 4. sed non omnibus minimeque gentiliciis

---

1) Omisi incerta Hesychii *Ὀρκάθους ἐφ' ὧν τὰ σῦκα ψύχουσι* (accentu contra regulam posito) *Ψίναθος αἴξ, Γαβαθόν τρυβλίον, Γααθόν ἧσσον* etc.

Κέλαιθοι ἔθνος Θεσπρωτικόν Steph. *Περαιθεῖς ἀπὸ Περαίθου* Paus. VIII. 3, 4. et femininis urbium vocabulis *Κύναιθα, Κύπαιθα, Σύμαιθα,* quae apud Strabonem et Stephanum proparoxytona sunt, paroxytona vero feminarum *Κομαίθα, Κυναίθα, Σιμαίθα* Aristoph. *Κισσαίθα* capra Theocr. (non mulier ut in Th.) paragoga fortasse a *Κίσσος, Σῖμος* ut *Σιμίχη.* Oxytonon autem nullum nisi vitio scripturae ut *Δαμαιθός* Car Steph. s. *Σύρνα* (omiss. in Th.) Appellativum unum est *ἥμαιθον* nummi nomen inexplicabile. Tertiae declinationis sunt *Κιναίθων* sive *Κυναιθών* v. Siebel. ad Paus. II. 18, 5. et mulierum nomina *Σαβαιθίς* Anth. VI. 354. *Τιμαιθώ* VII. 463.[2] Diphthongus *αυ* non se sistit nobis.

§. 2. Cum *σπύραθος* Pollux V. 91. confert *σπέλεθος*, quod attice dicitur *πέλεθος* ut *πύραθος* et compositum *ὑςπέλεθος.* Fuit etiam forma brevior, quam Hesychius a tenebris oblivionis vindicavit, *Πελλία σπέλεθοι,* fortasse a similitudine pilae; atque haud scio an aegilops sive avena fatua *σιτόσπελος* dicta sit tanquam vitium hordei triticive. *Βερέσχεθοι* nec unde sit tenemus nec quid significet; sed *μέγεθος* paragogae signa clare prae se fert. Diphthongum *ει* consuetudo graeca respuit, sed *ευ* concessit tribus *κέλευθος, ἄρκευθος* et neutri *ἔρευθος,* quorum primum antiqui nostri a *κέλλω* deflexum putant, secundum averruncam interpretantur ab *ἀρκεῖν* scilicet; tertio diphthongus stirpitus insita est. Eta propriorum regionem non excedit: *Κάνηθος* pater Canthi, *Σεσάρηθος* Taulantiorum urbs, insulaeque *Πεπάρηθος* et *Κικύνηθος* ejusdem fortasse stirpis ut *Κῦνος* urbs, *Κίκυννα* et *Κικυννεῖς* demus; feminina positione Caretha insula Plin. V. 35. et *Ὑρνηθώ.* Appellativum unum ignotae originis *ἄνηθον.* Nam *βοηθός* compositum esse creditur. — *Τὰ διὰ τοῦ ιθος ἁπλᾶ διὰ τοῦ ῑ γράφεται λέπιθος, λέκιθος, ἔριθος, θωνέκιθος, Πεπάριθος, Ἄριθος, Κάνιθος, Σέβιθος ὄνομα ποταμοῦ, ὀλόκιθος, Λάπιθος* Theogn. 58. nec minus vitiorum obsidet Arcadium: *τὰ εἰς θος παραληγόμενα τῷ ῑ ἢ ῡ καὶ φύσει μακρᾷ προπαροξύνεται, λάπιθος, λέκυθος, ἔριθος, μύκυθος, ἄκυθος ἡ μὴ τίκτουσα.* Quod apud

2) *Λάκων ὁ Καλαίθιδος* Theocr. V, 15. Scholiastes, qui *υἱὸν ἢ δοῦλον* interpretatur, viri nomen putasse videtur, eodemque fert accentus.

illum primum est, *λέπιθος*, apud hunc rectius *Λάπιθος* scribitur; hunc enim nominativum habere videtur genitivus *Λαπίθου* (montis) Paus. V. 5, 5. minus tutum est *σάπιθος θυσία* Hes. quo nomine idem *σαμίθη* interpretatur. Secundum *λέκιθος* sive vitellum significat *τὸν κρόκον τοῦ ᾠοῦ*, sive *ὄσπριον κροκοειδὲς ὅπερ ἀρσενικῶς λέγεται ὁ λέκιθος* Eust. 1572, 55. sine dubio ab eadem stirpe est quam Hesychius indicat *λέκιθον τὸ τοῦ ᾠοῦ λεπίδιον* et Schol. Arist. Plut. 427. *λέκιθος τὸ ξανθὸν τοῦ ᾠοῦ διὰ τὸ λέπει κεύθεσθαι*, quo non aberrasset si meminisset affinium *λέκας λεκάνη, λέπος λεπίς*. Tertium erat *ἔριθος κυρίως ὁ ἐριουργός, καταχρηστικῶς δὲ ὁ μισθοῦ ἐργαζόμενος* Schol. Il. XVIII. 550. illud ab *ἔριον*, hoc ab *ἔρα* scilicet EM. 373, 39. Aliquanto melius Philoxenus *ἀπὸ τοῦ ἐρέθω* p. 370, 37. Sed thema videtur *ἔρω ἔρδω ἐργάζομαι*, unde *ἔρις* contentio, *ἐρέσσω* agito *ἐρεθίζω*, *ἔριθος ὁ ἐργάτης*, et fortasse *γέργιθες* Milesiorum opifices, cerdones, gerdii. Scaliger vero ad Varr. p. 143. etiam *εἴρερος* et eritudo sive servitudo confert sed ab alio principio *εἴρω* sero, *ἔριθον* quasi *nexum* interpretans. Adeo nobis Etymologis gloriari licet quod Sirenibus

ἴσμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὅμοια

nec tamen haec sedulitas eo nos provehit ut iota longi, quo *ἔριθος* a *λέκιθος* differt, rationem reddere possimus. Quae deinceps Theognostus enumerat, vitiata sunt omnia, gravissime *θωνέκιθος*, cujus sanandi spem deposui, cetera iotacismi contagione affecta, *Πεπάρηθος, Κάνηθος, Ἄρηθος* sumtum fortasse ex Paus. VIII. 4, 7. ubi nunc *Ἀρηίθοος* legitur, vel scribendum *Ὄρηθος* Siciliae fluvius prope Panhormum Vib. Seq. Postremo *Σέβηθος* Campaniae rivus v. Interpr. ad Aen. VII. 734. et *Λάπηθος* urbs Cypri v. Engel *Kypros* p. 79. Sed quod his interjectum est *ὀλόκιθος*, nisi ille compositum *ὀλόλιθος* vel *μονολέκιθος* infersit, quadrare nescio. *Ἄλκιθος* (omiss. in Th.) Polyb. XXVIII. 10, 9. compositum putatur ut *Πείριθος* et *αἴγιθος* avis nomen ex *αἴξ* et *θῶ τὸ θηλάζω* EM. ut *αἰγιθήλας*, quo nomine Antigonus eandem significari credidit vituperatus ob id a Schneidero ad Aristot. T. IV. p. 111. simplex sed affectum *τρέμιθος ὁ λεγόμερος τερέβινθος* Schol.

Nic. Th. 844. Haec iota breve habent; longum vero *ἔριθος*, *Βέβλιθος* Bacchi commilito Nonn. *μέρμιθος* et *μερμίθη* v. Parall. 167. Feminina sunt *Λαπίθη* urbs Lapitharum, *καπίθη* mensura, cui similia *καπέτις* (hoc accentu) *κάμασσις μέτρον τι* Hes. *capis* quod Priscianus graecum esse censet, et *capedo;* quaeque idem refert *Σαμίθη ῥόφημά τι* et *ἄμιθα ἔδεσμα ποιὸν καὶ ἄρτυμα*, *Ἀμίθιος* (post *ἀμιθρεῖν*) *μυλῶν*, ubi *ἄμυλον* scribendum, quod veteres Latini amulum et similam dixerunt ut Germanorum nonnulli *Ammelmehl* id est *Kraftmehl*, deterior aetas amidonum v. Du Cang. quod cum graecis *σαμίθη* et *ἀμίθα* sive *ἄμιθον* convenit, neque longe hinc sejunctum est *ἄμης*. Adjectiva nulla reperiuntur nisi composita *εὔκριθος*, *διλέκιθος* etc. nam *κάκιθος* sive *κακιθός*, quod magistri Byzantii *κάκιστον* interpretantur, gravior auctor Arcadius tanquam oxytonum macroparalectum cum *βοηθός* componit. Prima positione caret adverbium *ἤλιθα παρὰ τὸ ἅλις* Schol. Od. IX. 330. qui homericum usum sequutus est; complures *μάτην* interpretantur ducti fortasse similitudine adjectivorum *ἠλεός* et *ἠλίθιος*. Aliarum terminationum memoria nulla; nam pro *τὸν μαριθάν* Arist. Mir. XLI. 833, 25. nunc *μαριέα* editum est, nomen lapidis quem ille cum *σμαρίλη* comparat.

§. 3. Quod Ephorus Cumaeus in enarranda Graecorum historia saepe facere coactus est, quum populares suos neque silentio praeterire vellet neque ob rem insigniter gestam memoriae prodere posset, ut hoc ipsum enarratis aliorum gestis subjiceret tanquam versum intercalarem, Cumaeos per hoc tempus nihil egisse, idem mihi quoque de quibusdam terminationibus dicendum est. Sic et omicron ob nihil aliud commemoro quam ne oblitus esse videar. Nam *ἄῤῥοθος* sive *τάῤῥοθος* undecunque ortum, certe non paragogum est; *ἀκόλουθος*, quod Grammatici *ὁμοκέλευθος* interpretantur, connexum videtur verbo *κολεῖν*, *ἐλθεῖν* Hes. cujus usitatior est forma *μολεῖν*. Arabiae portus *Χαρμόθας* Strab. XVI. 777. sive *Χαρμουθάς* (sic) Diod. III. 43. *Μένουθις* urbs Aegypti [3] et cetera barbara. Sed latius se diffudit ypsilon, cujus tria exempla

3) Arcad. p. 30, 5. *τὸ ταμίθις καὶ μενοῦθις καὶ τερενούθις βαρύνεται*, scr. *Ταμίαθις* ex Anecd. Bekk. 1192. *Μένουθις* et *Θέρμουθις*.

afferuntur a Theogn. 58. EM. 55. duo conjuncta ἄκυθος ἡ ἡμίονος παρὰ τὸ μὴ κύειν et μαμμάκυθος, unum simplex Μίκυθος viri nomen non incelebre v. Siebelis ad Paus. V. 24. p. 273. a μικκός productum fortasse praeeunte adjectivo μίκυθος, cujus imaginem refert vox paragoga μικύθινος i. q. μικρός Hes. hinc deinceps Μικυθίων Appian. Syr. c. XII. et Σμικυθίων in Com. Fr. II. 266. ὡς Ἥφαιστος Ἡφαιστίων, οὕτω γοργός Γόργυθος Γοργυθίων EM. 238, 48. quod herois Trojani nomen Meinekio Hist. Com. 327. asianum videtur potius quam graecum. Κόρυθος et proprium est et appellativum: κόρυθος εἶς τῶν τροχίλων Hes. cui cognatum κορύθων ἀλεκτρυών et κόρυδος sive κορυδών, quibus omnibus aves cristatae et galeritae significantur facile ut appareat a κόρυς derivata esse. Alterum ψίμυθος peregrini simile, certe graecae originis expers est. Tertium λήκυθος ἡ λάγυνος καὶ τὸ μεταξὺ τοῦ λαυκανίου καὶ τοῦ αὐχένος ἠχῶδες Schol. Plat. p. 334. paragogum sine dubio vel a λέκος vel, quod praestat, a ληκεῖν unde κομπολακεῖν et κομπολακύθης. Idem est oppidi nomen vicini Toronae Thuc. IV. 113. quam Theognostus Ληκύθην appellare videtur in canone omnes vocales complexo: τὰ εἰς θη σπάνια πάνυ καὶ πρὸς κανονικὴν συναρμογὴν ἀκατάλληλα, Ληκύθη ἡ πόλις, τὴν ἄρχουσαν ἔχον διὰ τοῦ η̄ καὶ τὴν μετ' αὐτὴν διὰ τοῦ υ ψιλοῦ, Λυκέθη κύριον τὴν μὲν ἄρχουσαν ἔχον διὰ τοῦ ῡ ψιλοῦ, κακιθή ὀξύτονον τῷ ῑ παραληγόμενον. Ὅθεν ταῦτα ἱστορίᾳ φέρειν παραχωροῦμεν. Quorum alterum non puto sine mendo esse nec orationem integram sed deesse quod priori exemplo adjectum est de penultima, hoc fere aut quid item: Λεκίθη κύριον τὴν μὲν ἄρχουσαν ἔχον διὰ τοῦ ε̄ ψιλοῦ, τὴν δὲ παρατέλευτον διὰ τοῦ ῑ, etsi nominis proprii testem producere non possum. Σαμύθα mulieris nomen Anth. VI. 275. ab illo praetermissum, fortasse quia doricum; ὕσκυθα ὑὸς ἀφόδευμα Hes. accentus ostendit plurale esse, ac ne simplex quidem videtur sed compositum cum σκάς (σπάτος) v. Parall. 80. cui quae Pollux V. 91. adjungit σπατίλη, πέλεθος, ὑσπέλεθος, μυσκέλενδρος latinaque *sucerda, mucerda,* ea et significatione congruunt et communes habent consonas essentiales σκ et σπ liquidamque suffixam. Adjectivum nullum reperio, nisi quod in Leonidae epigrammate Anth. V. 355. de matre quae ima-

ginem filioli deae dedicat *ἁ μάτηρ ζωὸν τὸν Μίκυθον*, lector antiquus, qui adscripsit *τί ἐστι μίκυθος*, dubitasse videtur propriumne sit an commune. Quod Hesychius affert *Ψαινύθιος ψευδές μάταιον εὐτελές οἰκτρόν*, in Choerobosci Orthogr. p. 280. aliter scriptum est *ψαινάθιος αι δίφθογγος τὸ ψευδές*, et fieri potest ut neutrum sincerum sit sed *ψαιννυθάδιος*, nam ut a *μίννυθα μιννυθάδιος*, item a *ψαίννυθα*, quo Lycophro utitur v. 1420. *ψαίννυθα θεσπίζειν*, duci potuit *ψαιννυθάδιος*. His lucem afferunt glossae circumjectae *Ψαινύντες ψωμίζοντες*, *Ψαίνυον ἀχρεῖον*, *Ψαίνυσμα ὀλίγον*, quibus omnibus subjecta est minuti significatio, stirpitus a primitivo *ψάω* *frio* tracta, unde transfertur ad id quod frivolum vanum falsum est. A *ψάω* igitur, unde *ψήχω*, *ψώχω*, *ψωμός* frustum, *ψωμίζω*, processit *ψαίνυμι* ut a *δάω δαίνυμι*, et *Ψαινύσσω ῥιπίζω*, quo verbo idem Hesychius utitur ad interpretandum *ψαίρω*. Consonam vero, qua *ψαίννυθα*, *μίννυθα* et *ὀλιγίνθα* aucta sunt, saepius ante terminationem *θ*— vocalibus *ῐ* et *ῡ* adjectam videmus. Primum enim avis duplici modo appellatur *αἴγιθος* et *αἴγινθος* Oppian. Ixeut. I. 10. frutex *τερέβινθος*, *τέρμινθος* et *τρέμιθος*, quod et ab EM. indicatum puto eo loco quo nunc scriptum est *τερμινθός καὶ τέρμινθος* p. 753, 10. nam accentus diversitas in his nominibus nulla deprehenditur; et ut a paragogis discedam, *μῦς σμίνθος*. Quaeque uno modo efferuntur, tamen maxima ex parte derivata sunt sicut illa quorum pura est terminatio *θος*. Quis enim dubitat quin *κήρινθος ἡ ἐριθάκη* a *κηρός* nomen habeat, cui simile *Κήρινθος* urbs Euboica, ejusdemque insulae fluvius *Κηρεύς*. De *ἐρέβινθος*, cujus species multae variaeque *γέλινθος, νέρινθος, ὀδόλυνθος* ab Hesychio sunt traditae et alias sermo novitius procudit *ῥέβινθος* et *ῥοβίθι*, ita mihi persuasi nomen a simili leguminis genere *ὄροβος* ervum declinatum esse Parall. 244. *Μήρινθος* et *πείρινθος*, quae Grammatici conjungunt, a vocabulis tertiae declinationis *μήρις* et *πεῖρις* orta videntur, quorum imaginem servat nominativus *μέρμις* et accusativus *πείρινθα* v. Parall. 167. illud ab *εἴρω* EM. 580, 21. Eust. 1646, 28. vel, ut Schneidero placet, a *μηρύω*, alterum Didymus a *ῥίψ* per metathesin ortum affirmat sed sine probatione solemni. Porro qui Galinthidem sive, ut Antonius Lib. vocat, Galin-

thiadem puellam in mustelam mutatam ferunt, manifesto a *γαλῇ* derivarunt. Neque praetermittenda duco *ὑάκινθος* et *vaccinium*, quorum cognatio jam a Ger. Vossio et Martino animadversa est. Et pro altera vocali afferam *βόλυνθος* sive *βόλυνθον*, quod idem valet atque *βόλβιτον* ejectamentum et ab eodem *βόλος* ductum est, *κόρυθος* avis galeatae nomen et *κόρυνθος ἀλεκτρυών*. Multa pro desperatis relinquenda sunt utriusque vocalis exempla, *ἀσάμινθος* quo non solum labrum sed etiam cista et *πᾶν τὸ κοῖλον* significatur, *βόλινθος* bonasus et *λαβύρινθος*, quae ne graeca quidem censentur, et maxime propria *Κόρινθος*, *Πέρινθος*, *Σύρινθος* Cretae, *Πύρινθος* Cariae Steph. *Πρεπέσινθος* vel *τὸ Πρεπέσινθον* insula Schol. Dion. 132. *Πάλινθος* locus in foro Argivorum Strab. VIII. 371. *Ἀμάρυνθος* vicus Euboeae et *Κόσκυνθος* fluvius atque *Ἀράκυνθος* mons ejusdem, *Ζάκυνθος* insula etc.

CAP. IV.

D e   t a u.

§. 1. Schol. Arist. Ach. 994. *ὄρχος καὶ ὄρχατος στίχος ἀμπέλων ἢ ἑτέρων φυτῶν παρὰ τὸ ἔρχεσθαι*, rectius ille quam EM. 634, 34. et Sch. Theocr. I. 48. *ὄρχος ὁ βόθρος εἰς ὃ ἐντίθεται τὸ φυτὸν παρὰ τὸ ὀρύσσω, ὄρχατος δὲ ἡ ἐπίστιχος φυτεία παρὰ τὸ ἔρχεσθαι* cf. Jacobs. ad Achill. 756. Alterum paronymorum est *ἔρκατος φραγμός* Hes. Cetera a verbis proficiscuntur et quidem primitivis *θάνατος*, *κάματος*, *Κτέατος*, *κτεάτειρα*, quod a masculino *κτήτωρ* sic differt ut *κτέανον* a *κτῆνος*. Haec autem vocalis reservata est adjectivis ut *θνητός*, *πλητός*, et substantivis quae a verbis circumflexis derivata sunt *ἀλόητος* etc. Ab ignotis radicibus germinarunt *ἄκατος*, *κράβατος*, *Ἕκατος*, quod veteres ad *ἑκάς* revocant. Femininorum primae declinationis pleraque alpha a primitivis suis quasi hereditarium habent, primum ab *ἄω ἀάω ἀάτη* sive *ἄτη*, tum *περάτη* a *περατός* mutato propter transitionem accentu vel potius a *πέρας* unde *ἀπείρατος* impenetrabilis Pind. ut a *γέρας ἀγείρατος* et a *γάλα Γαλάτεια*, cujus epitheton quasi perpetuum est *λευκή* et *candida* v. Wernsdorf. ad Pentad. VII. 4. p. 277. T. III. *ἐλάτη παρὰ τὸ ἐλαύνω* EM. sed hoc jam minus affir-

mem. Ab his vero secerni oportet quibus alpha insiticium est velut *ἀπάτη* a themate cui latinum *apere* velut imago resonat; plane enim assentior Buttmanno in Ind. Verb. p. 117. nomen illud cum *ἀπαφίσκω* et *ἀφάσσω* conjunctum esse eaque proprie significare *palpare mulcere*. Pro *ἑρκατή φυλακή* Hes. sive hoc a masculino *ἕρκατος*, sive pro se ipso ex *ἕρκος* natum est, praestat *ἑρκάτη* scribere. *Ἠλακάτη* Bayerus in Comm. Acad. Petrop. T. II. 439. ab *ἐλαύνω* repetit Platonis loco Rep. X. 616. *τὴν ἠλακάτην διὰ μέσου τοῦ σφονδύλου ἐληλάσθαι* parum probabiliter usus. Buttmannus Mythol. II. 366. ab *ἕλκω* propter adnotationem Schol. Il. XVI. 183. *ἠλακάτη τὸ ἐργαλεῖον ἐξ οὗ τὸ νῆμα ἕλκεται*. Neutri postponam veterum sententiam colum ita dici *παρὰ τὸ εἴλειν*, vel quod interdum pro *ἄτρακτος* usurpatur, fusus autem *ἑλίσσεται*, vel quia lana ei circumvolvitur. Primum igitur fuerit *εἰλεκάτη*, tum *ἠλεκάτη*, quod Hesychius servavit, ad ultimam hoc de quo loquimur. Idem glossographus *Ῥαπάτη καλάμη καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ αὐλοῦντας ῥαπαταύλους*, a *ῥαπίς ῥάβδος* ut arbitror. *Λαικάτη* in Inscr. doricis concionem significans a *λαός* derivatum putant idque et ad speciem et ad significationem simillimum est, sed exemplar, ad quod formatum sit, ostendi non potest. *Αἱμάτη μάχαιρα* EM. per errorem scriptum pro *αἷμα τὴν μάχαιραν*, quod ceteri Glossographi ex Sophoclis loco parum intellecto afferunt. Duo cognationis vocabula *θυγάτηρ* et *εἰνάτηρ* radices tam alte defossas habent ut erui nequeant. A verbis in *ᾱω* brachyparalectis ducta sunt substantiva et adjectiva *πελάτης*, *ἐλάτης*, *περατός*, *ἐρατός*, *ἀνούτατος* etc. Simile illis *ἐργάτης* Apollonius et ceteri ab *ἐργάζομαι* extitisse sumunt retracto propter ellipsin accentu; quam in rem *δεσπότης* afferunt et alia aeque incertae interpretationis v. Parall. 431. Neque placet a verbo alexandrino *ἐργῶμαι* repetere. Sed forsitan magis ad veritatem dirigamus si ab eodem themate *ἔργω* et brevi *ἕρκτης*, cujus testes praesto sunt, et amplius *ἐργάτης* deflexum putemus ut *ἐρχάται οἱ δεσμεύοντες* Hes. (sub *Ἐρχάται*) pro *ἕρκται* carcerarii, et *Κυπάται κίναιδοι* idem videtur quod *κύπται* ut in Gloss. *incubones ἐπικεκυφότης*. Paronymorum exemplum praebet *Μηλάταν τὸν ποιμένα Βοιωτοί* et Eust. 1648, 59. *οἱ ποιμένες καλοῦνται μηλάται*, quodque in nostris

libris toties legitur *ναυάτης* pro *ναυβάτης* v. Jacobs. ad Philostr. 625. nescio an ex haeresi Grammaticorum fluxerit qui nomini *ναῦς* geminam subolem assererent *ναύτης* et *ναυάτης*. Galatas modo a Gala quodam Appian. Ill. II. modo a colore lacteo dictos fabulantur. Sed certissima est adjectivorum derivatio, *μύχατος* a *μύχος* et multo plura ab adjectivis *μέσατος*, *νέατος*, *τρίτατος*, *ὀγδόατος*, quae Eustathius 971, 57. cum *ὄρχατος* componit. Ab his differt *ἠλέματος* eo quod *ἤλεμος* non reperitur sed modo *ἠλεός*, et quae cum neutris in *ας* et *αρ* conjuncta sunt: *ἀγήρατος*, *ἀγείρατος πλεονασμῷ τοῦ ι* EM. *ἀπείρατος* quod falso ex *ἀπείραστος* factum dicunt, *πανείδατος* (*δόρπος*) et a *κήρ* compositum *ἀκήρατος* quod et *ἀκηράσιος* dicitur eodem intellectu quo *ἀκέραιος* et *ἀκραιφνής*, postremo quae superlativorum locum obtinent *ὕπατος*, *πύματος*, *ἔσχατος* etc. Sed a substantivis neutrius generis, quae genitivum in *ατος* mittunt, deinceps alia producta sunt, *ἡμάτιος*, *οὐθάτιος*, *ὑπουάτιος*, *παρουάτιος*, *παρυδάτιος*, *πανημάτιος*. Et ab adjectivis, quae antea memoravi, poetae porro propagant *μεσσάτιος*, *νειάτιος*, *ὁσσάτιος*, *τοσσάτιος* v. Bernhard. ad Dion. 363. a quibus *τρισσάτιος* distat ea ratione quod *τρίσσατος* non extat, *ἐσχάτιος* vero, *δευτάτιος* et *ὑστάτιος* propter primitivorum conformationem, universa autem ad genus adjectivorum pertinent, quae ad aliquid dicta vocantur similia ordinalibus, comparativis et pronominalibus. Verum de hac re alias. *Εἴνατος* sive *Εἴνατον* Cretae locus vel Lyciae penultimam brevem habere constat, item andronymicum *Ἔλατος*, unde existimari possunt *Ἐλατίων* et *Εἰλατίων* (omiss. in Th.) Lucian. de Salt. §. 14. *Γαλάτων* pictoris nomen pronunciandum videtur ut Galata, *Πέρατος* Neptuni filius Paus. II. 5, 7. ut *Ἔλατος*, *Ἀπριάτη* puella Lesbiaca Parthen. c. XXVI. ad exemplum adjectivi. Longum vero *Καίρατος* Cretae fluvius, *Πλευρᾶτος* rex Illyriae Polyb. X. 41. accentu italico, alibi *Πλεύρατος* graeco, et *ἄῤῥατος* adjectivum quod veteres a *ῥαίω* compositum tradunt v. Schneider. ad Plat. Civ. II. 232. et, puto, *νηνίατος* sive *νηνίατον*, si a naenia derivatum est. Substantiva primae declinationis masculina, quae a verbis secundae conjugationis perispastis derivata sunt, necesse est horum sequi mensuram, *ἐλάτης*, *ὁρατής*, *ἱερατεύς* etc. A nominibus locorum ducta alpha

longum habent *ἀγυιάτης*, *Ἐλεάτης*, *Γυθεάτης* etc. nec solum quae incolas significant sed etiam *Γαθεάτης ποταμὸς ἀπὸ τῆς Γαθέας* Steph. *Καρνεάτης* mons etc. Peregrinorum *Ἀχάτης*, *Εὐφράτης*, *Λευκάτης*, *Νιφάτης*, *Μιθραδάτης* Martial. V. 77. *Φραάτης* Horat. II. Od. 2, 17. mensura constat ex poetarum versibus, quorum ad similitudinem dirigere solemus quae non constant *Καρπάτης ὄρος* Ptolem. III. 178. (omiss. in Thes.) *Κοπράτης* Susianae fluvius et *Ἐλάτης* Phrygiae, *Λογχάτης* Scytha Lucian. Tox. §. 44. *Ἀβραδάτης*, *Γαδάτας*, *Δαμάτης*, *Μαδάτας* aliaque in Xenophontis libris modo dorice terminata modo aliter.[1] Et in Aeschyli Persis *Μεγαβάτης* bis legitur penultima porrecta. Idem tamen *Ἀγδαβάτης* corripuit more gentiliciorum *Δαλμάται*, *Σαυρομάται*, *Ναβάται* Senec. Herc. Oet. 106. *Ἰαξάμαται* v. ad Valer. Flacc. VI. 146. *Μεσσαβάται* Dionys. v. 1015. Pro *Ἀλυάττης* codd. Herodoti saepius *Ἀλυάτης* praebent sed *Σαδυάττης* non mutant. Feminina *Ἀταργάτις* et *Παρυσάτις* ap. Strab. Athen. si accentus non fallit, alpha breve habent; sed illud Arcadius p. 36. inter perispomena refert, alterum in Xen. Anab. I. 1, 4. proparoxytonon est ut *ἴσατις* herbae nomen, cui Lexicographi latini mediam brevem assignant auctore, quoad sciam, nullo, et *Κάλλατις* urbis in Scymni Fr. 15. in exitu versus manci collocatum convenienter etymologiae ineptae *ὅτι ἐκεῖ κάλαθος εὑρέθη* Steph.

§. 2. Diphthongus $\overline{\alpha\iota}$ circumscribitur canone duplici, uno Cram. II. 322. *τὰ εἰς της βαρύτονα καθαρὰ διὰ τοῦ* $\bar{\epsilon}$ *γράφεται, εὐνέτης, ὀφειλέτης — πλὴν τοῦ προσαίτης, εὐχαίτης* quae non moramur. Altero Theogn. p. 117. *τὰ διὰ τοῦ* $\overline{\epsilon\tau\eta}$ *ἅπαντα διὰ τοῦ* $\bar{\epsilon}$, *τηλυγέτη, δρεμέτη* (*Βρεμέτη* Arcad.) *ὠκυπέτη, τελετή, οἷς ἀκόλουθον καὶ τὸ βιοτή. Σεσημείωται τὸ βαίτη, δαίτη* etc. et p. 75. *τὰ διὰ τοῦ* $\overline{\epsilon\tau o\varsigma}$ *ὀξύτονα καὶ βαρύτονα διὰ τοῦ* $\bar{\epsilon}$, *νιφετός, τοκετός, Ἔχετος* etc. Silius tamen L. XIV. 492. inducit Podaetum aliquem Aeolidem idemque v. 268. *pubem Achaeti*

---

1) Cf. Poppo ad Cyrop. Praef. c. III. p. XXXVI. Accentus vocativorum *ὦ Ἀβραδάτα* et *Ἀσιαδάτα* Cyr. VI. 3, 12. *ὦ Εὐφράτα* Apollon. Epist. VIII. 388. et similium librariis imputandus videtur, qui saepissime peccarunt in latinis *ἀλβάτοι καὶ ῥουσσάτοι* J. Lyd. de Mens. IV. 25. p. 72. etc.

oppidi Siciliae, quod in codd. *Acheti* vocatur aliis ignotum aeque ut flumen Ὕλαιτος Dicaearch. v. 67. Declinationis primae exemplum est Θυμαιτάδαι ἀπὸ Θυμαίτου ἥρωος Steph. quae tamen nomina et per αι scribuntur et per ᾱ, mendosumque est Ἀθηνᾶς πυλαίτιδος Lycophr. 149. pro πυλάτιδος, quae est dorica forma a Sophocle usurpata, nec regulae conveniens λύσσα αἰχματηρία v. 454. ubi unus modo cod. rectum αἰχμητηρία praebet.

§. 3. Ad illustrandum nomen ὄρχατος, unde haec orsa est disputatio, Schol. Il. XIV. 123. duo affert tanquam similia μέσατος et πάχετος, de quo parum considerate judicat EM. 656, 53. πάχετον παχύτερον κατὰ συγκοπήν, verius Schol. Il. XIV. 287. μῆκος μήκετος ἐκτάσει ὡς πάχος πάχετος καὶ περιμήκετος, quod parasyntheton est a περιμήκης ut αὐίδετος ἀόρατος Hes. ab ἀϊδής, εὐγλάγετος ab εὐγλαγής, nec simile illi Λάμπετος, quod Schol. Il. XV. 527. confert: Λάμπος καὶ Λάμπετος ὡς πάχος πάχετος. Hoc enim a nomine ductum, illud verbale, quo in genere illa dominatur parectasis; ἀπεύχετος, δυςδέρκετος et cetera, quibus epsilon interjectum est vel suavioris soni causa vel ad dirimendas consonas insociabiles. Eodem modo formata sunt substantiva ἔργετος i. q. ἕρκος sive ἕρκατος, ἔῤῥετος, ἑρπετόν, γενέτης hisque similia v. Parall. 437. et ad Buttm. 403. eademque causa pleonasmi, quem Romani evitarunt in verbalibus pro *tus*, si dentalis antecedit, *sus* substituentes, *esus*, *lusus*, et post literam *m* inserentes *p*, *sumptus*. Paronyma vero sunt λαίλαψ λαιλαπετός, βροχή βροχετός, φλόξ φλογετός, πῦος πυετία et πυτία v. Bernard. ad Nonn. T. II. p. 76. Arcadius p. 81. τὰ εἰς ετος τρισύλλαβα κύρια καὶ προςηγορικὰ προπαροξύνεται, μέγιστος, πέλετος, ἔχετος, δέρκετος, μένετος τὸ κύριον· τούτοις ἠκολούθησε καὶ τὸ ἔμετος ὡς ἔχον τὸ ε. Τὰ δὲ ἔχοντα τὸ ᾰ ὁμοίως ἄργετος, ἄρετος, ἄνετος, πάγετος, ubi manifestum est ante προπαροξύνεται excidisse verba ἔχοντα τὸ ε ἐν τῇ τρίτῃ ἀπὸ τέλους, sed nomina quibus utitur, praeter Ἔχετος, Δέρκετος, Μένετος, Ἄνετος, aut aperte corrupta aut ignota sunt. Primum fortasse fuit Μεγαίνετος, nam ille Herodiani institor pro simplicibus interdum subdit juncta; pro secundo unum succurrit paullo dissimile Νέπετος urbs Italiae, quae a Latinis Nepe seu Nepet vocatur v. Interpr.

ad Liv. VI. c. 9. nec satis convenit *Ξένετος* v. Wesseling. ad Diod. XIV. 44. quo tutius est *Ἐξαίνετος*. Quod sequitur *τούτοις ἠκολούθησε τὸ ἔμετος* non video quid significare possit nisi hoc, accentum hujus vocis ex synecdrome natum, non proprium esse. Quis vero hujus generis proprius sit tonus, non dicitur sed ex iis quae ad Buttm. l. c. attuli perspicuum fit appellativa perpaucis exceptis oxytona esse. Quapropter suspicor in exordio canonis delenda esse verba *καὶ προσηγορικά*. Ceterum multo plura sine dubio omissa sunt a librario quam assuta; in primo canone gentilicium *Ἐνετοί*, quod interdum gravatur contra praeceptum Herodiani Sch. Il. II. 852. in secundo tum propria *Ἄλκετος* (omiss. in Th.) Paus. VI. 9, 1. *Κάπετος* Hippodamiae procus aliusque rex Albae, cui successit *Κάλπετος* Dionys. Antt. I. 71. *Λάμπετος*, quod ap. Steph. s. *Λαμπέτειον* prave acuitur, et alia; tum appellativa *στάγετος*, *σκάπετος*. De hypertrisyllabis Herodianus sic praeceperat ut Sch. Il. XI. 495. refert, oxytona esse substantiva *λαιλαπετός*, *Ἰαπετός*,[2] gravari vero adjectiva ut *ἀμαιμάκετος*, ac proinde *ἀφυσγετός* si substantivum sit, recte acui, non recte autem si contra se habeat. Verum hoc minus considerate pronunciavit. Etenim *ἀφυσγετός*, si adjectivum est a futuro verbi *ἀφύσσω* ductum item ut *ἀφύξιμος* putatur, certe simplex ideoque oxytonon est ut *αἱρετός* et cetera verbalia; nam propter quatuor syllabas accentum non mutari composita *ἐξαιρετός*, *ἐπαινετός* etc. documenti sunt satis; neque pleonasmus literae gamma, quo Schol. Nic. Al. 584. illud amplificatum dicit, hanc vim habere potest. *Ἀμαιμάκετος* vero pro *ἀμαίμακτος* valet ut *ἀλάμπετος* pro *ἄλαμπτος*, cum alpha intensivo conjunctum ut *ἀχύνετος* Sch. Al. 174. ideoque accentu gravi. *Ἀτρύγετος* si omnino dici potest quomodo fabricatum sit, certe compositum est ut *ἀμάχετος*, *εὐέργετος*. *Τηλύγετος* et *ταΰγετος μέγας* Hes. cum verbo primae positionis *γέω* copulata videntur. Adjectiva igitur quae vere simplicia dici possint, duo modo

---

2) EM. 347, 24. *Τὰ διὰ τοῦ ετος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεται ἀριδείκετος, ἀμαιμάκετος, χωρὶς εἰ μὴ ἁπλᾶ ὄντα πρὸ τοῦ ε τὸ π ἔχει, Ἰαπετός. Ἁπλᾶ* dicit propter *ἄσπετος*. Sed repugnat *σκάπετος*, nisi ille *ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς* scripsit.

relinquuntur et ea concertata *ἀφύσγετος* (sic enim scribendum foret) et *πάχετος*, quibus adjungi possunt comparativi *ὑετώτερος* et *παγετώτερος*, quanquam hi quoque in dubitationem vocati sunt.[3] Feminina partim propria sunt ut *Ἐνετή* urbs, *Ξυπετή* demus, partim appellativa *ἀρετή*, *μελέτη*, de quibus alio loco dictum est; *Γετίς* mons Mileti Sch. Theocr. VII. 115. Eademque neutrorum dispositio, *Βουχετόν* Epiri oppidum, *Ταλετόν ἄκρα τοῦ Ταϋγέτου* Paus. III. 20, 5. *μάσπετον*, *κινώπετον*, et masculinorum primae declinationis *Ἀλκέτης*, *Γλαυκέτης* cum gentiliciis *Κερκέται*, *Μακέται*, *Τορέται*, et appellativorum *κερκέτης* parvum gubernaculum a Cercetis, ut dicitur, denominatum, *οἰκέτης* etc. et syntheton *ὁμωχέτης* ab *ὁμῶχος* (ut *παμῶχος*) derivatum: nam quod Ahrensius statuit de dial. aeol. p. 192. ex *ὁμοικέτης* factum esse vereor ut exemplo idoneo probari possit.

§. 4. Nunc ordo rerum nos ad diphthongos deducit. Theognostus p. 45. Theodos. Gramm. p. 66. et Grammaticus de Quant. II. 292. universe praecipiunt paronyma per iota scribi *τοπίτης*, *μεσίτης*, *πολίτης* et cetera, praeter haec: *ἀλείτης*, *ἀλοίτης γάρ*, *Ἀταρνείτης*, *Ἀταρνεύς γάρ*, *Ζελείτης ἀπὸ τοῦ Ζέλεια*, *ὀρείτης ἐκ τοῦ ὄρος ὄρεος*, *Σαμαρείτης*, *Σαμαρεύς γάρ· καὶ πάντα τὰ παρὰ τὸ ῥέειν*, hoc est *ῥείτης ὁ ῥέων* Suid. EM. quod non legitur nisi compositum *βαθυῤῥείτης*, *εὐρείτης*. His omissis, quae extra causam sunt, tria restant nominum genera: primum a genitivis nominum generis neutrius in ος exeuntium, *ὀρείτης* et *παρωρείτης*, *Ἑλείτης ὁ τὸ Ἕλος οἰκῶν* Steph. s. *Βορυσθένης* et *ἑλεῖτις* helxine, quae sunt hujus generis unica; nam a ceteris neutralibus aut nulla propagantur substantiva in της aut per iota simplex *βελίτης*, *τεμενίτης*, *ἑρκίτης* etc. Secundum genus gentilicia complectitur a vocabulis in ευς et εια ducta *Πεδιεῖς* — *Πεδιείτης ὡς Ἀταρνείτης*, *Σύβερος Συβερεύς*

---

3) Pro altero Schneiderus in Lex. ex alio Aretaei loco *παγερώτερον* substituendum, *ἑτειώτατος* Schweighaeuserus in Lex. Herod. in *ὑετωδέστατος* vel (quod minus probandum) *ἑτειώτατος* mutandum censet. Mihi vero substantiva illa *ὑετός*, *ἔμετος*, *κάπετος* etc. adjectivorum ad naturam tam prope accedere videntur, ut comparativos illos non admodum mirer.

— Συβερείτης, Δέρβη Δέρβεια — καὶ Δερβείτης, Ὑάμεια — Ὑαμείτης Steph. sed appellativa, quae Theognostus affert, τραπεζείτης et ἱερείτης, apud scriptores non reperiuntur v. ad Buttm. 433. quodque nummis inscriptum est Ἀπολλωνιερεῖται hoc est incolae urbis Lydiae cui nomen Ἀπόλλωνος ἱερόν v. Eckhel. Doctr. Num. T. III. 93. diphthongum pro iota habere apparet ex simili Διὸς ἱερόν Διοσιερίτης Steph. neque injuria Bernhardy ad Suid. T. I. 939. suspectum habuit βαλανείτης, pro quo Polybium βαλανευτής scripsisse arbitror ut φονευτής, Suidas autem s. Βαλανεώτης sine dubio gentilicium significavit. Tertium genus est verbale uno insignitum exemplo ἀλείτης, quod Grammatici sic scribi volunt ὅτι ἀντιπαρακεῖται αὐτῷ τὸ ἀλοίτης. Καθόλου δὲ τὰ ἔχοντα τὸ η̄ ἀντιπαρακείμενον, ἔχουσι τὸ ε̄ ἐγκείμενον· ἢ ὅτι κατὰ αἰολικὴν διάλεκτον, scil. ἐκ τοῦ ἀλείτης γέγονεν ἀλοίτης ὡς ὄνειρος Epimer. I. 28. Postremis verbis diserte declarat ἀλείτης scribendum esse quia pro eo dicitur ἀλοίτης. Priora ambigua sunt. Nam si ita scripsit ut editum est τὰ ἔχοντα τὸ η̄ ἀντιπαρακείμενον, pro ἀλοίτης reponendum est ἀλήτης, quod etsi momento quodam differt ab ἀλείτης, tamen ab eadem stirpe ductum esse apparet. Sed Choeroboscus p. 169, 21. et in EM. 61, 45. ἀλείτης δίφθογγον ὅτι ἀνεφάνη τὸ ο̄ ἐν τῷ ἀλοίτης· τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ ο̄ ἀναφαινόμενον ἔχουσι τὸ ε̄ ἐγκείμενον, σπείρω σπορά, ἀλείφω ἀλοιφή, pro quibus afferre poterat paullo aptius κεῖμαι κοῖτος, sed ne hoc quidem simile est; nam hujus litera τ̄ ad terminationem pertinet, ἀλείτης vero ab ἀλίτω sive ἀλείτω repetunt. Quod si ea quae Grammatici fingunt eadem lege tenentur qua fictiones juris, quibus praescriptum est ut *fictio naturam sequatur*, illa certe probari nequeunt, quia nulli verbo graeco talis concessa est paragoge ιτω, ειτω, οιτω etc. Quantum equidem perspicere possum, una est nominis forma legitime propagata ἀλήτης ut πλανήτης. Quum vero necesse videretur ab errone distinguere eum qui ab officio aberrat, duplex via patebat, ut aut ab inusitato ἀλέω[4] derivaretur ἀλέτης ut αἰνέτης, αἱρέτης, et deinceps per epenthesin

4) Hesychius Ἀλεεῖ (sic) ἀδικεῖ, de quo mihi non dubium est quin cum ἀλέομαι et ἀλάομαι communione stirpis conjunctum sit.

ἀλείτης, aut ut usitatum ἀλήτης mutaretur in ἀλείτης leni quadam soni declinatione qua Graecos ad colorandas conjugatorum significationes saepe usos esse constat, vel etiam in ἀλίτης, cujus vestigia supersunt in synthetis διηλίτης et νηλῖτις, quod Eustathius reperit in Od. XIX. 498. γυναῖκες — αἳ νηλιτεῖς εἰσιν ἢ νηλίτιδες ἀπὸ εὐθείας βαρυτόνου καθ' ἑτέραν γραφήν, et is qui Suidae glossam νηλιτής ὁ ἁμαρτωλός supplevit hoc modo τούτου (τοῦ νηλίτης) ἐστὶ καὶ θηλυκὸν νηλίτιδες ἐν Ὀδυσσείᾳ ἐκ τοῦ βαρυτόνου ἀρσενικοῦ. Καὶ ἔστι μὲν ἡ δευτέρα συλλαβὴ ἀναλόγως ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ διὰ τοῦ ῑ· οἱ δὲ τεχνικοὶ διὰ τοῦ η εἰδότες αὐτὴν αἰτιῶνται τροπὴν τοῦ ῑ εἰς η ὡς ψημύθιον, significans Od. XVI. 317. γυναῖκες — αἳ νηλητεῖς εἰσι ubi Schol. σημαίνει τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ τοῦ νηλητής ὡς εὐσεβής εὐσεβεῖς· τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν κατὰ τροπὴν αἰολικήν. Atque haec scriptura translucet etiam ex Hesychii glossa Νηλιτέες ἀνηλεεῖς ἄνοικτοι ἀναμάρτητοι, nam hoc quidem ad νηλιτεῖς pertinet, sed prior interpretatio ad νηλητεῖς, quod apparet nonnullos pro νηλέητοι accepisse adhibito metaplasmo.[5] Hoc recepit Barnesius in utroque Odysseae loco, Wolfius νηλιτεῖς ex vett. Edd. retinuit, quod nescio quo exemplo defendi possit; νημερτής non quadrat. Nihil vero difficultatis habet νηλίτιες (ut νήστιες) vel νηλίτεες νηλίτεις, nec displicet νηλήτεις· nam quod pro ἀλήτης ambiguitatis vitandae causa receptum est ἀλίτης, non obstare videtur quominus composito formam propriam redditam fuisse putemus. — Quod restat ἀείτης legitur in plurimis codd. Lycophr. 461. sed apud Theocritum ter in omnibus ἀΐτης, neque ex etymo dijudicari potest utrum praestet; nam quod Ottfr. Muellerus opinatus est in Dor. T. II. 290. hoc nomine

5) Apollonius IV. 703. νηλῆεις ἱκέτας dixit vel eos quos nemo adhuc misericordia impertivit neque domi receptos expiavit vel etiam valde miserabiles, sicut νηλητεῖς Aristarchus non ἀναμαρτήτους interpretatus est sed πολυαμαρτήτους. In codd. scriptum est νηλειεῖς, quod a vulgato non aliter differt quam εὐκλεῖας et ἀγακλῆος, πενθείετον et πενθήετον, ἀκαχείατο et ἀκαχήατο etc. sed suavius sonat νηλῆες ut χήρηι Aristarcho placuit pro χέρει. Similiter antiquam scripturam ἀλέτης alii in ἀλείτης vertisse videntur, alii in ἀλήτης, quod saepius legitur ἁμαρτωλόν significans.

auditorem significari, id nulla re alia nititur quam mendosa scriptura EM. παρὰ τὸ εἰζαΐειν pro εἰζάειν. Terminationi τος diphthongum antecedere negant EM. 17, 40. Cram. II. 293. τὰ διὰ τοῦ ιτος ἀποστρέφονται τὴν ει χωρὶς εἰ μὴ σύνθετά εἰσι παρὰ τὸ κλειτός. His igitur ignotum fuit non solum εὔῤῥειτος, quod olim legebatur Apollon. III. 1036. sed etiam proprium Καλλίγειτος quod bis ap. Thucyd. scriptum est sed altero loco codd. Καλλιγείτων praebent, et Διόγειτος prytanis Iasii nomen in Inscr. n. 2677. si hujus est genitivus τοῦ Διογείτου. Accusativum ἀλείτην Zenodotus ἁμαρτίαν interpretatus est sed non obtinuit, neque feminina hujus formae admittit canon Theognosti 117, 23. et 169, 24. Adjectivum novimus nullum, nam Ἄειτον ταχὺ Hes. EM. scriptura solum differt ab ἄητον. Alterius diphthongi exemplum unicum τελευτή — προςλαβοῦσα τὸ υ πρὸς διαφορὰν τῆς τελετῆς Eust. 881, 32.

§. 5. De nominibus in ητος et ητης exeuntibus iisdemque paragogis in Adn. ad Buttm. 429. et 402. tam fuse copioseque disserui ut supplemento non opus sit. Sed pro diversa operis ratione huc referenda sunt Αἰσυήτης et αἰσυητήρ, quorum primitiva non extant et pari obscuritate involuta θάρσος ἄητον et πέλωρ αἴητον, ad haec paronyma: ab ἀλαλή ἀλαλητός, κάπη καπητόν (κάπητον potius) τροφὴ κτηνῶν Hes. ψάμμητον ψαιστῶν ἰδέα Suid. Arcadius p. 81. et Theogn. p. 75. afferunt Ἄρητος, Λάμητος ποταμός (Steph.) βύνητος εἶδος ἱματίου παρ' Αἰγυπτίοις, Μέλητος quod quum a Μέλιτος expulsum esset primus Bentlejus in locum restituit v. Schneider. de Schol. Aristoph. p. 41. et quaedam ignotiora Κατάρητος ποταμός, Ἔνητος κύριον, Κόρητος, quorum primo non admodum similia neque magis certa sunt fluviorum nomina apud Scylacem Καταρβάτης p. 7. et Κούδητος p. 27. sive Κούσατος v. Gail. p. 433. a secundo non multum distat Αἴνητος, Κόρητος fortasse est mons quem Dionysius Antt. I. 14. Κόρητον ὄρος incertum quo genere appellat. Nec pauca omissa sunt Ἥρητος urbs, Λαβύνητος Babylonius Herod. I. 77. Lycetus Aethiops Ovid. Met. I. 77. Φίλητος Paulli amicus Epist. II. ad Tim. II. 17. Anth. App. n. 380. Κυνάρητος Codri filius Paus. VII. 2, 10. etc. omniaque illa quae duplici τ scribuntur hominum locorumque nomina Ἀρδηττός, Γαργηττός, Ὑμητ-

τός, *Ὕηττος* Paus. IX. 36, 4. ubi nullus codex oxytonon offert, *Λυκαβηττός διὰ τὸ λύκοις πληθύειν* Hes. *Συπαληττός*. Post epsilon haec litera non geminatur praeterquam in nomine amnis Samii *Ibettes* Plin. V. 37. et urbis Lydiae *Σάεττα* vel *Σαέττη* v. Eckhel. Doctr. III. 110. quod in Theocriti Syringe Anth. XV. 21. epitheton est Omphalae pro *Σαεττηνή*.

§. 6. *Τὰ εἰς ῑτος ἁπλᾶ προπαροξύτονα ἐπιθετικὰ καὶ κύρια σπάνια Ἄγχιτος, Ἀφρόδιτος, ἀδήριτος, Οἴκριτος κύριον. Τὸ ἁμαξιτός, λυχνιτός, ἀτραπιτός ὀξύτονα, κατὰ γένος καὶ κατὰ τόνον οὐ κατὰ τὴν γραφὴν ἀνακόλουθα* Theogn. 75. quibus corrigendis parum praesidii praebet Arcadius p. 82. quippe pariter corruptus *τὰ εἰς ῑτος ἀρσενικὰ μὴ ὄντα ἐπιθετικὰ βαρύνεται, βάρβιτος, δάριτος, δήιτος, ἄρκιτος. Τὰ δὲ θηλυκὰ ὀξύνεται, ἁμαξιτός, Λυχνιτός ἡ πόλις, δηριτός*. Notum est viri nomen *Ἄγχιτος* Anth. notus etiam *Ἀφρόδιτος* deus v. Dindorf. ad Aristoph. Fragm. CCLXXI. 130. et urbs *Λυχνιδός — Ἡρωδιανὸς δὲ Λυχνιτόν φησι* Steph. v. Wesseling. ad Itiner. 655. Schweighaeus. ad Polyb. XVIII. 30, 12. *Ἀδήριτος* procul dubio idem est quod ap. Arcad. *δάριτος*, in cod. Hafn. *δήριτος* scribitur: verum fuerit *Νήριτος* Pterelai filius Hom. Pro *Οἴκριτος* in praesens nihil suppetit praeter *Φώκριτος* Dem. c. Apat. 897. cujus compositio oculos fallit. *Ἁμαξιτός* urbis nomen eodem quo commune notatur accentu praeter Diod. XIV. 38. Arcadio pro *δήιτος* reddendum est *Λήιτος* homericum, quod Eustathius 264, 25. a verbo *ληΐζεσθαι* repetit, ut alii *νήριτος* et *μεγήριτος* ab *ἐρίζω*, sed praestat paronymon dicere ut *λῆτις* a *λήϊς*, cujus vocalem servat ut *ἀμφί Ἄμφιτος* Castorum auriga et fluvius Paus. IV. 33, 3. *ἄγχι Ἄγχιτος*, *Ἶφις Ἴφιτος*, *ἄλφι ἄλφιτον*, *μέλι μελίτη* apis et proprium mulieris nomen Anth.[6] *Ἐπαρῖται (Ἐπάριτοι) ἔθνος Ἀρκαδίας· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Ἔπαρις ἐδει· οὐχ εὕρηται δὲ* Steph. Sed sine praegressione vocalis ab *ἄπειρος ἀπείριτος*, propriumque *Μούνιτος* Parthen. c. 16. Lycophr. 497. a *μόνος* ut Eustathius censet

---

6) In Eunap. V. Maxim. p. 56. ed. Boiss. male acuitur. Appellativi exemplum unicum est Emped. 311. (374.) *ξουθῶν τε σπονδὰς μελιτῶν ῥιπτοῦντας ἐς οὖδας*, mirumque cur noluerit usitatius scribere *ῥίπτουν οὖδασδε μελισσῶν*. Quae Karstenius affert, parum apposita sunt.

l. c. ab ἄτραπος ἀτραπιτός sive ἀταρπιτός, a quo differt compositum ἁμαξιτός, prostremo βόλος βόλιτος sive βόλιτον, quod proprie ejectamentum significat, quomodo etiam Graeci inferioris aetatis excrementa ῥίψιμα vocant v. Du Cang. Βάρβιτος seu βάρβιτον unde derivatum sit non constat; veteres ex βαρύμιτος contractum volunt. Haec omnia iota breve habent ut et Orphitus familiare Romanis nomen Sil. Ital. V. 166. Sed *Meritus* Thraciae fluvius Plin. IV. 18. Εὔιτος Diod. Ὄρσιτος in tabula Borgiana et alia peregrina quae Sturzius collegit de Dial. Al. 137. in aestimationem non veniunt. Πεδάριτος licet codd. tueantur, Valckenarius recte mutat in Παιδάρητος quod analogia jubet v. Intt. ad Thuc. VIII. 32. Neutrum κύβιτον, quod doricum et siculum perhibent, iota breve habere perspicitur ex latino cubitus sive cubitum, neque obstat quod Photius dicit Κύβηττον Ἴωνες τὸ ἄκρον τοῦ ἀγκῶνος. Nomen hoc, quod et κύβωλον dicitur, Eustathius 1397, 6. a κύβος repetit, idque convenit in gibbam sive κόνδυλον τοῦ βραχίονος Poll. Longum vero ἀκόνιτον a loco Ἀκόναι ut Theophrastus auctor est denominatum vel *quia nascuntur dura vivacia caute mortales aconita vocant* Ovid. quod probabilius videtur Salmasio Plinn. 619. et feminina Ἀμφιτρίτη, Ἀφροδίτη. Breve vero nomen topicum Ἀρτεμίτα, si in versu Rhiani ap. Steph. vera est scriptura codicum Ἀρτεμίτῃ ἐπέβαλλον pro Ἀρτεμίῃ. Positione longum Πώλιττα Anth. VII. 335. et duo barbara Veneris nomina καλέουσι Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα Herod. I. 131. quod in codd. Flor. et Par. Ἄλιττα scribi Schweighaueserus adnotat, Gaisfordius tacet; illam Nicolaus Hist. I. 429. (p. 20. Orell.) Μόλιν vocat, pro quo Coraes Μυλίττα edidit sed aliud suadere videtur Arcadius 36. τὰ εἰς ῑς θηλυκὰ εἰ εἰς ῑν ἔχουσι τὴν αἰτιατικὴν, περισπῶνται Βενδῖς, Μολῖς, Τοτῖς (?) Ἀτεργατῖς, cujus tonosis vestigium nullum superest. — Nominum in ιτης exeuntium veteres duo a verbis repetunt παρὰ τὸ ἄω ἀΐτης et a φείδομαι φειδίτης, sed neutrum nobis approbant; recte vero λευκίτης ἀπὸ τοῦ λευκός ὡς μέσος μεσίτης Schol. Theocr. VI. 147. ut μακαρίτης, ἀκρολοφίτης etc. Nec ab adjectivis solum talia nascuntur sed et a pronomine αὐτίτης hoc est aut eodem loco natus sive αὐθιγενής, aut eodem tempore v. Intt.

ad Athen. L. I. p. 31. E. et plurima a substantivis partim eodem quo primitiva intellectu *πυρσός πυρσίτης*, *μάργαρον μαργαρίτης* atticeque *μαργαρῖτις*, *Γάγγας ποταμὸς ὃν καὶ Γαγγίτην τινὲς καλοῦσι* Appian. Civil. IV. 106. partim ejus generis quod denominativum dicere institui. Quo in genere eminent topica *Ἀδρανίτης*, *Σιρίτης*, *Πωλίτης*, *ἀστίτης*, *Ὠκεανίτης* etc. assimililativa *λίθος ἱερακίτης* et *βοτρυΐτης*, *τιθύμαλλος μυρτίτης*, materialia *καρφίτης θάλαμος*, *Ἀσκληπιὸς ἀγνίτης ὅτι ἄγνου ἦν τὸ ξόανον* Paus. Perpauca a personis *Αὐσονίτης* Steph. *Γραικίτης πέπλος* Lycophr. *τραγῳδὸς Καρκινίτης* filius Carcini Arist. Vesp. 54. Sunt vero etiam propria *Θερσίτης*, *Ὀπίτης* et *Δημοπίτης*, *Μαργίτης*. Ab ignotis etymis *ἀμανίτης*, *Καινίτας ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφάς* Hes. De hoc nihil constitui potest; cetera iota longum habent ad unum omnia. Quare suspectum habeo Anth. VI. 182. ubi Pan invocatur *ἰδρίτα καὶ γαίης ἰδρίτα καὶ πελάγευς*, idque Suidas s. *Ἴδρις* affert tanquam synonymon, in Plan. autem *ἰδρυτά* scriptum est, neutrum satis aptum sententiae, quae *ἀγρότα* poscere videtur id est *θηρευτά* ut *Πάν ἀγρότα* Plan. n. 231. *Ἀλίτης* Grammatici, qui cum *λιτή* compositum tradunt, mediam brevem habere putarunt gravissimum nacti suffragatorem Hermannum ad Oed. C. 371. qui ab *ἀλείτω ἀλείτης* factum putat, hinc correpta diphthongo *ἀλίτης* idque restituit Eur. Heracl. 614. (*μοῖρα*) *τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισε τὸν δ' ἀλήταν εὐδαίμονα τεύχει.* Hoc loco nescio an *ἀτίταν* scribi possit intellectu passivo; *ἀλίτης* dubito non solum an reperiri non possit sed etiam an ad analogiam minus conveniat; quaeque Ruhnkenius affert pro brevitate, *ἠλιτόμηνος* et *νηλιτόποινος*, non plus valere arbitror quam *ἀλιτεῖν*, *ἀλιταίνειν*, *ἀλιτήμενος*. Piscis nomen *βολβίτις* Ath. 318. E. acuendum videtur a *βόλβιτον* derivatum non a *βολβίτης*, cujus femininum est *βολβῖτις*.

§. 7. *Τὰ εἰς οτος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύτονα δύο ἐστί, βίοτος, ἄροτος· ὀξύτονα δὲ τέσσαρα βιοτός, ὀμοτός, ὀνοτός, μολοτός* Theogn. 75. Hic aut *νεοττός* scripsit pro *βιοτός* aut mendosa deceptus est scriptura aut librarius, quum vellet *ἀροτός* scribere, ad vicinum *βιοτός* aberravit. Arcadius *τὰ εἰς οτος ὀξύτονα σπάνια ὀνοτός, μολοτός· τὸ μέντοι ἄροτος καὶ βίοτος προπαροξύτονα*, qui quum de trisyllabis agat fieri non

potest ut pro ὀνοτός scripserit Ἀπόδοτος, quod Goettlingius optabat de Acc. 227. Sed uterque praeter Σκόλοτοι gentilicium Herod. IV. 6. omisit nomen concertatum, cujus genitivum ἀπρότων vel ἀβρότων Harpocr. et EM. apud Dinarchum legi sed non sine suspicione mendi testantur; ac ne genus quidem constat, ἄπροτοι an ἄπροτα. Μολοτός δι' ἑνὸς τ, ut Stephanus ait, non raro legitur, sed duplex tuentur poetae et lapides v. Inscr. N. 2843. codicesque tam in gentilicio quam in proprio. Nomina primae declinationis paronyma sunt ἱππότης et τοξότης, quorum vocalis ad terminationem pertinet; ἀρότης vero et ὀμότης a verbis traxerunt, sicut illa quae antea tractavi; δεσπότης Apollonius ex δεσποστής extitisse statuit, sed neque hoc in usu neque verbalibus, quibus simile est, ἁρμοστής, ἐριστής etc. sigma detrahitur, et verbi ipsius δεσπόζω origo prorsus incognita. Feminina sunt βιοτή et ἐροτή, quorum caussae in aperto, et urbis nomen Φανοτεύς — λέγεται καὶ Φανότη καὶ Φανότεια Steph. Consonam duplicatam habent virorum nomina propria Σανδράκοττος et Σισίκοττος v. Ellendt. ad Arrian. V. 6, 2. Βίοττος in Inscr. Attic. Φίλοττος Niobae maritus v. Valcken. ad Phoenn. v. 159. Ἄδροττα οὐδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ Steph. κοροκόττας sive κροκόττας et κροκούττας bestia Aethiopica, et alia barbara. Nunc ad diphthongos pergam. Τὰ διὰ τοῦ οιτης βαρύτονα μὴ ὄντα παρώνυμα διὰ τῆς οι γράφονται, Δαμοίτης, Ἀγροίτης, Μενοίτης, Φιλοίτης, Ἀτοίτης, Θαμοίτης, Λοίτης, Ἀνεμοίτης, Ἀροίτης, Ἀνδροίτης, Σακοίτης, ἀλοίτης. Τὸ πρεσβύτης, εὐλύτης, μεγύτης, βασανύτης, Ἀρχύτης, πιδύτης, ἀλκυονύτης σεσημείωται ὡς παρώνυμα διὰ μακροῦ τοῦ ῡ γράφοντα τὴν παραλήγουσαν Theogn. 46. Primum agam de iis quae diphthongum habent. Horum quatuor prima indubitata sunt. Ἀτοίτης vereor ne ex duplici errore natum sit, uno librarii qui sic pro ἀγοίτης scripserit, altero Theognosti ipsius vitiosam Hesychii vel antiquioris Glossographi scripturam Ἀγοίτης ὑβριστής caeca festinatione sequentis; namque ἀλοίτης scribendum est. Proximum ap. Arcad. recte scriptum Θυμοίτης, tertium pro Λαοίτης surrepsit, quod est Jovis Neptunique epitheton Paus. V. 24, 1. quintum Ἀροίτης pro Ὀροίτης κύριον Suid. nomen persicum in vulgus notum. Ἀνεμοίτης fuit Thebani cujusdam nomen v. Bernhardy

ad Suid. s. h. v. in codd. nonnullis per $\bar{\upsilon}$ scriptum, ut *Ἀνδρύτης* in Inscr Boeckh. T. I. n. 7. pro *Ἀνδροίτας* Schol. Apoll. II. 159. *Σακοίτης* quid sit suspicari licet ex Hesychii glossa *σάκοιται οἱ ἱστῶντες τὸν κέραμον*, hoc est *σηκασταί* libratores ut sacoma libramentum. Ultimum est appellativum vel illud, pro quo nunc apud Homerum legitur *ἀλοίτης*, vel homonymon. EM. *ἀμορμεύεσκεν συνωδοπόρει· σὺν δ' ἡμῖν ὁ πελαργὸς (λέπαργος) ἀμορμεύεσκεν ἀλοίτης* (Callim. Fr. 475.) *ἀμορμεύοντο διεκόμιζον. Νίκανδρος νωθοὶ γὰρ κάμνοντες ἀμορμεύοντο λεπάργῳ — τῷ ὄνῳ, ἐπεὶ κατὰ κοιλίαν λευκός*, unde patescit illum *ὄνον τὸν ἀλετρεύοντα* significasse et aut *ἀλεστής* scripsisse aut sibi licitum putasse ut ab eodem verbo *ἀλοίτης* vel *ἀλείτης* derivaret, quod ut faceret permittebat homericum nomen ab homonymo *ἀλέω* derivatum et verbum *ἀλοιᾶν* sive *ἀλοᾶν*. Ceterum multa in illo catalogo praetermissa sunt, nec solum composita *ἀκοίτης, παγκοίτης*,[7] *ὀρειφοίτης*, sed etiam simplicia *Διοίτας* Polyaen. II. 36. (omiss. in Th.) *Κλεοίτας* Paus. *Ξενοίτας* Polyb. V. 45. *Πυλοίτης* Nonn. XXVI. 216. *Μαλοίτας* Arcadiae fluvius Paus. VIII. 36, 1.[8] quae a nominibus ducta esse apparet, neque alia fuit Eustathii sententia p. 113, 3. *Μενοίτιος πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ι ἐκ τοῦ μένος ὡς Φιλοίτιος ἐκ τοῦ φίλος καὶ Θυμοίτης καὶ Δημοίτης ἀπὸ τοῦ θυμός καὶ δῆμος*, resque tam manifesta est ut ne a Theognosto quidem negari potuerit. Ergo quod in principio canonis legitur *μὴ ὄντα παρώνυμα*, aut ex alio loco huc translatum aut graviter depravatum est pro *μὴ ὄντα ἀπὸ πρωτοτύπων εἰς* $\overline{\upsilon\varsigma}$ ut *μῶλυς μωλύτης* etc. v. §. 8. Haud alia ratio est eorum, quae a nominibus urbium in $\overline{o\varsigma}$ et ω desinentibus declinata sunt; Ste-

7) Inter gentes fabulosas in Apollodori Catal. p. 419. memorantur *μονοτοκῆται*, quod Heynius in Fragm. p. 419. sine nota transmisit, Schneidewinus in Conject. p. 23. barbarum esse judicat *μονοτόκοι* scribendum ratus, eosdemque a Scylace *ἐνοτίκτοντας* nominari. Illud barbarum non esse ostendit haereticorum nomen *ἀφθαρτοδοκηταί*. Sed mendose scriptum est pro *ἐνωτοκοῖται* (*αι*) quod Scylaci restituendum esse jam dudum vidit Kieslingius. Id quoque fugit novissimum editorem Klausenium.

8) *Σιμοίτης* quod Reiskius ad Polyb. XXVII. 9, 7. perusitatum Graecis nomen esse dicit, mihi ignotum est.

phanus: *Βοῦτος καὶ Βουτώ, ὁ πολίτης Βουτοΐτης καὶ Βουτοίτης ὡς τῆς Σαβοῦς Σαβοΐτης καὶ Σαβοίτης, Κύβος καὶ Κυβώ, Κυβίτης ὡς Σαβίτης τῆς Σαβοῦς ἢ Κυβοίτης ὡς τῆς Βουτοῦς Βουτοίτης — Χομψώ Χομψοίτης ὡς Σαβοίτης — Ψενακώ Ψενακοίτης*, quae utrum sic scribenda sint an cum punctis diacriticis, in medio relinquam. Sed *φυλὴ Ἱπποθοῖτις* Paus. VIII. 53, 6. in codd. rectius *Ἱπποθοΐτις* ut *Δαμοθοΐτης* IV. 24. scribi videtur; nec plus fidei habet, quod apud eundem Stephanum scriptum est *Μερόη — ὁ πολίτης Μεροίτης ὡς τῆς Ἀρσινόης Ἀρσινοίτης*, nam cod. Rhed. *Ἀρσινοΐτης* praebet, nummi *Ἀρσινοήτης*, quorum illud s. *Ταύχειρα* legitur hoc s. *Ῥοδόη Ῥοδοήτης ὡς Ἀρσινοήτης*, ubi idem codex *Ῥοδοΐτης — Ἀρσινοΐτης* praebet ut ab *ἀλόη ἀλοῖτις, ῥόα, οἶνος ῥοΐτης*, sed eta tuetur Stephanus *Νινόη Νινοήτης ὡς πυλήτης, λιμνήτης.*[9] Quod Moschopulus scribit in Sched. 147. *ζειποίτης ὁ τοῦ θερμοῦ ἐν τοῖς λούτροις ἐπιμελούμενος* sine dubio nititur graeca etymologia quae in Cram. Schol. ad Tzetz. T. III. 357. legitur *ὡς τὸ ζέον ποιῶν*, sed fieri potest ut aquarioli barbari dicti sint *Ζειποῖται* sicut carnifices *Τράλλεις*. Namque nomen peregrinum est ut *Ὀροίτης* Persa, *Τιβοίτης* Bithynus Polyb. IV. 50. ubi Edd. vett. *Τιβίτης*, *Στιβοίτης* fluvius Hyrcaniae Diod. XVII. 75. idemque significat Pausanias V. 12. *Ζυποίτης — Θρᾷξ γένος εἰκάζοντί γε ἀπὸ τοῦ ὀνόματος*. Neque graece appellati videntur *Διμοίτης* ignotus homo Parthen. XXXI. (omiss. in Th.) *Ἐχοίτας* Hierapytnius in Inscr. *Σιπροίτης* Cres Anton. Lib. c. XVIII. Et de inclyto Pirithoi filio *Πολυποίτης* Eustathius p. 334, 24. ambigit utrum nomen hoc cum *ποιητής* compositum sit, quomodo isti *ζειποίτης* interpretantur, an cum *ποινητής* an potius *πολυπότην* significet, quae ceteris praestabilior videtur ratio etsi neque verbalibus iota interponi solet ut *δότης, βοτής, ἄροτος, κρότος, ὀνοτός* etc. neque primitivis *κότος, νότος*. — Secundae declinationis exemplum uni-

---

9) *Ἀρσινοΐτης* Strab. XVII. 812. Tzschuckius e codd. pro *Ἀρσινοήτης*. Stephanus *Ἀρσινοήτης* (Rhed. *Ἀρσινοΐτης*) *καὶ Ἀρσινοεύς*. Sic et *Ἀντινόη* sive *Ἀντινόεια Ἀντινοεύς, Ἀρόη Ἀροεύς*, sed *Βουθόη Βουθοαῖος, Οἰνόη Οἰνοαῖος* etc. *Ῥοείτης* fluvii nomen Strab. XIII. 602. apud Eustathium *Ῥοΐτης*.

cum esse credimus sponsore Theognosto p. 75. τὰ εἰς υτος εἴτε βαρύνεται εἴτε ὀξύνεται εἴτε κύρια εἴτε προσηγορικὰ διὰ τοῦ υ γράφεται Νέρυτος κ. τ. λ. Σεσημείωται τὸ ἄλοιτος ὁ ἄδικος καὶ μιαρός, cui adjici potest Βίτοιτος nomen Galli Appian. Mithr. CXI. Gall. XII. (omiss. in Th.) eaque diphthongus totam hanc familiam obsidet: ἀλιτός καὶ ἐπενθέσει τοῦ ο ἀλοιτός ἢ παρὰ τὸ ἀλοιᾷν ἔνθεν πατραλοίας. Καὶ ἀλοῖται κοιναὶ ἁμαρτίαι καὶ ἀλοιτεύειν EM. 69, 48. Cram. I. 79. ἀλοιτήεις et ἀλοιτεύειν ap. Hes. de quibus minus deliberate disputat Karstenius ad Emped. p. 300. Choeroboscus vero p. 169. epenthesis illius immemor ἀλείτης, inquit, παρὰ τὸ ἀλοίτης τροπῇ τῆς οι εἰς ει, ut et Eustath. 717, 27. ἀλείτω ἀλοιτός ὡς λείπω λοιπός cf. 1529, 51. quod contra alii ἀλοίτης cum aeolico ὄνοιρος compararunt. Minervae epitheton ἀλοῖτις Lyc. 936. (unus cod. ἄλοιτις) quid significet, non est traditum utrum ἀλιτηρίαν ut Ἀφροδίτη ἀνοσία Athen. XIII. 589. B. vel ut Ζεὺς ἀλιτήριος, ἀλάστωρ et παλαμναῖος parricidarum vindex, an ἀλετρίδα, quomodo Ἀλῆτις ἡ Περσεφόνη ὅτι τοὺς πυροὺς ἀλοῦντες πέμματα αὐτῇ προσέφερον EM. nam deae Daedalae etiam molarum inventionem attributam esse non repugnat; denique in hoc toto genere literae η ει et οι ita varie permiscentur ut dubitandi nullus sit finis. Velut in Schol. Il. IX. 571. τὰ εἰς ις παρώνυμα θηλυκὰ παρακείμενα τοῖς εἰς ης ἀρσενικοῖς βαρυνομένοις προπερισπᾶται εἰ φύσει μακρᾷ παραλήγοιτο, πρωθῆβις, πολῖτις, ἀλεῖτις, πλανῆτις, πρεσβῦτις, quis scripturae certus esse potest? Homericus ille Πολυποίτης in libris aliquot Paus. X. 26, 1. Πολυπήτης vocatur, Laji auriga a Pherecyde Πολυποίτης dictus est, ab aliis Πολυφήτης Schol. Eur. Phoenn. 39. et pro Πολυφήτης Il. XIII. 791. codd. aliqui et Edd. Πολυφοίτης praebent. Praeterea Θυμοίτης et Θυμαίτης, Θυμαιτάδαι et Θυμοιτάδαι crebro confusa sunt, idemque homo in Inscr. 2770. et 2771. Περείτης et Περίτης dicitur ac persaepe etiam ypsilon intercedere demonstrabitur in proxima §. Praeter ἀλοῖτις feminini nominis exemplum nullum satis certum affertur; Κοροῖτις ἀλώπηξ Hes. χοροῖτις v. ad Buttm. 431. et Unger. Paradox. Theb. 459. Ἄκοιτις ab hoc loco alienum. Neque adjectiva mihi innotuerunt; sed Arcadius p. 26. quum dicit τὰ εἰς οιτης ἰσοσύλλαβα βαρύνεται Δαμοίτης etc. significationem dat fuisse quaedam περιττοσύλλαβα, velut ἡγορ-

φοιτής, vel tale quid. — Diphthongus $\overline{ου}$ propria est nominum peregrinorum ut *Καρνοῦτοι* Strab. IV. 191.[10] *Παυζούτης* Magus Georg. Sync. Chron. p. 209. B. *Κάμβουτις* dux Gallorum Paus. X. 22, 2. *Κράμβουτις πόλις Αἰγύπτου — Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ο προπαροξυτόνως ὡς Ἄβοτις* Steph. Quod ap. Hesychium post *Κορμός* legitur *Κορκούτης αἰδοῖον ἀνδρός*, cum *κέρκος* cognatum videtur eodemque forsitan pertineat vulpis nomen *κοροῖτις*. *Κερουτίας* et *κερουτιᾶν*, cujus synonymon est *κορυπτιᾶν*, si quis ad verum redigere obstinet, ficticio *κερούτης* utendum erit.

§. 8. Nunc tractabimus canonis supra §. 7. propositi partem alteram *πρεσβύτης, εὐλύτης* etc. quae eadem referuntur p. 44. sed cum adjunctione oxytonorum *τὰ διὰ τοῦ* $\overline{υτης}$ *ὀξύτονα καὶ βαρύτονα διὰ τοῦ υ γράφεται — κωλυτής, μηνυτής*. *Ἐλύτης* quod hoc loco et *εὐλύτης* quod illo legitur, sine dubio idem est ap. Hes. *Ἐλλυτίς πλακοῦς τις*, ubi recte Albertius *ἐλλύτης* reponit ex Inscr. dorica, spiram fortasse significans ab *ἐλύω εἰλύω*, nam quod a Theognosto inter paronyma refertur, parum momenti habet. Pro ignoto *μεγύτης* si scripseris quod Hesychius offert *μερύτης ἀναιδής*, res eodem loco erit,[11] parique obscuritate circumfusa quae sequuntur *βασανύτης* et *ἀλκυονύτης*. Nam appellativa, quae omnibus nota sunt, aut topica quae a monte Basan et urbe Epiri Bassania et urbe monteve Halcyone duci possunt, a somniculosis librariis aliquando per ypsilon scripta eoque hominem nostrum in errorem inductum esse, fingere durum est. *Πιδύτης* est bellatoris Percosii nomen Il. VI. 30. quod EM. quidem ad *πιδύω* refert 671, 24. sed a Theognosto stat Arcadius p. 27. nomen illud paronymis adnumerans, ac jure; quippe *Πίδυς* memoratur Schol. Il. XII. 26. Mysiae fluvius antea Caresus dictus, cui vicina Percote. Ab hoc igitur vocalis penultimae transiit ad derivatum ut ad gentilicia solet: *Πίναμυς πόλις Αἰγύπτου τὸ ἐθνικόν Πιναμύτης, ὡς Αἴγυς Αἰγύτης· ὁ δὲ τύπος Αἰγύπτιος* Steph. qui tamen alia quoque profert *Κῶβρυς πόλις Θρᾴκης, Κωβρύτης ὡς Αἰγύτης, Μῶλυς — Μωλύ-*

10) Nominativum non reperi sed accentum posui more latino.

11) *Μεγανίτης* Achajae fluvius Paus. VII. 23, 5. ubi nullus tot codicum ypsilon substituit.

της τῷ τύπῳ τῶν Λιβυσσῶν πόλεων. Ex quibus fortasse *Αλγύτης* Theognosto restitui debet pro *μεγύτης*. Compluria ab eo praetermissa sunt; *Ἀπαρύται* gentis nomen Herod. III. 91. *Ἀσβύται* Ptolem. quod plerique *Ἀσβύσται* scribunt v. Ruperti ad Sil. Ital. II. 58. *ἀλύτης ῥαβδοφόρος* apud Eleos EM. 72, 12. cujus impositio non extat, *παλλύτας ὄργανον βασανιστήριον* Hes. idem quod alio loco dicitur *καταπέλτης εἶδος βασανιστηρίου ἐν ᾧ ἐξαρθροῦσι τὰ ἄρθρα οἱ δήμιοι*, id autem convenit a verbo *πάλλειν* derivatum esse unde composita *ἐκπαλής* et *ἐκπαλεῖν* de luxatione ossium et articulorum dicuntur. In Hesychii loco *Πελλυταί οἱ δεσμοὶ οἱ περὶ τὰ σφυρὰ καὶ τοὺς ἀστραγάλους εἰς τὸ μὴ ἐκστραφῆναι*, ubi mutato accentu scripserim *πελλῦται*, significantur vincula scortea, quae Aeschylus *πέλυτρα* vocat a *πέλος* sive *ἄπελος* pellis, de quo alibi disserui. Postremo nescio an haec terminatio reddenda sit duobus vocabulis ab Hesychio traditis: *Ἱερόλας ἱερεύς* (cod. *ἴσισυς*) *Σοφοκλῆς ὡς καὶ τὸν γέροντα γεροίταν ἢ γεροντίαν* (cod. *γεροιδὰν ἢ γεροῦντος*) *λέγει*. Etenim idem *γερύτας* pro *γέρων* alicubi dictum esse invenit. Quemadmodum vero *Ἀνεμοίτης* et *Ἀνεμύτης*, *Ἀνδροίτης* et *Ἀνδρύτης*, *Ζειποίτης* et *Ζιβύτης* (v. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 16.) indiscreta sunt, sic etiam *γεροίτας* et *γερύτης* intelligitur specie modo differre, re unum sonare: *γερύτας* autem a *γέρυς* derivatum est, quod Hesychius *γέρων* interpretatur. Huic simile nomen proprium *Ἱεροίτας*, quod cum latino *Sacerdos* conferri potest, legitur in Mitylenaeorum nummo quodam; appellativum hinc declinatum Hesychius promit: *Ἱερεῖτιν καθαρμοῦ δεομένην ἱκέτιν· Αἰσχύλος Ἰξίονι*, ubi in cod. *ἱερείτην* scriptum est. In Adag. App. Vat. p. 303. *ὄβολον εὗρε Παρνύτης*] *Καλλίστρατος Ἀθήνησι πολιτευσάμενος ἐπικαλούμενος Παρνύτης μίσθον ἔταξε δικασταῖς*, ubi Schottus Erasmum e schedis suis *Παρνοίτης* edidisse refert. *Παρνύτης* Valesius restituit Hesychio s. *Παρνόπη Καλλίστρατος*, sed dubitari potest an vera nominis scriptura fuerit *Παρνόπης*, si praesertim illud hemistichium iambicum est; nomen ipsum a *παρνώ ἀκρίς* Hes. sive *πάρνοψ* derivatum videri potest.[12] Inter Rutulos Turni Virg. XII. 514.

12) Meinekius *Παρνοπίς* maluit Vol. IV. 700. *Πάρνων ὄρος* Paus. II. 38. *Πάρνος* Atheniensis Diogenian. VIII. 27.

unus est *Onytes*, nomen nimis quam variabile, non hoc solum loco ubi codd. Onites, Onithes, Orontes praebent, sed etiam Herculis e Megara filius a Schol. Lucian. Dial. Deor. XIII. *Ὀνύτης*, ab Apollodoro *Ὀνείτης*, in Sch. Lyc. 38. *Ὀνίτης* vocatur, ab eodem, ut arbitror, verbo unde *Ὀνήτωρ* et *Ὀνατᾶς*. Nomen Arcadis cujusdam *Δινύττας* Paus. VI. 8, 2. (omiss. in Th.) in multis codd. rectius *Δινύτας* scribi videtur a *Δεῖνις* sive *Δεῖνυς* ductum ut *Διονύτας* Inscr. 3137, 33. v. Keil. Onomat. p. 3. a *Διονῦς* fortasse; rex Lydiae *Ἄδραμυς* idem et *Ἀδραμύτης* vocatus est. Nomina secundae declinationis barytona et oxytona, propria et appellativa Theognostus p. 75. haec affert *Νέρυτος κύριον, πινυτός, Ἄνυτος, Μάδυτος πόλις, Αἴπυτος, Ὄρυτος, Ὠκυτός, ὀξυτός, φορυτός, ἀρυτός, Βήρυτος, κωκυτός, Κόρδυτος, ὠρυτός, Κολλυττός.* Horum primum *Ἔρυτος* heros esse videtur, cujus nomen a verbo *ἐρύω* derivatum ut *Ἄνυτος* et a *πνέω πινυτός* cum metalepsi vocalis ut a *χέω χυτός*, et ab eodem *πνέω ποιπνύω*, ab *ὄρνυσθαι Ὄρνυτος*, quod illo loco reponendum pro *Ὄρυτος*. Alia ab adjectivis in *ῡς* desinentibus orta: *παρὰ τὸ εὐρύς Εὔρυτος ὡς αἰπύς Αἰπύτης* (*Αἴπυτος*) EM. 396, 51. ab *ὠκύς Ὤκυτος* Herod. VIII. 5. non *Ὠκυτός* ut ap. Theogn. editum est; ab appellativo *βότρυς βοτρυτός*, quod Hesychio restituendum pro *βοτρυμός τρυγητός*. Quod sequitur *ὀξυτός* indicio est lacunae sic fere explendae *ὀξύτονα δὲ τὰ μακρῷ τῷ υ παραληγόμενα*, de quibus Stephanus *Βηρυτός ὀξύνεται ὡς τρισύλλαβον καὶ μακρὸν ἔχει τὸ ῡ ὡς τὸ κωκυτός, γωρυτός, Κορδυτός πόλις. Τὸ Σεβέννυτος τετρασύλλαβον*, apud quem etiam *Μαδυτός* scribitur sed proparoxytonon est Herodo. VII. 33. et Demosth. p. Cor. 256. penultima brevi, si reciprocatur Arcadii canon p. 82. *τὰ εἰς τος ὑπερδισύλλαβα παραληγόμενα ῡ βραχεῖ κύρια ὄντα βαρύνεται*, longa vero si ex aliis urbium nominibus existimandum est *Καρδυτός ὡς Βηρυτός* Steph. nec repugnat Zarrhytus Vibonis cognomen quippe compositum. Pro *ἀρυτός* nihil succurrit praeter *Ἄκυτος νῆσος* Steph. et *ἄβρυτοὶ εἶδος ἐχίνων θαλασσίων* Hes. qui infra *ἄμβρυτοι* vocantur, ab Aristotele *βρυσσοί*, nam verbale *ἀρυτός* non legitur ac ne proprium quidem *Ἄρυτος* Pythagorei nomen Jambl. V. P. 36, 267. (524.) satis tutum habeo ob vicinum *Ἄνυτος*.

Et *ὠρυτός*, pro quo *ὠρυθμός* receptum est, vereor ne corruptum sit pro *γωρυτός*. De quo si satis constaret quod Hesychius tradit *Γωρυτός — οἱ δὲ χωρυτόν*, explorata esset origo nominis quam Grammatici tradunt, *παρὰ τὸ χωρεῖν*.[13] Nunc pro illa sententia nihil aliud afferri potest nisi cognatio nominum *χνόη κνόη* et *κνοῦς*, *χολάς* et *κόλον* (*ἔντερον*) Schol. Il. XXI. 181.[14] *κάραβος* et *χηραφίς*, neque falli videntur, qui *κεκαδών* pro *χαδών* accipiunt v. EM. 409, 14. v. Adn. ad Buttm. II. 322. postremo latinum corytus facilius e *χωρυτός* fieri potuit quam e *γωρυτός*, quia saepius aspirata in non aspiratam quam gamma initiale in *c* mutatur; quam in rem quae viri docti afferunt, praeter unum *γοῦνος* cunnus nullius sunt ponderis. Verum aliam viam ingressus est Salmasius qui in Exercc. Plin. 263. F. *γορυτός*, ut apud Hesych. scribitur,[15] comparat cum Festi testimonio *Scrautum* (cod. scorteum) *pelliceum in quo sagittae reconduntur, appellatum ab eadem causa qua scortum; σκύτος enim pellis dicitur*, neque aliter existimat de synonymo, quod Grammatici ab eodem verbo repetunt, *παρὰ τὸ χωρεῖν ὁ κώρυκος γέγονε* Eust. 1534, 52. cum *σκύτος* autem connexa esse *σκώρ* (*σκάτος*, *σπάτος*) *χόριον* corium, *χορδή*, alio loco declaravi. Quod ultimum est in Theognosti parapegmate *Κολλυτός* demi nomen non raro duplici *ττ* scribitur ut *Ἀδραμυττεῖον δι' ἑνὸς τ καὶ διὰ δυοῖν ἀπὸ Ἀδραμύτου κτιστοῦ* Steph. qui genitivus legitur etiam apud J. Lydum de Mens. IV. 7. p. 67. sed duplici *τ*, simplici vero *Ἀτράμυτος* Schol. Hes. Opp. 161. ubi cod. *Ἄτραμυς* ut Steph. *Ἄδραμυς*, longa, ut ex geminatione apparet, vocali, quae in nomine promontorii *Μασσίκυτος* corripitur Quint. III. 234. VIII. 107. Psamytus Galatiae rex v. Eckhel. Doctr. III. 183. quomodo pronunciandum sit non constat, sed *Μίνυτος* Niobae filius Apollod. III. 5, 6. procul dubio sic ut *Ἄνυτος*, et fortasse *Πίνυτος* scribendum est; nam Tzetzes Chil. IV. 421. inter Niobae filios *Εὐπίνυτον* refert

---

13) Schol. Od. XXI. 54. *γωρυτός παρὰ τὸ ἀορεῖν τὸν ῥυτόν* scrib. *χωρεῖν. Τόξον ῥῦμα* Aesch.

14) *Χολάδες τὰ ἔντερα ἀπὸ τῆς κοιλότητος ἢ τοῦ κεχαλάσθαι ὅθεν καὶ κῶλον* (scr. *κόλον*) *ἢ ὅτι τὴν χολὴν ἔχει*, aptius sane.

15) Hoc modo excusari potest Sidonius qui *corytus* usurpavit pro tribrevi.

(omiss. in Th.) Positione longam penultimam habet nomen plebejum a Photio memoratum *Σάβυττος* — *τὸ γυναικεῖον, ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι καὶ βύεσθαι*, et paullo post *Σάραβον τὸ γυναικεῖον οἱ κωμικοὶ καλοῦσι καὶ σάκταν καὶ σάβυτταν* (sic) sed etymo caret. Et Cres quidam *παῖς ὁ Πολύττου* Anth. VI. n. 126. sed Brunckius et alii ex apogr. Lips. *Πολύγγου* praeferunt, quod ex *Πολυγόνου* contractum putant (ut *νεογνός, δίφρος, μεσόδμη*) nec longe distat *Πολύλλου*. Atticum quidem nomen *Πολυτίων* Pherecrat. ypsilon breve habet nec simplex videtur ut *Ὀρυτίων* Paus. II. 4, 3. ab *Ὄρυτος, Ἰφιτίων* ab *Ἴφιτος, παρὰ τὸ εὐρύς Εὔρυτος Εὐρυτίων* EM. 396, 51. a Socrates Socration Catull. c. XLVII. ab *Ἱππότης Ἱπποτίων*,[16] sed compositum ut *Ἀνδροτίων*. Feminina primae declinationis sunt mulierum nomina a masculinis declinata *Ἀνύτη, Πινύτη*[17] et urbium *Ἀφύτη ἢ Ἄφυτις καὶ Ἀφύτεια ἀπὸ Ἀφύτου τινός* Steph. *Κοσύτη* Umbriae, quibus adjungantur *Διονύτεια* Pamphyliae, *Βέρυτις τρωικὴ πόλις, Κάνυτις* Syriae, *Ζήβυττις* Libyae — *Ἄμυτις* Xerxis filia Ctesias Phot. p. 57. Tzetz. Chil. I. 96. quae *Ἀνοῦτις* dicitur circumducta penultima Athen. XIII. 609. A. ut *Χελῦτις* Dianae epitheton. Appellativa nulla sunt praeter verbale *ἀϋτή* ab *ἀΰω* ut *ἀάτη* ab *ἀάω*, nam *πινυτή* iis adnumerari potest quae ex adjectivis facta sunt substantiva v. Parall. 360. Pro *Κορύτει τῇ κεφαλῇ* Hes. Musurus edidit *κορύτῃ*,

---

16) Hoc tamen ambiguum est simplex sit an compositum ut *Ἀνδροτίων, Πολυτίων*, sed *Ἀρχετίων* Dem. c. Mid. 558, 21. ab *Ἀρχέτης* (ut *Ἀλκέτης*) declinatum dixerim; Archetius Virg. Aen. XII. 459. Rutuli nomen fortasse barbarum magis quam graecum; Aegyptius quidam *Φιλιτίων* Herod. II. 128. cujus scriptura in codd. variat; si Graecus esset, *Φιλιστίων* scriberem, vel *Φιλητίων* Corp. Inscr. n. 898. a *Φιλήτης*.

17) Hoc Herodianus acuit, fortasse ob masculinum *Πινυτός* v. Lehrs. Aristarch. 292. Arcadius *Πινυτή τὸ ἐπίθετον, Πινυτή δὲ τὸ κύριον*, ubi in cod. *Πινύτη δὲ* scriptum est, ut nescias utrum hic a sententia magistri discesserit an sic scripserit *πινύτη δὲ τὸ προσηγορικὸν, τὸ δὲ κύριον Πινυτή*. Appellativum nonnullos gravasse testatur Schol. A. ad Il. VII. 289. vulgo acuitur aut quia natura adjectivum est aut quia a *πινύω* derivatum ut *τελετή* et *βιοτή*, quanquam hujus etiam masculinum extat *βίοτος*. Praeter *βιοτή* et *πινυτή* in usu sunt *βιότης* et *πινυτής*, sed his simillimum *ποτής* potio feminino caret; nam *λότος* modo reperitur.

cujus manifesta est cum *κόρυς* cognatio sed scriptura incerta. Paragoge singularis exempli est *νηπύτιος* a *νήπιος*.

§. 9. *Τὰ εἰς ωτος ὀξύνεται περνωτός*,[18] *τορνωτός*, *χρυσωτός*, *Βοιωτός*, *μυωτός* etc. Arc. 82. quorum unum solum commemoratione dignum erat *Βοιωτός*, a *βοῦς* derivatum ut *βοώτης* v. Euphor. Fragm. XLIX. ut a *λίβανος λιβανωτός* et *κιβωτός ἴσως παρὰ τὸ κίβος ὅ ἐστι τροφή* EM. sed hoc rectius a *κίββα πήρα* Hes. unde *κίβισις πήρα ἡ κιβωτός* Schol. Hes. Scut. 224. Salmasius vero Exercc. Plinn. p. 680. A. cum aegyptiaco *κιβώριον* contendit, hebraicumque putatur *θίβη πλεκτόν τι κιβωτοειδές* Hes. qui quod subjicit *θίβωνος κιβωτός*, fortasse non sic scripsit sed *θιβωτός*. A verbo *ἄω*, ut creditur, *ἄωτος* sive *ἄωτον* barytonon et *μυττωτόν οἱ Ἀττικοὶ ὑπότριμμά τι μετὰ σκορόδου. Εὔπολις δὲ τὸ ἄμυλον λέγων φησὶ τὰ συκάρια ἐποίησε μυττωτὸν πολύν.*[19] *Κυρίως τὸ ἐκ σκορόδων καὶ τυροῦ καὶ ὄξους ὑπότριμμα παρὰ τὸ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμὴν τροπῇ ἀττικῇ καὶ πλεονασμῷ ἀντὶ τοῦ μυσωτός. Καλλίμαχος ἣν ἐντρίψαντο μυσωτόν* Erotian. et Sch. Ar. Vesp. 62. unde Scaliger ad Catull. p. 157. latinum *moretum* conversum putat, cujus *nares acer jaculatur apertas spiritus* Moret. 106. *Καρωτόν* non graecum esse Schweighaeuserus ad Athen. T. V. 30. colligit ex Neophyti verbis *σταφυλῖνον ἄγριον οἱ Ῥωμαῖοι καρωτόν.* Hi autem carotam vocant fortasse a *κάρος* sive *κάρον* careum, cujus radix pestinacae modo editur. Propriorum accentus instabilis est; *Βουθρωτός* sive *Βουθρωτόν*, quod si compositum idemque esset quod *βούτρωτος*, ut Stephano placuit, gravari oporteret, *Ἀραχωτοί* Strab. *Ἀποδωτοί* s. *Ἀποδοτοί* Thuc. *Θεσπρωτοί* etc. sed *Ἄσβωτος* Thessaliae urbs, *Μάσκωτος* Libyae Steph. *Κάῤῥωτος* Cyrenaeus Pind. *εἰς Ἕρμωτον* (omiss. in Th.) Arrian. I. 12, 11. cujus genus ignotum est. Masculina primae declinationis sunt primum propria ut *Μωλώτης* Corcyraeus in Corp. Inscr. n. 1845. l. 37.

---

18) Theognostus p. 76. *περωτός*, unde elicias *πτερωτός*.

19) Fragm. T. II. 498. Quum vero ficus neque amylo conveniant neque memorentur in confectione moreti v. Schneider. ad Theophr. T. III. 576. scribi malim *τὰ φυτάρι᾽ ἐξεποίησε μυττ. πολύν*, sicut vinitores *βότρυς ἐκποιεῖσθαι* dicuntur etc.

et 1848. *Ὑδρaώτης* Indiae fluvius v. Muetzell. ad Curt. T. II. 819. *Ἀραχῶται* i. q. *Ἀραχωτοί* Eust. ad Dion. 1097. partim paronyma, a *θοός* (*Θόων*) *Θοώτης*, *Λυκώτης* Ovid. Met. XII. 350. Calpurn. Ecl. VI. 26. notissimumque *Φιλώτας*, a quo differt *Φιλητᾶς* verbale ut femininum *Φιλῶτις* Antiphanis fabula v. Meinek. T. III. 130. idemque libertinae Romanae nomen Polyaen. VIII. 30. (ubi oxytonon est) a *Φιλητίς* Anth. VI. 225.[20] et ingens numerus gentiliciorum, de quibus idemtidem admonet Stephanus *Ἴρος — Ἰρώτης ὡς Ἠπειρώτης, Μαλλώτης, — Ἴσβος Ἰσβώτης — Ἄκτιον Ἀκτιώτης ὡς Πηλιώτης, Ζεφυριώτης· ἄμεινον δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ Ἀκτία ὡς Πελασγία Πελασγιώτης — Κάσιον Κασιώτης ὡς Πηλουσιώτης* etc. Secundo appellativa, pleraque quidem denominativa ut a *κλοιός κλοιώτης δεσμώτης* Hes. a *κῶλον*, nisi me conjectura fallit, *κωλώτης*, quasi pedonem dicas; sic enim lacertas dictas suspicor ab incessu, quem pedum obliqui motus perquam notabilem reddunt *οἱ γὰρ κροκόδειλοι καὶ σαῦροι καὶ ἀσκαλαβῶται καὶ χελῶναι*[21] *ἐκ τοῦ πλαγίου προςπεφυκότα τὰ σκέλη ἔχει καὶ κάμπτει ἐπὶ τὸ πλάγιον* Aristot. de Incess. XV. 713. a. 17. Neque aliam originem habet grallatorum nomen *κωλοβαθρίσται*, qui et *καλοβάται* dicuntur et *καλοβάμονες*, seu quia grallae ligneae sunt sive etiam *κῶλον* et *κᾶλον* (cala, clava) re unum sonant, hoc est teres quiddam et cylindratum ut *σκυταλίδες* et *φάλαγγες* internodia digitorum, partesque corporis extremae ac praecipue crura vocata sunt *κᾶλα*, quia ad reliquum corpus eam ferme rationem habent, quam suri ad truncum arboris.[22] Haud improbabilis certe C. Scaligeri conjectura su-

---

20) Hic Brunckii accentus est, in cod. *Φιλήτιδος* legitur. In primo versu *ὄρος ἄκριτον αἴτε νέμεσθε* scribendum videtur *ἄβροτον*. In proximo Epigr. 226. *τοῦτο Κλείτωνος ἐπαύλιον* ad versum explendum interponi potest (*τοῦτό*) *γέ τοι* et paullo post *τοῦτό τε ῥωπεῖον ὀλιγόξυλον* scribi pro *ῥωπεύειν*.

21) *Ἀγκύλα γυῖα χελώνης* poeta ap. Schol. Arist. Eqq. 534. *Χέλυς σαῦλα πόσιν βαίνουσα* H. H. in Merc. 27. Similem hominum incessum exprimunt verba *διασαυλοῦσθαι* et *σαυλοπρωκτιᾶν* id est *τὰ ἰσχία περισπᾶν cevere*, nomenque saltationis obscenae *καλλίβας* et *καλλαβίς* sive potius *καλαβίς*.

22) *Τὸ ἀπὸ τραχήλου μέχρις αἰδοίων κύτος τοῦ σώματος κορμὸν καλοῦσιν ἰδιωτικῶς* Eust. 835, 50. ut Latini *truncum*.

ram a similitudine suri nomen accepisse; pro quo etiam hoc afferri potest quod ἡ κνήμη nunc κανίον et καλαμοπόδαρον dicitur v. Coraes ad Heliod. p. 115. Haec in opinione posita. Alia attuli ad Buttm. 433. inque his pauca a verbis derivata σαώτης Liberi patris cognomen Anth. IX. 603. πταώτης ἐπτηχώς Hes. Sunt etiam paraschematista; ἀσκαλαβώτης pro ἀσκάλαβος et quod Schol. Nic. Th. 484. Atticis assignat, γαλεώτης pro γαλεός. His adnexa sunt feminina δενδρῶτις, πυργῶτις etc. accentu distincta ab homoteleutis quibus nulla praecedunt masculina in ωτης ut Ἑλλωτίς Minervae epitheton παρὰ τὸ ἕλος ἢ παρὰ τὸ ἑλεῖν EM. ἐρωτίς amica, Λαμωτίς regio a Lamo fluvio, ut videtur, appellata v. Tzschuck. ad Strab. XIV. 690. Et masculina tertiae declinationis a κόρση κορσωτήρ sive κορσωτεύς, a χιλός χιλωτήρ fiscella s. capistrum, a σαύρα vel σαῦρος (unde σαυροβριθής) σαυρωτήρ etc. Feminina primae declinationis afferunt Arcadius p. 114. et Theogn. 117. τὰ τῷ ω παραληγόμενα βαρύνεται Κριθώτη, Περκώτη, Γεφυρώτη, Γιγγλιμώτη· τὸ δὲ μηλωτή, κηρωτή ὀξύνεται καὶ τὸ οἰσπωτή, quam regulam, quantum ad urbium nomina, libri nostri partim ratam faciunt, partim irritam v. Goettling. de Acc. p. 162. Postrema aliquid vitii contraxisse videntur; nam quod regulae convenit, βαλλωτή sive βαλωτή marrubium deest proque eo subiit οἰσπωτή, quod gravari solet et debet si a πάτος compositum cum trope vocalis ut EM. censet, etsi πάτος dicitur ῥύπος παλαιστρικός v. Galen. de Simpl. Med. X. 3, 309. T. XII. Sin ab οἴσπη derivatum est ut μηλωτή, acui oportuit. Incertum est Ἀβρωτή Onchesti filia Plutarch. Quaest. Gr. XVI. Adjectivum unum novi ab adverbio ductum μάψωτος μάταιος Hes.

CAP. V.

De affectionibus.

§. 1. Terminatio, cujus consona prima est delta, nulla saepius mutatione afficitur quam vocalis iota. Namque non solum Graeci recentioris memoriae μισάδιος receperunt pro μεσίδιος et μισαδιάζειν pro dimidiare, sed etiam deminutivis, quae antiquitus in ιδιον terminata sunt, alpha obrepsit, ὀσ-

φράδιον v. C. I. §. 1. πηγάδιον, γλυκάδιον pro γλυκίδιον vel γλυκείδιον, nam utrumque reperitur sed posterius probat Etym. Gud. p. 126, 51. γλυκείδιον ἀπὸ τῆς γλυκέος γενικῆς ὡς πράξεως πραξείδιον, λέξεως λεξείδιον, pro quibus rectius ὀξείδιον attulisset Suidae memoratum, quanquam id quoque iota simplici scribi convenit ut ξιφίδιον, quod ap. Suidan adversus legem EM. 147, 18. ξιφείδιον scribitur, et contra quae a genitivo εως orta sunt, per iota ut ἐχίδιον Arist. H. A. V. 34. p. 558, 29. (codd. aliqui ἐχίδνιον) ὀφίδιον VIII. 29. p. 607, 27. Mirab. c. CXLIX. (utroque loco Bekkerus ὀφείδ.) Apollon. Hist. XII. ὀρχίδιον (non ut Stephanus dicit ὀρχείδιον) Diosc. III. 141. in numero plurali ut pleraque talia, πολίδιον Strab. VIII. 344. IX. 412. X. 446. quibus omnibus locis codd. et Eustath. diphthongum praebent ab editoribus spretam sed servatam in ὀφείδιον XV. 706. κτησίδιον Nicet. Ann. VIII. 3, 134. ῥησίδιον Olympiod. in Plat. Alcib. p. 3. et 4. ed. Creuz. ἐντευξίδιον Epict. Diss. I. 10, 9. cujus vitium arguunt κτησείδιον I. 25, 24. ὑποληψείδιον IV. 1, 140. Ad haec ἀμφορίδιον Poll. X. 30. (cod. ἀμφορείδιον, quod Kuehnius non recte cum ἀγγείδιον comparat) quorum nonnulla fortasse editores invexerunt sicut Kuesterus ap. Suidan s. Ἔρσις τὸ πλεξείδιον tacite scripsit πλεξίδιον certe contra Lexigraphi sententiam qui ἐχείδιον, ὀρχείδιον, ὀφείδιον, ταξείδιον, τροπείδιον suo quidque adnotavit loco excerpta ex libris artigraphorum v. Theodos. Gramm. p. 70. sq. Moschopul. Sched. p. 100. Philem. 1. §. 96. et Choerobosc. in EM. 147, 12. quorum nullus meminit exceptionis ab uno additae EM. 347, 54. ἑξείδιον εἰ μὲν ἀπὸ τῆς ἕξεως γενικῆς ἐστι, γράφεται δίφθογγον· εἰ δὲ ἀπὸ τῆς ἕξιος ἑξίδιον, quod et Zonaras tradit s. Λεξείδιον p. 1299. De patronymicis propriisque Ἡρακλίδης in Corp. Inscr. n. 1997. Ἀριστίδας n. 2531. (nisi hoc ad Ἄριστος pertinet) Ἀντιγενείδης v. Gaisford. ad Suid. s. h. v. similibusque loquutus sum in Parall. p. 5. et in appellativis μελεδών μεληδών qua lege vocales permutentur exposui in Adn. ad Buttm. 407. Obmutescit iota in nominibus Boeotiis Ἀρχώνδας, Κρεώνδας, Φρυνώνδας etc. — Vocales quae theta anteeunt saepe inter se commutari animadvertimus seu errore librariorum sive inconstantia consuetudinis: Φάρβαιθος Steph. Φάρβηθος Strab.

et alii, Ἄραιθος Epiri fluvius Lycophr. 408. quem Livius modo Arethontem vocat XXXVIII. 3. modo Arachthum ut Strabo et Polybius scripsisse videntur v. Interpr. ad Dicaearch. Descr. v. 42. et Arcadicorum scriptor Ἀρίαιθος Ariethus v. Vater. ad Eur. Rhes. p. 88. not. Pro κακιθός ὁ κακιζόμενος Suid. Bernhardy ex Arcadio κακηθός reponi jubet, quod hodie non reperitur, illud saepius sed tantummodo apud Grammaticos parumque ad normam factum. Λάπαθος Cypri urbs Strab. XIV. 682. fortasse dorice, ut Φαρκαδών et Φαρκηδών v. Tzschuck. IX. 634. nam vulgo Λάπηθος vocatur. Ψίαθος atticum esse, ψίεθος commune dicunt Grammatici. Saepissime vero ante tau mutantur vocales. Primum alpha et epsilon in obsoleto nomine καίατα, καιᾶται et καιετοί,[1] quibus accedit καιάδας carceris laconici nomen. Tum praecipue eae, quae Graeci oris patrii degeneres in unum sonum literae iota confudere. Sic Eustathius p. 264, 29. cum Μούνιτος et Λήιτος temere componit Θεοδώριτος et Ἐπίκτιτος. Hesychius in glossa mutilata post Ὀνίστειοι posita Ὀνείτης ἥρως (fort. ἥρωος) ὄνομα καὶ ἴσως ἂν εἴη, diversam nominis scripturam indicasse videtur. Ὀνίτης Nonn. XXVIII. 112. Ὀνήτης Herod. VII. 214. sive dorice Ὀνάτας Paus. VI. 12, 1. VIII. 42, 5. X. 13, 5. quibus locis omnibus ex libris et Edd. vett. Ὀνατᾶς affertur. Et fieri potest ut ille sic scripserit Ὀνίτης — καὶ ἴσως ἂν εἴη ὁ ἄλλως Ὀδίτης vel Ὀφίτης καλούμενος, sic enim idem heros vocatur v. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. XIII. a diverso utique principio ut et Ὀνίτην Asinium vel Asellionem interpretari possumus. Similis huic dubitatio mota ab EM. 604, 42. νηρίτης κοχλίας θαλάσσιος. Τινὲς λέγουσιν ἀπὸ τοῦ Νηρεύς, ἀλλ' ὤφειλε γράφεσθαι διὰ διφθόγγου· ὡς ἀπὸ τοῦ ὀρεύς (scr. Ὠρεύς) ὀρέος ὀρεΐτης καὶ ὀρείτης. Ὁ δὲ τεχνικὸς λέγει ἀπὸ τοῦ Νηρηίς· ἀλλ' ὤφειλεν εἶναι νηρηίτης. Ἀλλ' ἔστιν νέω (νήχομαι) νήσω· ἐκ τούτου νηρός, ἐξ οὗ νηρίτης ὡς τό-

---

1) Haec cum vocabulis ejusdem significationis κῶς seu κῶος τὸ ὄρυγμα (carcer) κέαρ foramen manubrii et acus, κύτος alveus, κοῖλος cavus, coum, stirpitus cohaerere non dubium habetur sed scriptura secundi et tertii perincerta; καιᾶται malui scribere quam καιάται, quia Strabo ei confert latinum *Cajeta.*

πος τοπίτης. Non improbabilis haec videtur conjectura *νηρίτης* et *ἀναρίτης* (ut *νῆττα* anas) proprie significare *τὸν νηρόν* marinum; quodque in Arist. H. Ann. V. 15. p. 547. b. IV. 4. p. 530. a. et saepius scriptum est *νηρείτης*, fortasse nihil aliud quam iota longum indicat ut *ἀκρείτης*, *χαρακείτης*[2] et multa ejusmodi, quibus nescio an adjici possit *ἀγλεῖτις οἰκέτις* Hes. *ἀγλίτης οἰκέτης* EM. quorum origo latet. Frequentior est longarum vocalium vicissitudo *Κάστνιον* — *Καστνιήτης· ἔδει δὲ Καστνιώτης ὡς Πηλιώτης* Steph. qui a similibus *Κασιώτης*, *Ζεφυριώτης*, *Πηλουσιώτης* ducit et a femininis *Ἐλιμειώτης*, *Ἀλεξανδρειώτης*, *Μασσαλιώτης*, quod tamen non raro per eta scribitur v. ad Phryn. 700. ad Buttm. 433. nec solum apud scriptores ionicos, quorum est *Ἰταλιήτης* Antioch. ap. Dionys. Antt. I. 12. (omiss. in Th.) *Μαιῆται* et *Μαιῆτις* Herod. sed idem nonnunquam per *ῶ*, ut *Ἱστιαιῆτις* et *Ἱστιαιῶτις*, uno autem modo *Φθιῶτις*, *Θεσσαλιῶτις*. Illi vero *Μαιῶται* etiam *Μαῖται* nominantur in Inscr. v. Boekh. Vol. II. p. 101. Nominum *Φιλήτης*, *Φιλώτης* et *Φιλοίτιος* similitudinem supra attigi; postremo simillimum est Agroetius Grammatici nomen ab *Ἀγροίτης* derivatum ut *Μενοίτης Μενοίτιος*. Jam hoc *Ἀγροίτης* ex *ἀγρότης* factum esse Grammatici haud temere contendunt, utrumque ab *ἀγρός* ducentes, unde etiam *ἀγρίτης ὡς τόπος τοπίτης* Steph. et *ἀγρώτης*, *ἀγρότης* autem cum *ἱππότης* conferendum, *ἀγρίτης* cum *ἱππίτης* Hes. et proprio *Ἱππίτης*, qui homo etiam *Ἱππότης* dicitur nec dubito quin ab *Ἵππυς* propagari potuerit *Ἱππύτης* et a *Δέννυς* (*Δεῖνις*) *Δεννύτης*. Denique *ἀνεμώτης ὄνος τοῖς ἀνέμοις θυόμενος* Hes. et quod pro eo in EM. scriptum est *ἀνεμύτης*, propriumque Thebani proditoris nomen *Ἀνεμοίτας* et Minervae ventos tranquillantis epitheton *Ἀνεμῶτις* Paus. IV. 35, 5.

§. 2. Nunc dicam vocales ancipites quomodo nunc corripiantur contra naturam nunc producantur. Regula est antiquitus sancita *τὰ εἰς ῑτης μακρά ἐστι* EM. 447, 27. quae pariter valet de nominibus in *ῡτης* derivatis. Illam violavit Ja-

2) Anth. VI. 294. *παρακείταν νάρθηκα κροτάφων πλάκτορα νηπιάχων* correxi *χαρακείταν* id est *χαρακίτην*, ***fissa arundo*** Propert. IV. 7, 25.

cobsius Anth. XIII. 18. pro *καὶ Ὑλαΐδαι βασιλῆες* corrigens *Ἀμυκλαΐται*, ad sententiam satis apte, nam Dioscuri hoc loco significari videntur, sed poterat leniore medicina uti *Ἀμυκλαΐδαι*. Nec valde probabilis est Bergkii conjectatio Aristophanem in Danaid. Fr. XI. 1051. *Λυκιτᾶς* usurpasse penultima brevi. Poeta qui vocativo *πρεςβύτα* usus est pro dactylo Anth. I. n. 46. una ratione excusari potest, quod Christianus est. Eratosthenes vero Append. n. 25. *μηδὲ σύγ' Ἀρχύτεω δυςμήχανα ἔργα* genitivum sine dubio trisyllabum esse voluit. Ceterarum terminationum lex nulla tradita est. Insulae Melitae nomen Ovidius Fast. III. 567. et Silius XIV. 251. pronunciaverunt sic ut Nereidis Homerus, sed Lycophr. 1028. media porrecta, nisi e codd. nonnullis recipienda est particula *ἄλλοι δὲ Μελίτην* quomodo mulieris nomen enunciatum est Anth. V. 282. et viri *Μελίτων* IX. 143. Genitivus *Ἰφίτου* Il. II. 518. sic ut *Αἰόλου* in Odyssea, legitur media producta. E breve et longum Stephanus s. *Ἴος* concedit gentilicio *Ἰήτης καὶ Ἰέτης* et a nomine urbis *Ἰεταί* Steph. Silius finxit *celsus Ietas* XIV. 271. Illi simile appellativum Hesychius refert *ἰήτης τοξότης ἰοβόλος*, quod si *ἰήτης* scribimus ut Albertius suasit, difficilis est vocalis defensio, nam *ἔτης* dicendum erat ut *θέτης* vel productione adhibita *ἤτης* ut *δώτης* v. Parall. 429. 442. eaque ectasis etiam ad derivativa pertinet cum paronyma, ut *ἀγρώτης*, tum verbalia, quod genus Scymnus in Fragm. v. 103. metri causa *Σκύθαι ἀρωτῆρες* dixit ut Sophocles *ἀρώσιμος*. Eadem ratione vocabula gentium barbararum *Κερκέται* et *Τορέται* Avienus Descr. 866. versibus suis accommodavit contraque Abydus 693. et Berytus 1071. non veritus est corripere. Correptioni longarum vocalium vicina est elisio, cujus unum est sed inexpugnabile exemplum Athen. III. 86. A. *ὁ ἀναρίτας καὶ ἀνάρτας καλεῖται.* Nam quod Schol. Theocr. V. 5. dicit *κατὰ μὲν τὸ ἀνάλογον Συβαρίτης, κατὰ δὲ Δωριεῖς Συβάρτας*, pertinet ad pristinam scripturam *Συβάρτας*, pro quo plerique codd. *Σιβύρτας* praebent, ut Epirota quidam vocatur Polyb. XXII. 9, 7. et Messenius *Βαβύρτας* apud eundem, Arcas *Λασύρτας* Ath. II. 44. F. *Νικύρτας δουλέκδουλος* Hes. *Σιβύρτιος* Aristoph. et al. Nec credimus Eustathio 481, 35. *τὸ ὀπτόν ἐκ τοῦ ὀπτητόν καὶ τὸ ἑφθόν ἐκ τοῦ ἑψητόν ἔοικε*

γένεσθαι κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπήν. Τάχα δὲ καθ' ὁμοιότητα τούτου εἴρηται παρὰ Ἀριστοτέλει καὶ ἑρπτόν τὸ ἑρπετόν. Hoc ἑρπτόν si repertum fuerit, eo referendum erit quo κράκτης (κραγέτης) ἄπευκτος (ἀπεύχετος) v. Parall. 434. sed ἑφθός et ὀπτός a thematico ἕπω (πέπτω) derivata sunt diverso inter se sono ad distinguenda elixa et assa. Consonas producendae syllabae gratia geminatas nullo exemplo demonstrare possum; nam Μελίττη quod apud Achillem Tat. saepius legitur VI. c. 1, 132. c. 8, 138. c. 14, 143. in codd. rectius uno $\bar{\tau}$ scriptum est v. Jacobs. p. 784. Ἀδραμύττης et Ἀδραμύτης sine dubio mensura non discrepant. Sed verbalibus et nominalibus sigma cliticum pro metri necessitate modo adest modo deest, non solum primitivis ut τρίλλιστος πολύλλιτος etc. v. Parall. 427. sq.[3] sed etiam derivatis θεμιτός θεμιστός, et nonnunquam extrinsecus interponitur ἀγρώτης καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ $\bar{\sigma}$ ἀγρώστης ὡς μονώτης καὶ μονώστης Theogn. 45. cui aliquid fidei conciliat κηλωστός a κηλόω (κήλων) derivatum; δατητής — Ἀπολλόδωρος διὰ τοῦ $\bar{\sigma}$ φησί EM. 249, 42. Μενεθεύς ὄνομα κύριον καὶ Μενεσθεύς Suid. quod propius est formae legitimae Μενέστης v. Muetzell. de Theog. 149. Αἴγιθος καὶ πλεονασμῷ τοῦ $\bar{\sigma}$ Αἴγισθος EM. 27, 54. quod solum reperitur et fortasse ne compositum quidem est ut ille dicit sed paragogon. De duplici scriptura πύλαι Νηΐται et νηΐσται commode disseruit Ungerus in Paradox. Theb. 310. portas illas νηΐστας dictas esse adjective tanquam νεάτας adhibito Hesychio Νήιστα ἔσχατα κατώτατα, qua de re assentitur Hermannus ad Phoenn. 1111. Terminationem eandem sed a superlativi significatione sejunctam habet πλατάνιστος ἀπὸ τοῦ πλάτανος Arc. p. 80. πλατάνιστος καὶ πρώτιστος τῇ μὲν φωνῇ ὑπερθετικά, τῷ δὲ σημαινομένῳ καὶ τῷ χαρακτῆρι ἀντὶ ἁπλῶν (ἀπολύτων) EM. 674, 39. πλατάνιστος ἡμάρτηται· ὑπερθετικὸν γάρ ἐστιν. Ἔνιοι δὲ παροξύνουσι λέγοντες εἶναι ὑποκοριστικὸν ἀγνοοῦντες ὅτι ἔδει διὰ τοῦ $\bar{\kappa}$ ἐκφέρεσθαι p. 807, 7. quae manifestum faciunt veteres nihil simile cognitum habuisse.[4] Pro

---

3) Hesych. Ὀνοβόστιδες ὀνοβάτιδες αἱ ἐπὶ μοιχείᾳ ἁλοῦσαι καὶ ἐπὶ ὄνων ἐξενεχθεῖσαι. Prius scribendum est ὀνοβάστιδες.

4) Schol. Il. II. 305. πλατανίστῳ τῇ τάσει ὡς κυπαρίσσῳ, quod ideo

νάβλα sive νάβλον dictum esse νάβλιστον ex composito ναβλιστοκτυπής Maneth. IV. 185. sequitur, sed sunt qui ναβλειοκτυπής scribendum putent. Δολίχη insula eadem Δολιχίστη vocata est Steph. sed fortasse intercurrente memoria insularum, quarum nomina vere superlativa sunt ut Μεγίστη, Καλλίστη etc. At τετρώριστος in Parall. 268. non dubitavi a τέτρωρος repetere tanquam paragogon, nec dissentio a Schol. Phoenn. 1151. κυβιστητήρ ἀπὸ τοῦ κύβη ἡ κεφαλή. Nam ut a synonymo κάρα verbum καρανίξαι proficiscitur, quod Hesychius interpretatur κυβιστῆσαι, ita quae conjuncta sunt in Callimachi versu Cram. IV. 399. μὴ κυβιστῆς κύμβαχος, et inter se et cum Γυβᾷν κολυμβᾷν Hes. cohaerent.[5] Sed video me a via in semitam descendisse; nam propositum erat de sigma mobili dicere, cujus locum interdum obtinet iota expletivum; Ὀνείτης idem videtur atque Ὀνέστης et Callimachus, ut suspicabar, ἀλείτης scripsit pro ἀλεστής sive ἀλέτης. Ante delta et theta literam ν interponi exemplo sunt χαμάνδις ut Dores dixerunt pro χαμάδις v. Parall. 154.[6] κύμινδις si, ut veteres tradunt, eadem avis est κικυμίς, ὀρίνδα ἣν οἱ πολλοὶ ὄρυζαν καλοῦσι Phryn. App. 54. Ita Spitznerus Observ. 256. Πολύινδος apud Quintum accipit pro homerico Πολύιδος, quod Wolfius non ausus est in Πολύειδος vertere. Postremo verborum ἀλίνδω et κυλίνδω prima elementa sunt $\overline{\alpha\lambda}$ et $\overline{\kappa\upsilon\lambda}$, unde primum extitit ἀλίω et κυλίω, tum deinceps alia accesserunt ut a πελ (pullus) πελιός πελιδνός et πελιτνός, sed haec inverso literarum ordine. Ante theta consonam recepit μήρινθος, cujus brevior forma est μέρμις v. Parall. 167.[7] Τέρμιθος et τερέβινθος supra composui; Τρικόρυνθος saepius

---

monuit ne cum adjectivis μακαριστός, σπανιστός, κυλιστός aequiparetur. Quare Meinekius Com. Fr. P. II. 649. ὕβριστος scripserit proparoxytonôs, mihi non patet.

5) Suidas Κυβιστᾷν ἀντὶ τοῦ κολυμβᾷν καταχρηστικῶς. Similiter ἀρνευτήρ urinatorem significat et ludium cernuantem, quod verbum Doederlinus apte componit cum Hesychianis κερανίξαι et καρανίξαι.

6) Adverbiorum βασιλίνδα, ὀστρακίνδα, ἀριστίνδην, πλουτίνδην terminatio immutabilis est.

7) Omisi h. l. dicere Hermannum Orpheo accusativum μέρμιθα tribuisse pro μήρινθα.

pro *Τρικόρυθος* scriptum est fortasse ad significationem vocalis longae; nomen ipsum *τρικόρυφον* declarare videtur producta syllaba prima ut *Τρινακρία*. Nec praetermittam synonyma *μῦς* et *σμίνθος*, pro quo et *σμίθος* reperitur et quod hinc derivatum putatur *Σμιθεύς* in libris nummisque v. Jacobs. ad Aelian. p. 406. accedente trope vocalis quae saepius cernitur in syllaba secundaria *Κόκυνθος* et Cocinthus v. Intt. ad Polyb. II. 14. *Λέβινθος* et Lebynthus Tzschuck. ad Mel. II. 7, 11. *Ἀράκυνθος* et *Ἀράκινθος* Bernh. ad Dionys. v. 431. *Ἄψυνθος — καὶ διὰ τοῦ ῑ* Steph. *Ζήρινθος* et *Ζήρυνθος* Bachmann. ad Lyc. 77. Verum de hoc satis. Permutationis consonae characteristae exemplum est illud quod Philostorgius affert H. Eccl. VIII. 11, 514. C. *Ναδίανδον τὴν Ναζίανζον ἐξονομάζει*, quo evitavit collisionem literarum *νζ*. Aliud praebet vox Laconica *ἀγασός* i. q. *ἀγαθός* et herbae nomen *ἄννηττον ἐν τοῖς δύο ῡ καὶ δύο τ̄* Anecd. Bekk. 403. quod in optimis Theophrasti libris *ἄννησον*, apud alios *ἄνηθον* scribitur.[8] Cucurbitam *κολόκυντον* dici sive *κολοκύντην* et *κολοκύνθην* inter omnes constat, sed analogia non apparet. Nomen urbis *Λυχνιδός* et *Λυχνιτός* scriptum supra attuli; item *καιάτης* et *κεάδης*. Quod vero in EM. 524, 37. dicitur *Κοδρίτης ἀπὸ τοῦ Κόδρος γίνεται ὥςπερ παρὰ τὸ Κρόνος Κρονίτης*, idem quidem significat quod *Κρονίδης* sed aberratio est a typo patronymico ad gentilicium, eademque licentia Aristophanes Carcini filium *Καρκινίτην* usurpavit, Propertius III. 13, 10. Icarii filiam *Icariotin*, vulgoque Oceani prolem *Oceanitidas* vocant; contraria vero enallage terminationum usus Praxagoras *μαργαρίδαι* dixit pro *μαργαρῖται* ionice ut Schol. Photii ait; quippe a *μάργαρον* sive *μάργαρος* legitime derivatur *μαργαρίτης* ut *ἀετίτης* et cetera lapillorum vocabula. Sic certe grammaticos graecos statuisse oportet; at germanicarum dialectorum aestimatores nomen margarita non derivatum sed compositum esse dictitant ipsumque germanicum *mari-griut* id est maris pulverem v. Massmann. Libell. Au-

8) Schol. Theocr. VII. 63. *ἄνηθον τὸ μάλαθρον, ἄνισον δὲ τὸ γλυκάνισον*, sed pro *ἄννισον* Athen. IX. 371. D. nunc *ἄννησον* receptum est. Cf. Fritzsch. ad Thesmoph. v. 486.

rar. p. 121. sq. Quod si ita se habet, Graecos necesse est vocabulo barbaro, quod paragogi speciem haberet, de suo affinxisse primitivum *μάργαρον*. His absolutis una restat quaestio de epenthesi et exaeresi cum consonarum tum vocalium. Praeter usitatum *ἐλκύδριον* in Plutarch. Quaest. graec. XVIII. 398. invenitur *ἑλκύδιον*, cui adversatur ingens deminutivorum copia *σκελύδριον* Epict. I. 12, 14. *τειχύδριον* quod Xenophonti probabiliter restitutum est, *μελύδριον*, *σκιφύδριον* et ab aliis terminationibus *μονύδριον* Niceph. Greg. Hist. IV. 1, 46. *τρωγλύδριον* et *χαλκύδριον*, quae Bekkerus in Ind. Anecd. ex Theognosto excerpsit,[9] *κωμύδριον* et alia quae Fischerus et Spohnius de extrem. Odyss. p. 132. comportarunt. Sed illi adminiculum praebet *βαρύδιον* non a *βαρύς* derivatum ut *σικύδιον*, *ὀφρύδιον* etc. sed a *βάρος*, unde *βαρύλλιον* intellectu eodem. *Δενδρύδιον* quod Stephanus affert sine teste, successores ejus merito suspectant ut et *τοκαρύδιον* *usurula* quod in Gloss. post *τοκαρίδιον* positum est. Longe vero alia ratio est substantivorum verbalium in *της* quum in *τρος* transeunt, sicut pro *ἰάτης*, quo nullus antiquorum usus est, successit *ἰατρός*, pro *δαίτης* epulo, quod superest in herois nomine, *δαιτρός*, pro *μάστης* (*σιρομάστης*) *μαστρός* ὁ *ζητητικός* Gloss. in Lycophr. 1120. nec *κλήτης* reperitur sed *Κλητροί κλήτορες* Hes. Quibus accedunt insolentius figurata ab *ἔδω* *ἐδέατρος*, ab *ἐλεός*, ut veteres censent, *ἐλέατρος*, de quibus exposuit Rankius de Hesych. 95. sq. ab ignoto themate *λατρός* i. q. *λάτρις* sive *λατρεύς* Aesch. Suppl. 1012. *οἰκεῖν λατρῶν ἄτερθεν* id est sejunctas a famulis sedes habere, non ut vulgo accipitur nullam pensionem solvere, quod ridiculum videtur. De vocalibus quae ante *τ* inseruntur, *ἀτίετος*, *μητιέτης*, *πολιήτης*, *στασιώτης* alio loco disputavi Parall. 433. ad Buttm. 432. sq.

---

9) Apud hunc tria modo reperio p. 126. *τρωγλύδριον*, *νεανισκύδριον*, *Πριαμιλλύδριον*, hoc ex hypermiosi pro *Πριαμύλλιον* Schol. Dion. p. 856. ypsilo propter epalleliam in iota mutato.

DISSERTATIO NONA.

DE

NOMINIBUS QUORUM CHARACTER EST SIGMA.

CAP. I.

De nominibus in ασος, εσος, ισος etc.

§. 1. Nominum, quae alpha in paralexi habent, primum edisseram brachyparalecta: *τὰ εἰς ασος ἔχοντα τὸ ᾱ συνεσταλμένον ἑνὸς ὄντος τοῦ σ προπαροξύνονται, κόμπασος, ἅρπασος, δάμασος, βάνανσος. Σημείωσαι τὸ κερασός φυτόν· τὴν δὲ πόλιν βαρύνουσι* Arc. 76. Ex vestigiis codicis Havn. *βαύνασος καὶ βάνανσος* cognoscitur illum idem scripsisse quod Schol. Dion. Gramm. p. 655. *παρὰ τὸ βαυνός βαύνασος καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν βάνανσος. Κόμπασος* si comparatione cognominis ludicri *Κομπασεύς* non satis munitum putamus, facile mutari potest in *Κάμπασος*, quod est fluvii nomen Anall. Brunck. II. 525. ut, quod sequitur, *Ἅρπασος* Quint. X. 143. brevi penultima sicut omnia quae apud poetas leguntur *Δάμασος*, *Δίδνασος*, *Ἴμβρασος*, *Καύκασος*, *Κρίασος* Nonn. XXXII. 187. longo iota ut *Πρίασος* XIII. 521. XXXVII. 624. *Ῥίγβασος* XXVI. 249. *Ὄλκασος* XXVI. 181. *Κορύμβασος* XXVIII. 51. *Μάργασος* Quint. X. 143. *Πείρασος* XI. 52. Schol. Eur. Or. 942. Phantasus Ovid. et derivata *Ἀργασίδης* Nonn. XXXII. 187. *Περγασίδης* Hom. *τραγασαῖος* Aristoph. etc. quare etiam *Πίνδασος* montis nomen Paus. II. 26, 8. dactylicum esse censemus et gentilicia *Μάργασοι*, *Νάρβασοι*, *Ὄργασοι* Ptolem. VI. 373. De etymis peregrinorum quaerere non attinet, sed ea quae ad graecam originem referri possunt, veteres partim a verbis arcessunt *Δάμασος παρὰ τὸν δαμάσω μέλλοντα ὡς Ἵππασος* EM. 247, 29. quibus adjungi possunt *Ἔλασος*, *Ὄκλασος* Sch. Phoenn. 942. *Σκέδασος* et quae ab Alciphrone ficta sunt parasitorum nomina *Λαχανοθαύμασος* III. Ep. 47. *Ῥαφανοχόρτασος* Ep. 72.[1] partim a nominibus *παρὰ τὸ ἵππος Ἵππα-*

---

1) Stephanus *Χορτασώ πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ μέλλοντος ὁ σχημα-*

σος ὡς παρὰ τὸ χόρτος Χόρτασος Schol. Dion. Gr. 655. Πύρασος διὰ τὸ πυροφόρος εἶναι Steph. Πήγασος — ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς γείνετο Hes. Th. 283. et Strabo IX. 436. nomen Παγασαί, etsi a brevi orditur, tamen a πηγή potius quam a πήγνυσθαι (ut Ναύπακτος) dictum censet. Et ad hoc exemplum Γόργασος a γοργός sive Γόργος repeti licet, Κρίασος a κριός etc. Ab adverbio κύβδα Plato comicus derivavit Κύβδασος. Totidem sunt appellativorum fontes; a κραυγή vel a futuro κραυγάζω κραύγασος ranae epitheton Tzetz. ad Hes. Opp. 412. γέλασος upupa Hes. s. Μακεσίκρανος (omiss. in Th.) πέτασος, τιθασός a τιθός potius quam ut Eberto visum in Dissert. Sic. 199. a τιθάζω, praeterea a κέρας κέρασος *cornus*, θίασος ἢ παρὰ τὸ θεῖον ἢ παρὰ τὸν σιὸν καθὰ δηλοῖ ὁ δειπνοσοφιστής (362. F.) Eust. 1702, 5. qui alibi a θειάζω ducit 539, 34. Ex duabus significationibus, quas Hesychius nomini κίκκασος tribuit ὁ ἐκ τῶν παραμηρίων ἱδρὼς καὶ βόλου ὄνομα, prima convenit cum proximis κίκκη ἡ ἀπὸ τῶν αἰδοίων δυςοσμία et κίκκος ἡ διαχώρησις, alteram incertam reddit Photii scriptura ὀβόλου ὄνομα, nam ab eadem stirpe ductum κίκκαβος nummuli nomen est, eadem vero terminatione praedita κρύφασος et κάγχασος tesserarum jactus significant, illud fortasse a κρύφα ut Κύβδασος, alterum a καγχάζω. Κάρπασος sive κάρπασον plantae nomen cujus succus ὀποκάρπασον, et homonymum κάρπασος *carbasus* neutrumque λάρβασον stibium, non constat unde orta sint; λώγασος cum λωγάνιον composui Parall. 81. Haec omnia proparoxytona sunt ipsumque κερασός, quod unum Arcadius excipit, saepius gravatur, neque nomina topica alio accentu notari solent atque ea quibus proventus significantur. Sed quod ille praetermittit Παγασός Hyperborei fabulosi nomen, oxytonon est in omnibus libris Paus. X. 5, 4. et Παῤῥασός Steph. De Πίασος nescio quid errat Spitznerus meus in Observ. in Quint. 182. quum ab Apollonio et Conone acui dicit; quorum neuter hujus hominis meminit; si ita scriberetur, penultima longa foret ex

---

τισμός ὡς τοῦ καλύψω ἡ Καλυψώ. Illud quidem commenticium est, sed huic multa similia sunt mulierum nomina Ἐρυξώ, Πρηξώ Anth. VII. 163. Σωσώ Nonn. XIV. 89.

regula Arcadii l. c. τὸ μέντοι ἔγγυσος (sic) ἐκτεταμένον ἔχον τὸ ᾱ ὀξύνεται καὶ τὸ Παρνασσός δύο σσ ἔχον, et Choerobosci II. 219. τὰ ἔχοντα μακρὸν τὸ α ἢ δύο σσ ὀξύνονται Καρνασός, Ἁλικαρνασσός. Sed Herodianus Cram. III. 300. etiam oxytonis concedit ut antepenultimam acuant: τὰ εἰς ος (scr. σος) προπαροξυνόμενα καὶ ἔχοντα πρὸ τέλους τὸ ᾰ συνεσταλμένον αὐτὸ ἔχουσι· ταύτῃ μοι δοκεῖ καὶ τὸ Ἴασος τὸ ᾰ συστέλλειν τῷ χαρακτῆρι πεισθέν. Ἐπὶ (adde δὲ) τῶν ὀξυτόνων τῶν ἐχόντων τὸ σ ὁρᾶται δὲ (dele δὲ) καὶ ἡ συστολὴ καὶ ἡ ἔκτασις ὡς ἐν τῷ τάμασος καὶ ἐγγύασος, ἀλλὰ καὶ κέρασος καὶ ἔρασος, quae multifariam adulterata sunt. Primum quod de Ἴασος dicit, sic videtur accipiendum, hoc herois nomen a futuro ἰάσομαι ductum ut in EM. 464, 14. dicitur, alpha natura longum habere sed corripi characteris causa; qua excusatione ne opus quidem est, si illud ab ἴον vel ἰός vel adeo ab Ἰώ derivatum dicimus,[2] ut Ἴασον Ἄργος ἀπὸ Ἰάσου τῆς Ἰοῦς ut ajunt Sch. Od. XVIII. 246. et Βάργασα ἀπὸ Βαργάσου τοῦ υἱοῦ τῆς Βάργης Steph. Deinde loquitur de oxytonis, quorum penultimam modo brevem esse, modo longam; sed non declarat utrum positione longam significet, ut est in πάσσον v. Parall. 401. an natura ut πᾶσα, an utrinque ut θᾶσσον; quo difficilior est exemplorum quae apponit tractatio. Eorum primum, quod in cod. Bar. τάμεσος, in apographo Herm. τάγμασος scribitur, procul dubio est urbs Cypri quam Homerus Τεμέσην vel Ταμέσην vocat: apud Strab. VI. 253. Ταμασός in omnibus libris sed XIV. 684. et in Hierocl. Synecd. c. 44. Ταμασσός legitur: in Lyc. 854. adjectivum est ταμάσιος alpha longo et id sine ulla discrepantia, sed Hermannus Opusc. V. 244. ταμάσσιος corrigit quia Τεμέση vocalem brevem habet; quo accedit quod Ovidius agrum Cypri *tamasaeum* dixit alpha brevi et Nonnus XIII. 445. urbem ipsam Τάμασον item brevi media sed prima acuta ut regula jubet. Secundum ἐγγύασος in apogr. Herm. ἔμπνασος scriptum est, in Arc. l. c. ubi de alpha longo oxytonorum agitur, ἐγγυσός superscripto alpha; nec remedium in promptu. Nam quo Choeroboscus utitur, Καρνασός longius a vulgato distat, ipsumque non reperitur sed fortasse hinc

---

2) Hermannus Opusc. T. II. 204. Ἴασος interpretatur *Itius*.

derivatum est Καρνάσιον ἄλσος, ubi Apollinis Carnei statuam memorat Paus. IV. 33, 5. Nec satis simile ταύτασος ὄρνις Hes. nedum Ὄστασος Steph. s. Ἄδανα aut Τρινασός Paus. III. 22, 3. quod si syntheton est ut hic affirmat, proparoxytonon esse debet; eoque accentu est fluvii Epirotici nomen Πανύασος Ptolem. III. 13.[3] Tertium confirmat Arcadius κερασός acui jubens; sed rursus viam obsepit Ἔρασος, quod apparet ab illo oxytonis adscribi sed non legitur hodie nisi proparoxytonon, neque aliter fieri potest sive alpha longum habet ab ἐράσω derivatum sive breve ab ἐράσομαι. Oxytonon praebet Hesychius Καμασός βάραθρος, sed prosodia vocis ignotae non constat. Omissa sunt appellativa proparoxytona μάλασσος τράχηλος Hes. βόρασσος palmae fructus v. Sprengel. ad Diosc. 411. et βόνασος, cujus mediam Lexicographi apice notant nulla alia, puto, ratione quam quod interdum βόνασσος scribitur. Eadem scripturae inconstantia laborant vocabula topica, quorum pauca modo speciminis loco producam; ac primum Cariae oppida a Stephano nominata; primum Ἰασσός (sic) — λέγεται καὶ ὀξυτόνως, quem accentum saepe habet in libris nostris, nec raro gravatur v. Tzschuck. ad Strab. XIV. 626. plerumque uno sigma scriptum ut in nummis et lapidibus; Κυβασσός ὡς Καβασσός, sed Ὑγασσός ὡς Βύβασσος καὶ Καρύασσος, pro quo supra Κρυασσός editum est; idemque Σύασσος praebet et Πρίνασσος, sed Πρινασσός Polyb. XVI. 11. Polyaen. IV. 18. Κορόπασσος Lycaoniae Strab. XIV. 663. sed in cod. gravatur; acuuntur vero tria Pisidiae oppida Ταρβασσός, Σαγαλασσός, Τιτυασσός[4] XII. 570. ut Ἀκαρασσός, Ἀμαμασσός, sed ex diverso Νάκρασος Lydiae Steph. Νακρασεῖς Sestin. IX. 100. Πειγέλασος etc. Haec nemo coaequare obstinabit. Neutralia plerumque sigma unum et accentum in prima habent Δύνδασον, Γέρασα, Ἴρασα, Κύρβασα ὡς Πήδασα, Κάνδασα ὡς Μύλασα, unde Μυλασεύς brevi alpha Anth. IX.

3) Τίθρασος urbis Libycae nomen macroparalecton a Grammaticis fictum esse demonstrat Hermannus Voelckeri insomnia discutiens Opusc. T. VII. 283. Rhisiasus Pellenensis nomen Liv. XXXII. 22. vix recte scriptum est.

4) V. Wesseling. ad Hierocl. Synecd. c. 24.

671. sed saepe etiam Mylassa apud utriusque linguae auctores. Feminina Arcadius p. 97. tria promit *θάλασσα*, *ἄνασσα* et *θέρμασσα ἡ κάμινος*, cujus analogia non satis liquet; quartum Hesychius subjicit *μαράσσαι* (hoc accentu) *κύνες ἢ ὄρνιθες*, quod nemo novit. Penultimam brevem habent *Περγασή*, *Παγασαί* (v. Goettling. de Acc. 157.) *Τραγάσαι*, cujus accentum mire variant codd. Poll. VI. 163. De Dianae Scythicae nomine *Ἀρτίμπασα* nihil constat, nec de Laconico fonte *Τίασα* Paus. III. 18. quem Athenaeus *Τίασσον* vocat, et urbe Cariae *Πλάρασσα* sive *Πλάρασα*. Nominum tertiae declinationis fere omnium origo peregrina vel certe ignota est *καμασῆνες*, *κύπασσις*, et propriorum *Αὔασις* sive *Ὄασις*, *Πάτρασις* sive *Πάτρασσυς* ut *Ὄλγασσυς*, *Σκώπασις* Scytha Herod. IV. 120. ut Carthasis Curt. VII. 29, 1. Hyphasis fluvius qui et Hypanis dicitur alpha brevi. — *Τὰ διὰ τοῦ αισος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς σπάνιά εἰσι, Ἄπαισος, κέλαισος, κάβαισος ὁ ἄπληστος, Γναῖσος ὄνομα ποταμοῦ· τὸ παραισός μόνον ὀξυνθὲν τὴν αὐτὴν γραφὴν τοῖς βαρυτόνοις ἐφύλαξεν.* Horum primum apud Homerum oxytonon est *Ἀπαισοῦ ὡς ἀγανοῦ· καὶ ἴσως ἀκολούθως τῷ Παισός* Sch. A. ad Il. I. 828. nam alpha pleonasticum, ut idem dicit ad VIII. 178. accentum non mutat; pro *κέλαισος* nunc nihil succurrit praeter *Ἄλαισος*, unde urbs Siciliae *Ἄλαισα* denominata. *Γναῖσος* in *Γάλαισος* mutandum, id enim fluvii nomen quod saepius per eta scribitur Galesus ut Halesus.[5] De postremo nos certos reddit Stephanus *Πάραισος* (*Παραισός*) *περὶ ἧς Ἡρωδιανὸς ἐν ὀγδόῳ· τὸ μέντοι Πάραισος ὀξύνεται — Μίνω συγγενῆς ἀφ' οὗ ἡ πόλις ὁμοτόνως τῷ οἰκιστῇ*, ubi particula *μέντοι* ostendit Herodianum antea loquutum esse de barytonis. Holstenius idem esse nomen putat *Πρίαισος*. Alterius diphthongi exempla rarisssima sunt, *βάναυσος* quod paragogum potius videtur, ut Arcadius statuit, quam compositum a verbo *αὔω* EM. et *Νέμαυσος ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου* Steph.

§. 2. Nominibus in *ασος* exeuntibus Arcadius ex abrupto subjungit *Ἔφεσος*, *Ἔρεσος· τὸ μέντοι Θυεσσός δύο σσ ἔχον*

---

5) Monaesus viri nomen Sil. Ital. VII. 604. in aliis Edd. Monesus ut gentis nomen Plin. IV. 33. *Γόαισος* item hominis barbari.

ὀξύνεται, eodemque modo Theogn. 72. ubi mendose Εὐεσσός editum est, et Stephanus Θυεσσός Λυδίας ἀπὸ Θυεσσοῦ sigma duplici ut in nummis Eckhel. Doctr. T. III. 23. simplici vero Κόρεσος Calydonius Paus. Ἔμεσος Emesus Avien. Descr. v. 1085. quae saepius ἡ Ἔμεσα dicitur et τὰ Ἔμεσα. Verbalibus supra relatis Ἵππασος etc. respondet Ἄρκεσος Plut. V. Ages. c. XI. de Gen. Socr. XVII. ab eodem verbo ductum unde Ἀρκέσας et Ἀρκέσων ut Τελέσας et Τελέσων v. Parall. 348. Feminina nulla sunt praeter propria Ἀκέσαι, Γενέση, Τεμέση, Ἔδεσσα, Σύεσσα ἀπὸ Συέσσης γραός, Ἄκεσσα quod in Philostr. Her. V. 2, 703. minus recte Ἄκεσα scribitur. Neque alius generis sunt tritoclita Ἄθεσις Athesis, Σύεννεσις, Βέλεσυς, exceptis verbalibus quae ad alium locum pertinent, γένεσις, νέμεσις etc. et sacerdotum Argivarum nomen Ἡρεσίδες ἀπὸ τῆς Ἥρας ἢ παρὰ τὸν ἀρύσω μέλλοντα EM.[6] Diphthongum perpauca receperunt, παράδεισος peregre advectum, ἄλεισον, cujus etymon evanuit; permulta vero vocalem eta sed modo propria: Ὄνησος Inscr. 2386. saepius dorice appellatus Ὄνασος, quo nomine est Macedo quidam Arrian. Alex. III. 5, 7. et alius Segestanus Cic. Verr. V. 45. tertiusque Amazonicorum scriptor qui et Ὄνατος dicitur v. Taylor. Lectt. Lys. c. IV. 242. omnia ab eodem verbo unde Ὀνήτωρ, Ὀνήτης, Ὀνατᾶς, Ὀνήσιμος, Ὀνησίων. Praeterea noti sunt Dorienses Ἄντασος Paus. II. 4, 4. pro quo V. 18, 3. Ἄντασσος subrepsit a Siebelisio repulsum, et Νίκασος Thuc. IV. 119. cui Goettlingius de Acc. 211. penultimam brevem tribuit, sed mihi non dubium videtur quin a futuro νικήσω ductum sit ut superiora illa et ut Νικησώ navis nomen in Inscr. Naval. p. 89. Νικασώ mulieris Inscr. Delph. 1710. Νικασίς Anth. VII. 482. Νικασίων Inscr. Att. n. 613. Atque hinc occasionem sumsit Antimachus Fr. III. Teumesi montis nomen a verbo τευμήσασθαι repetens; quod si grammaticis rationibus fundatum esset, Τεύμησος in EM. rectius scriberetur quam Τευμησσός in H. H. in Ap. 225. et Nonn. V. 60. ad exemplum verbalium illorum Ὄνασος etc. Sed vocabula locorum et heroum, quos poetae grammaticique

6) Credibilius est ab ἀρέσω derivatum esse vel ab ἀρήσομαι, sed ne hujus quidem derivationis (a σω in σις) exemplum extat.

iis affingunt, ab etymis pleraque ignotis ducta in libris nostris nec inter se concordant, nec cum praeceptis Technicorum. *Τὰ εἰς ησος ὀξύνεται Ταρτησσός, Λυρνησσός, Λυκαβησσός· τὸ μέντοι Καρησός τινὲς βαρύνουσι. Εἰ δέ τι βαρύτονον εἴη, παρώνυμον ἂν εἴη ὡς τὸ Μάρπησσος ἀπὸ τοῦ Μάρπησσα ἢ σύνθετον ὡς Μυέννησος, χερσόνησος* Arc. 77. qui aut omnia illa sic ut synthetα haec scripsit aut quae unum sigma habent et quae duo eadem pensavit trutina. Clarius loquitur Theognostus: *τὰ ὀξύτονα διὰ δύο σσ γράφονται Μυκαλησσός, Ταρτησσός, Λυρνησσός, Ἐλβησσός ὄνομα ποταμοῦ,*[7] *Ὀρδησσός, Μοδησσός, Σαλμυδησσός. Τὸ Κέησος, Βοίλησος δι' ἑνὸς σ γραφόμενα βαρύνονται. Τὸ Μάρπησσος παρώνυμον ὡς Μέλισσος.* Hic *Κάρησος* scribendum esse pro *Κέησος* apparet e Sch. Il. XII. 20. ubi Tyrannionem legimus *Καρησός* scripsisse consuetudinem accolarum sequutum, Aristarchum vero hoc nomen gravasse comprobante Herodiano propterea quod oxytona duo sigma habeant *Ἁλικαρνησσός, Λυκαβησσός, Ταρτησσός*, illud unum. Ita *Χάλησος* Aetoli cujusdam nomen barytonum est Polyb. XX. 9, 2. *Εὔησος, Κάβησος, Σάρδησος* in cod. Stephani, *Πρύμνησος* Hierocl. Synecd. c. 26. sed *Πρυμνησός* oxytonon in omnibus codd. Paus. V. 21, 5. incolae *Πρυμνησσεῖς* Sestin. IX. 66. *Ἀσσησός* Herod. I. 19. et alia hujusmodi, quorum perdifficilis est dijudicatio, quia et in accentu parum fidei et sigma non solum in libris sed etiam in nummis et lapidibus literatis modo additur modo demitur. Eadem inconstantia est nominum in *ασος* exeuntium sed hic alia molestia accedit ex permutatione literarum *σσ* et *ττ*. Nam *Παρνασσός* quidem nunquam per *ττ* scribitur, nec *Γαργηττός* per σσ, pro *Ὑμηττός*[8] vero in Herod. VI. 137. *Ὑμησσός* ut *Βριλησσός* sive *Βριλησός*, sed et hoc nonnunquam per *ττ*, triplicique modo *Λυκαβησσός*, *Λυ-*

---

7) Hoc ignotum est; *Ἀρπησσός ποταμός* Appian. Civ. IV. 103. et *Παρμησσός* a scripto longius recedunt; numne *Ἐλεβησσός* vel *Ἐρβησσός ὄνομα πόλεως* scripsit? nam *πόλις* et *ποταμός* saepius confusa. Pro *Μοδησσός* certe *Ὀδησσός*. *Ὀρδησσός* fluvii nomen in codd. Herod. IV. 48. *Ὄρδησσος Ὄρδησος* et *Ὄρδισσος* scriptum est.

8) *Ὑμήττιος* proparoxytonos Theophr. de Sign. Aq. I. §. 20, 787. et II. 6, 795. contra regulam Stephani s. *Γαργηττός*.

καβηττός, *Λυκαβαττός* in Rav. Arist. Rann. 1056. Causa autem hujus constantis inconstantiae neque in significatione posita esse potest, namque hominum montium vicorumque nomina eodem modo scribuntur; neque in diversitate etymi, quod plerumque latet. Quis enim pro certo assumat quod Schol. Plat. Crit. p. 444. affirmat Lycabettum vocatum esse *διὰ τὸ λύκοις πληθύειν*[9] aut Ori commentum in EM. *Ἁλικαρνασός διὰ τὸ πρὸς τῇ ἁλὶ τῆς Καρίας ᾠκίσθαι*, vel quod Stephanus s. *Τριναχία* significat, Lyrnessum *ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος*, hoc est, a lyrae similitudine? Nec felicius est Welckeri inventum de Cycl. Epic. 244. *Βριλησσός* ex *ἐριλισσός* contractum esse, et Muelleri in Dorib. I. 104. *Ἁλικαρνασσός* ex *ἅλι* — *κάρηνον*. Primitivum forsitan fuerit *Ἁλίκαρνα*, quo nomine Stephanus s. *Χαλκίς* Chalcidem appellatam esse scribit, eaque non insolita est urbium appellatio: *Ἁλίκυρνα* Acarnaniae v. Tzschuck. ad Strab. X. 114. *Ἁλίσαρνα* Troadis Steph. (omissa in Th.) *Κάλαρνα* Macedoniae, *Καλάσαρνα* Italiae, *Φαλάσαρνα* Cretae etc. v. Dissert. V. §. 6. Adn. 57. Sic et montis nomen *Ταφίασσος* sive *Ταφίασος* (Tzsch. ad Str. X. 52.) quem Antigonus Mir. CXXIX. *Ταφίου ὄρος* vocat, a *Τάφιος* declinatum videtur, *τὰ Νῶρα νῦν καλεῖται Νηροασσός* Strab. XII. 537. qua ratione etiam *Κύρβασα* cum *Κύρβη*, *Περγασαί* cum *Πέργη* (*πύργος, Πέργαμα*) conciliari possunt; Cephalleniae civitas *οἱ Πρόννοι* Polyb. V. 3. apud alios typo possessivo *Πρώνιοι* et *Προνναῖοι*, a Strabone *Πρώνησος* dicitur X. 455. Brundusium *Βρεντήσιον* a voce Mesapiorum *βρένδος* dictum narrant, Titaresus certe a monte, unde profluit, Titaro nomen accepit IX. 441. *Μυκαλησσός*, puto, a *Μυκάλη*, quicunque demum locus ita appellatus est; *Πύργησσαν* Stephanus vocat Italiae oppidum quod vulgo Pyrgi dicitur. Denique nihil nos adjuvat dialectorum observatio; nam quod Strabo dicit IX. 404. *Μυκαλησσός — καλοῦσι δὲ βοιωτιακῶς Μυκαλησσόν*, quantillum valeat ad cognoscendum usum scribentium vel ex eo intelligitur quod quae ad Boeotiam pertinent vulgo per *σσ* scribuntur *Κερησσός*, *Περμησσός* sive *Περμησός*, *Τευμησός*, et quae ad Atticam per *ττ*, *Λυκαβηττός*, *Συπαληττός*. — Feminina sunt

9) Hesych. *Λυκαβατίας δρυμός, ἐν ᾧ οἱ λύκοι διατρίβουσι.*

aut urbium nomina aut mulierum Ἴνησσα, Μάρπησσα, Τέκμησσα.

§. 3. Nominum in ισος exeuntium tria sunt genera. Unum, cujus iota natura breve est nec positione producitur, κύτισος et τάμισος ab ignotis etymis orta, et quae Alciphro finxit a futuro composita Χιδρολέπισος III. Ep. 62. Ῥαγοστράγγισος Ep. 42. Secundo continentur vocabula in ισσος, quae pariter illis proparoxytona sunt: κυπάρισσος, νάρκισσος, Μέλισσος· σεσημείωται τὸ Τελμισσός Arc. quibus Theognostus 73. adjicit Κύρμισσος, Πόλισσος, Ἀρχεμισσός ποταμός, aequaliter ignota[10] et porro adjici possunt Calamissus Locridis oppidum Plin. IV. 3. (4.) cui simile Καλάμαι Messeniae vicus, Ἄμφισσος Apollinis filius Anton. Lib. c. 32. nomen a praepositione ductum ut Ἄμφισσα διὰ τὸ ὄρεσι περιέχεσθαι Harp. et Ἄντισσα, ἔπισσαι, περισσός. Priorum origo nescitur sed accentus extra aleam positus est. De tertio genere Arcadius eodem loco τὰ ῑ ἐκτεταμένον ἔχοντα ὀξύνεται, Κηφισός, Ἰλισός, κερδισός. Εἰ δέ τι βεβαρυτόνηται, παρώνυμον ὤφθη, ἄρκισος ἄρκισα, λάρισος λάρισα. Hic pro κερδισός restituendum est Κεδρισός unde Κεδρίσιοι οἱ Κυδωνιᾶται Hes. cf. Hoeckh. in Creta I. 5. Ignota sunt Ἄρκισος, quod Coraes ex Plut. V. Pelop. XIII. sustulit, et Ἄρκισα, sed ex sequentibus Λάρισος[11] Λάρισα, quae plerumque sigma duplex habent, suspicor illum nomen urbis posuisse, quod in codd. nonnullis Thuc. IV. 128. Ἄρνισα scriptum est ut Ἄργισα in compluribus Il. II. 738. pro Ἄργισσα, et proinde etiam Ἄρνισος ei notum fuisse nomen fluvii a Theognosto memoratum l. c. qui de eodem genere macroparalectorum praecipere videtur sed exemplis dubiis et accentibus saepe perversis: τὰ διὰ τοῦ ῑσος βαρύτονα κύριά τε καὶ προσηγορικὰ διὰ τοῦ ῑ γράφονται δηλονότι τῆς παραληγούσης

---

10) A Κύρμισσος non longe discrepat Μυρμισσός πόλις Steph. cujus in accentibus nulla auctoritas; pro Πόλισσος fortasse Βάλισσος scripsit fluvii nomen vel Βόλισσος urbis, vel totum depravatum est ex πόλις. Ἐν Βορισσῷ Philostorg. IX. 9, 519. ἐν Βηρίσοις ex Basilio affert Dind. in Th.

11) Λάρισος Strab. VIII. 387. Λαρισσός Plut. V. Philop. VII. et alibi Λάρισσος v. Tzschuck. ad Strab. IX. 649.

δι᾽ ἑνὸς σ̄ ἐκφερομένης, Ἄρνισος ὁ ποταμός, Κήφισος, Ἔλισος, Λάνισος, Νήρισος, Ἄρισος ποταμός, Πάμισος, Λάρισος, Ῥίμισος ποταμὸς Σικελίας, Κρίμισος, Μόρμισσος ποταμός, ἄϊσος, ὕβρισος. Τὸ δὲ Ἀμισός τὸν τόνον ἀμείψαν τὴν γραφὴν ἐφύλαξε. Quod nisi addidisset, non dubitarem in principio post *βαρύτονα* interponere *καὶ ὀξύτονα.* Nam *Κηφισός* tam pervulgatum est nomen tamque fixum in ultima accentum habet ut inter proparoxytona referri nullo modo potuerit. Et *Ἔλισος* quoque nihil aliud videtur quam *Εἰλισός* vel, ut vulgo scribitur, *Ἰλισσός.* Nunc ita existimo Grammaticum universo quidem generi accentum tribuisse gravem sed de fluviorum vocabulis praecepisse particulatim, sic fere ut Choeroboscus praecipit 220, 24. et 228, 25. *τὰ εἰς ος (ισος) ἐπὶ ποταμῶν ὀξύνονται, Ἀνισός (Ἀμνισός) Κηφισός, Ἐλισός,* nec tamen neglecta antinomia paronymorum. Etenim *Λάρισος* proparoxytonon est quia a *Λάρισα* derivatum ut Arcadius quidem affirmat, et *Κρίμισος*, quia secundum Grammaticorum sententiam ad femininum *Κρίμισα* refertur ut *Μάρπησσος* ad *Μάρπησσα, Θάλασσος* (omiss. in Th.) Zosim. II. 48. ad *θάλασσα* etc. Sed idem saepius *Κριμισός* scribitur,[12] quia fluvii nomen est, ut *Κηφισός* et *Ἀμνισός*, quod Choerobosco restituendum est pro *Λάνισος*, et *Μηρισός* Callim. Fr. 481. pro quo perperam editum est *Νήρισος* ut *Ἄρισος* pro *Μάρισος* Strab. VII. 304. quod ut regulae conveniat aut pro paronymo accipiendum aut acuto finiendum est; quanquam *Πάμισος* quoque in omnibus codd. Herod. et Paus. oxytonòs scribitur. Quod sequitur *Ῥίμισος* librarius ipse correxit verum nomen *Κρίμισος* post *Σικελίας* inserens. De *Μόρμισος* dubito; pro *ἄϊσος* scripserim *Νάϊσος* oppidi nomen Zosim. III. 11. quod alibi *Ναϊσός* et *Ναισός* scribitur v. Wessel. ad Itin. 566. idemque videtur *ναῖσος* ab Arcadio p. 75. inter bisyllaba relatum et *τὸ Ναῖσος ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ* Theogn. 72. ubi *τόπου* scribendum nisi excidit *τὸ δὲ Νέσσος ἐπὶ* — aut aliud quid. Postremo pro *ὕβρισος*, ut saltem unum lucremur appellativum, *ὕρισος* sive *σύρισσος* v. Dissert.

---

12) Bachmannus ad Lyc. 961. *Κριμισός* scribens Arcadii regulam se sequi profitetur. Hic vero paronyma excipit, quibus illud adnumerari potest.

VII. c. III. § .2, 337. Praetermissum est *Παροπαμισός* quod Schol. MS. Bernhard. ad Dion. Per. 737. non sic solum sed et *Παροπάνισσος* et *Παροπαμισσός* scribi attestatur; eademque in aliis inconstantia: *Μύγισοι* Cariae urbs Steph. in cod. Rhed. *Μύγισσοι*, ut alia hujus regionis oppida sigma duplex, accentum vero nunc in ultima habent *Τυμνισσός*, *Ὑδισσός*, *Θεμισσός ἀπὸ Θεμισσοῦ* Steph. *Πιδνηλισσός* Strab. *Ἴαβις καὶ Ἰαβισσός*, nunc in antepenultima *Ἀγάβισσος* Hierocl. c. 41. *Βαρβάλισσος*, *Κύδισσος*, *Λέρβισσοι* iidem *Λερβίκκαι* Steph.[13] quorum quae sit verissima scriptura neque ex literarum monimentis cognosci neque grammaticis rationibus doceri potest. Nam quod Elmslejus contendit ad Oed. C. 683. *Κηφισός* scribendum esse non *Κηφισσός*, quia nusquam *Κηφιττός* legatur, valeret aliquid si, qui *ἑλίττω* dixerunt et *περιττός*, *κυπάριττος*, *θάλαττα*, iidem *Ἰλιττός* dixissent et *Παρνασσός*. Sed communium et propriorum norma non eadem est. Si tamen nomen illud iota natura longum habet ut *Πάμισος*, sigma simplici scribi debet, nam ante σσ iota breve est *Ἴσσος*, *πίσσα*, *Φοίνισσα*. Jam transeo ad feminina; quorum Choeroboscus 236. duo affert tanquam uno sigma scripta *Λάρισα* et *σάρισα*, quod sic legitur in multis codd. Lucan. VIII. 298. X. 47. sed vulgo per σσ; tertium p. 199. *Ἔμισα ὡς Λάρισα*, Stephanus vero *Ἔμισσα ὡς Λάρισσα*, sed addit a Dionysio poeta mediam correptam esse; cetera omnia consonam geminant *Ἔλισσα* Dido v. Goeller. de Syracus. 250. *Γείλισσα* Orestae nutrix Aesch. Choeph. 727. pro quo nunc *Κίλισσα* receptum, *Πίτνισσα* sive *Πίτνισος* v. Tzsch. ad Strab. XII. 184. *Θέρμισσα* et *Νέβρισσα* Strab. *Τύρισσα* Ptolem. Panissa fluvius Plin. IV. 18. item ut appellativa *ἄρπισσα αἱμασιά* Hes. quod recte cum *ἄρπιξ εἶδος ἀκάνθης* et *ἄρπεζα τόπος αἱμασιώδης* conferunt,[14] et *μέλισσα* sive *μέλιττα* ut in illo genere, quod §. 1. tractavimus, *θάλασσα* et *θάλαττα*, sed nunquam *ἄνασσα* vel *κούριττα*, *βαλάνιττα* vel aliud motione sexuali declinatum, ne apud infimos quidem Graecorum qui *μάγισσα*, *μάντισσα*,

---

13) Praetereo incerta *κράδισος* vas vinarium Poll. *μάδισος δίκελλα* Hes. Amissus viri nomen Curt. X. 27. etc.

14) Cram. II. 347. *ἀρπένισσα ὕλιος, ἔτι δὲ καὶ ἀρπακική*, fortasse pro *ἄρπισσα* ut *Ἄρπιννα* vel paragogon ab *ἀρπετός*.

ῥήγισσα, πολίτισσα etc. admiserunt, statimque explosus est qui *βασίλιττα* dixit ut *μέλιττα* v. Meinek. Hist. Com. 256.[15] etsi *Θρᾷττα* probatur et *Μάκεττα*. Feminina in ισῃ perpauca: *Ἀγχίσῃ* urbs, *Καμίσῃ* soror Jani cujus collega fuit Cameses rex Macrob. Sat. I. 7. Lanise insula Plin. IV. 23. Neutrius generis unum *ἄνισον* et topica *Τόμισον* sive *τὰ Τόμισα* Strab. XIV. 663. *τὰ Κάμισα*, *Πιμώλισα*, quorum scriptura in dubio. Masculina primae declinationis enumerat EM. 14, 54. *τὰ διὰ τοῦ ισης Ἀγχίσης, Ἀμφίσης, Ἀντίσης, Ἐρίσης ὄνομα κύριον, Κυρίσης ποταμὸς Κελτικῆς, Τιπενίσης ἐθνικόν*, pro quo Stephanus *Τιπάνισσαι* praebet; *Ἐρισεῖς ὄνομα ἔθνους* Suid. Cetera excepto primo non reperio unde sumta sint; *Αὐχίσαι* (sic) memorantur Herod. IV. 171. *Βαρίσσης* et *Δαυρίσης* Persa, *Σκυδίσης* mons Armeniae v. Tzschuck. ad Strab. IX. 397. pariter incerta. Certa vero *κίβισις* et *Θεμίσων*, illud a *κίβϐη πήρα* Hes. hoc a *Θέμισος*.

§. 4. Vocalium quarta non reperitur nisi ante sigma duplex[16] aut in diphthongo *κολοσσός, νεοσσός, Μολοσσός, Νόροσσος* mons et *Νόροσσοι* gens Scythiae Ptolem. *Ἄτοσσα* regina, *Πέτροσσα νῆσος* Steph. *Κολοσσαί* quae et *Κολασσαί* vocantur, *Συράκοσσαι* vel *Συράκουσσαι*, *Ὀροίσης* nomen barbari Dion. Cass. XXXV. 37. *Κοκουσός* urbs Armeniae Hierocl. c. 41. — *Τὰ διὰ τοῦ υσος εἴτε δι᾽ ἑνὸς σ εἴτε διὰ δύο, Ὄνυσος ὁ ποταμός, μέθυσος, Διόνυσος, Βρύσος ὁ λιμήν, ἄφυσος, ἄρυσος, Γένυσσος ὄνομα διὰ σσ, Ἄμβρυσσος* Theogn. 73. De ultimo Herodianus in Schol. Apoll. I. 54. *Ἄμφρυσος γράφεται καὶ διὰ τοῦ β καὶ προπαροξύνεται*, fortasse ab inusitato verbi inclinamento *βρῦσαι* ut *Βρύσων* et *Βρυσεαί*, quare scatebram interpreter fere ut nomen fontis paludisque *Ἀγχόη* sive *Ὀγχόη* (ut *ὀνία*) quod ab eadem praepositione compositum est; ipsosque fontes Graeci posteriores *βρύσας* vocant v. Du Cang. quare rectius *Ἄμβρυσος* scribitur sigma simplici v. Bachmann. ad Lyc. 900. Brysum et Onysum non novi; *Μόνυσος* Salaminii cujusdam nomen est brevi penultima Quint. VI. 631. *Πάνυσος* Ptolem. et Plin. IV. 18. Quod sequitur *ἄφυσος*, adjecti-

---

15) Disparia composuit Hemsterhusius ad Lucian. Judic. Voc. §. 8.
16) Pro *Πόλοσσον* Paus. IX. 20, 3. novissimi editores posuerunt *Πόλος*.

vum esse videtur a *φῦσα* compositum, quanquam mallem simplex; et mirum est praeteriri notissimum *Ἰάλυσος*, pro quo ut in Schol. Theocr. XVII. 69. *Ἄλυσος* successit, sic hoc loco fortasse *ἄρυσος*. *Γένυσσος* non dubito quin sit Macedoniae *Genusus*, licet mediam corripiat Lucanus V. 562. Consonae geminatae exemplum in his nullum cernitur sed novit sine dubio talia Arcadius p. 78. *τὰ εἰς δύο σσ παραληγόμενα τῷ υ προπαροξύνεται, μέθυσσος, γόγγυσσος, Διόνυσσος*, quae quum constet sigma simplex habere, statuendum est excidisse exempla *τῶν εἰς δύο σσ* ut *Λίβυσσος* Bithyniae fluvius Appian. Syr. XI. *Ἄλυσσος* fons Arcadiae Paus. cum ea parte regulae, ad quam quae servata sunt pertinent. Sunt autem multa ab utroque omissa *Ἔβυσος* insula quae et *Ἔβεσος, Ἔβοσος, Ἔβουσος* dicitur et latine Ebusus media modo producta modo correpta v. Interpr. ad Sil. III. 362. Bernhard. ad Dion. 457. *Ὄργυσος* sive *Ὄργυσσον* Polyb. V. 108, 8. castellum Macedoniae quod interpretes a Livio Orgessum dici putant, Valesius autem ad Harpocr. p. 76. hunc *Ἐργίσκην* significare affirmat, *Ἰήνυσος* Syriae oppidum Herod. *Ἄνυσος* Sidonius Herod. VII. 97. *Δάμυσος* gigas Ptolem. Heph. *Ἄρδυσος* rex Lydorum Georg. Sync. p. 239. D. quem Graeci auctores *Ἄρδυν* vocant, *Εὔρυσος* Pythagoreus, pro quo rectius Eurytus scribitur v. Heeren. de Fontib. Stob. p. 197. *Ἀμφίλυσος* fluvii nomen Euphor. VII. 62. cujus penultima brevis, origo incerta est. Postremo *Δόρυσσος* Laco, quod incertum utrum pro *δορυσσόος* receptum an a verbo *δορύσσω* (v. Diss. de verb.) ut ab *ἐλίσσω Ἑλισσός* fluvii nomen. Feminina sunt *ἄφυσσα ἡ κοτύλη* Hes. a verbo ductum ut *Ἑλίσσων ἢ Ἔλισσα ὁ ποταμός* Strab. et *ἀμφιέλισσα*, a *γλαύσσω γλαυσσόν τὸ λαμπρὸν* Hes. et *πάνυσσα τροφός ἀναδέσμη* Hes. quod cum *πῆνος πηνίκη* cognatum videtur, ac pro *τροφός* fortasse *στρόφος* struppus scribendum. Sed pro *Δόρυσσα ἡ Σάμος* H. Stephanus *Δρυοῦσσα* corrigit ut alibi dicitur, Donysa sive Donyssa insulae nomen in codd. pro Donusa *Δονουσία* scriptum,[17] ad ultimum *Ἀρύση* navis in Inscr. Naut. IV. d.

---

17) Veteres ex *Διονυσία* factum volunt ut Boeckhius *θεὸν Ζόννυξον* in Inscr. Mityl. n. 2167. *Διόνυσον* interpretatur, vel oppresso iota ut *σωπᾶν. βώσεσθαι, χλαρόν παρὰ τὸ χλιαρόν* Schol. Pind. P. IX. 66. vel una cum delta in zeta mutato ut *ζά* pro *διά* etc.

lin. 16.' Quibus in transcursu addam *Ὀδρύσης* gentilicium, *Ἀρύσης* Persae nomen Diod. XXXI. Ecl. 3. p. 22. T. X. *Βαρβύσης* fluvii Hesych. Mil. Orig. Const. c. I.[18] *Ἄνυσις* Aegyptii Herod. II. 137. et appellativum *ἄλυσις*. — *Τὰ εἰς σος διὰ δισσοῦ σ καὶ τῷ ω παραληγόμενα σπάνιά ἐστι, Βήρωσσος καὶ τὸ ὀξυνόμενον Κερωσσός πόλις Ἀπολλωνιάδος. Καὶ τὸ Βλῶσος βαρύτονον παρὰ τὸν βλώσω μέλλοντα γεγονὸς καὶ δι' ἑνὸς σ γραφόμενον* Theogn. 74. Primi nominis et accentus variatur et consona, secundi consona modo, tertium corrigendum est ex Arc. 78. *τὰ εἰς σσος ὀξύνεται, κερωσσός. Τὸ δὲ ἄμυσος ἓν σ ἔχοι*, pro quo quod in cod. legitur *ἄλωσος*, apparet idem esse quod ille a futuro *βλώσω* id est *ἀλώσω* derivatum dicit, cetera ignotum. Omissum est gentilicium *Κεδρωσσοί*, cujus admodum varia est scriptura v. Ellendt. ad Arrian. III. 28, 1. *Πειρωσσός* Strab. XIII. 589. *Διρφωσσός* quo Lycophro pro *Δίρφυς* utitur; *Ἄμβρωσος* Paus. X. 3, 2. per $\bar{\upsilon}$ scriptum in codd. et *Ἀμβρωσσεῖς* in Inscr. Ambryssi reperta N. 1729. et 1736. De *Τιλφῶσα* et aliis femininis postmodo dicam.

CAP. II.

De nominibus in ασιος, εσιος, ισιος etc.

§. 1. Nomina superius allata *κραύγασος γόγγυσος* etc. futuro subjicimus, a quo Grammatici omnia verbalia, quae sigma ostentant, repetere solent, non derivatorum solum verborum sed primitivorum quoque Schol. Il. I. 313. *κνίση ἀπὸ τοῦ μέλλοντος· πλεῖστα γὰρ ὀνόματα ἀπὸ μελλόντων γέγονε, ἄψις, λέξις, δόξα, ἅμαξα.* Et ad X. 290. *πρόφρασσα ἀπὸ τοῦ φρῶ ὡς παρὰ τὸ βῶ βῆσσα, ἄξω ἄξα καὶ ἅμαξα, πείσω πεῖσα.* Verum *βῆσσα* potius cum *βαθύς βάσσων* cognatum videtur, nec aptiora *δόξα*, *πρόφρασσα* et *ἅμαξα*. Sed de primo illo propemodum persuadet Herodianus ap. Eustath. p. 1706, 36. p. 1819, 40. *ἀπὸ τοῦ κνῶ κνίξω ἡ κνῖσα ἔκτασιν λαβοῦσα*, quae ectasis eo facilius admitti potest quod quae in accusativo *κνίδα* brevis est vocalis, in *κνίδη*, *κνίψ*, *σκνιπός*, longa

18) *Βαρνύσσης* Niceph. Const. de rebus post Mauric. p. 13. D. (omiss. in Th.)

reperitur, et praeterea saepius *κνίσσα* scribitur quam ut ille voluit, et *κνισσός* qui *nasum odore supinat*. Itaque nidorem sic dici putavit quia nares pungit, fere ut *ἡ κνῖσα κρούει ῥῖνα* Ephipp. Fr. II. 325. *ὀδμὴ μιν ἔτειρε ἡδεῖα* Hom. H. in Merc. 132. *nidoribus verberari* Tertull. ad Mart. c. II. Certissimum vero illud Schol. Od. XX. 521. *πεῖσα ἡ πειθὼ ἀπὸ τοῦ πείθω*. Neque errare videtur Schol. Pind. Isthm. VI. 108. *Πῖσα τοῦ πῖσαι*[1] *τὸ ποτίσαι καὶ τὰς ποτίστρας δὲ πίσας ἔλεγον*. Praeterea *αἶσα ἀπὸ τοῦ δαίσω* (ut *μείρομαι μοῖρα*) repetunt Sch. Il. XX. 127. *ἔρση* ab *ἄρδω* EM. Eust. 1625, 51. quod Buttmannus comprobavit, a *δεύσω* (*δευσοποιός*, *διερός*) *δεῖσα* Sch. Il. XXI. 321. unde *δεισαλέος*. Eodemque pertinet *ἄση* et quod jam dudum e Graecia emigravit *pausa*. Tum etiam quae personas significant *θῦσαι αἱ Βάκχαι παρὰ τὸ θύω* Sch. Lyc. 106. *φθῖσα ἡ λεπτή* Hes. His consentanea sunt nomina secundae declinationis *καῦσος*, *ἄξους καλοῦσι τόπους καταπρήμνους, καθάπερ ἡμεῖς ἀγμούς* Steph. s. *Ὄαξος*, *Φρῖξος* i. q. *φρίκη* Anth. et adjectivum *φριξός* ut *Λυσός ξηρός* et *Καμψός καμπύλος* Hes. quod et *γαμψός* dicitur, *ῥυσός παρὰ τὸν ἐρύσω μέλλοντα* EM. 706, 46. Eust. 768, 38. et ex tribus illis, quae Herodianus *π. Μον.* 38. inter nomina in *υσος* refert, *τραυσός* (sic) *ῥυσός*, *μυσός*,[2] primum certe idem est de quo Hesychius loquitur *τρυσσόν λεπτόν ἀσθενές*, a *τρύω* derivatum, unde *τερύ τὸ λεπτὸν καὶ ἀσθενές*[3] et *τέρην*. Ad ultimum synthetica *γονύκρουσος*, *εὔεξος*,[4] *φιλοτώθασος*, *πολλαγόρασος*, *πολύχεσος* et his omnibus antiquius nobiliusque *παλίνορσος ἐκ τοῦ ὄρσω* EM. Neque excluduntur nomina tertiae declinationis, *γίνεται γὰρ ἀπὸ μελλόντων οὐδέτερα, παρὰ τὸ ἄψω ἄψεα καὶ πίσω πίσεα*[5] Cram. I. 63. de quo

---

1) Strabo fontem memorat, quem nunc *Βῖσαν* vocari (ut *bibo*). Pindarus tamen *Πίσα* pronunciavit ut *Κρίσα* priore correpta.

2) *Μυσός μυσαρός* Hes. quod sine dubio ypsilon breve habet ut neutrum *τὸ μύσος*. Ille vero de longo loquitur. Numne igitur *νυσός* scripsit, quod in Nonni loco properispomenon est?

3) Hesych. *Τερύσκεται νοσεῖ φωνεῖ* scr. *φθίνει*.

4) Facilis est mutatio *εὔλεξις* ut *πολύλεξις* v. Parall. 227. Attamen *δίλεξος*, *μονόλεξος*, *πολύλεξος* leguntur ap. Theodos. Gramm. 142.

5) Addit tertium *ὕψος ἀπὸ τοῦ ὄψομαι*, quod alii cum *ὑπό* (sursum) *ὕπατος*, *ὕπτιος*, *supinus* connexum putant, alii cum *αἶπος*.

consentit EM. 673, 15. Sic etiam nomina propria a futuris repeti possunt tum derivativorum verborum ut *Ἕλιξος*, *Χάραξος*, *Σκέδασος*, *Κέλευσος* Corp. Inscr. n. 165. et alia prius memorata tum primitivorum *Δρῆσος παρὰ τὸν δράσω μέλλοντα ὡς κτήσω Κτῆσος καὶ ῥήσω Ῥῆσος* EM. 287, 40. quibus plura et certiora afferri poterant *Πεῖσος*, *Σῶσος* etc. cum affinibus *Κτήσων*, *Παύσων*, *Κλήσων*, *Κλησώ*, *Σωσώ*, *Φυσώ Natura* Empedocl. v. 28. Et si poetis quoque in hac causa sententiam dicere licet, *Περσεύς* nominatus est *οὕνεκεν ἄστεα πέρθεν ἀπειρεσίων ἀνθρώπων* (EM. 665, 45.) et *Ὀδυσσεύς*, ut Homerus ait, quia pater ejus *ὠδύσσατο πολλοῖς*. Tum praeterea *παρὰ τὸ μίξω Μίξων καὶ Μιξίας ὡς σώσω Σωσίας, λέξω Λεξίας* EM. 588, 32. Sed cum nominibus in *ιας*, quae alio loco tractabimus, maximam necessitudinem et crebra commercia habent ea, quorum causa hanc viam ingressi sumus. Nam ab eodem certe verbo derivatum est *Φρασίας* Dem. c. Call. 1236, 25. et *Φράσιος* Nonn. XXXII. 234. quod secundum Herodiani regulam paroxytonon esse debet v. Lehrs. Arist. 280. *Τιμησίας* Clazomeniorum princeps idem *Τιμήσιος* nominatur v. Wyttenbach. ad Plut. II. 96. B. (655.) *Δαμασίας* in Lucian. Lexiph. §. 12. nuper repositum pro *Δαμάσιος*, idemque valent *Ἀλεξίας* et *Ἀλέξιος* et cetera hujus generis, quae Grammatici conjuncte cum adjectivis contexunt: *ἡ διὰ τοῦ ιος παραγωγὴ παρὰ μέλλοντα γενομένη τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν, Ὀρθώσιος, Αἰνήσιος, Ἀρκείσιος, ἀνάρσιος, κτήσιος, ἄξιος, ἀσπάσιος, θαυμάσιος. Ὀξύνεται δὲ ἀνεψιός, δεξιός* EM. 156, 6. Hic primum animadvertere libet adjectivorum, quae ab antiquis in communem usum recepta sunt, paucitatem; nam praeter *ἀσπάσιος*, *ἄξιος*, *δεξιός*, omnia aut andronymica sunt *Αἰδέσιος* (omiss. in Th.) v. Wyttenbach. ad Eunap. p. 69. *Εἰκάσιος* (omiss.) Paus. VI. 17, 3. *Γελάσιος*, *Ἱλάσιος* etc. aut deorum et divinorum solemnium *ἀλαλάξιος*, *ἀκέσιος*, *γενέσιος*, *ἐλάσιος*, *καθάρσιος*, *κλείσιος* (Clusius) *λύσιος*, *ὀρθώσιος*, *ῥύσιος*, *φύξιος*, *φαγήσια* et comicum perbibesia,[6] aut auctores novitios habent *αἰτήσιος ὁ αἰτῶν* Suid. *ἑορτάσιος* Gregor. Naz. *τελέσιος ἡμέρα*

6) *Φύξιον ἴχνος* Nonn. XIV. 322. et alia poetice usurpata sententiam non labefactant.

ἡ ἐσχάτη Hes. τιμήσιος et ὑμνήσιος Aelian. aut antiqua quidem sunt sed poetica κτήσιος, ἐπόψιος, ἐπιδαίσιος, ἀνάρσιος (παρὰ τὸ ἄρω Suid.) ὑπόψιος, πανόψιος, συλήσιος.[7] Verum in his ipsis nonnulla insunt, quae a futuri similitudine tam longe discesserunt ut dubitari possit an alio referri debeant. Primum dicam de vocali quae sigma praecedit. Epsilon igitur nonnunquam in ει vel η vertitur, παρὰ τὸν ἀρκέσω Ἀρκέσιος (Sch. Il. II. 631.) καὶ Ἀρκείσιος Herodian. EM. 144, 2. ab ἀλέσω non solum Ἀλεσίαι vicus Laconicus, ut Pausanias opinatur, sed etiam ἀλήσιον πᾶν τὸ ἀληλεσμένον Hes. aliumque locum Ἁλείσιον sive Ἁλήσιον dubitant utrum ab ἀλέσω derivatum dicant an παρώνυμον τῷ ἁλί v. Berkel. ad Steph. s. h. v. Ἀκησίας in Inscr. Nointel. N. 165. Καλήσιος — ἀπὸ τοῦ καλέσαι Sch. Il. VI. 18. cui simillimum est illud Αἰνήσιος. Ex contrario pro longa futuri nomina brevem asciscunt Ἔκβασος, *Oribasus* Ovid. Met. III. 210. Ὀρειβάσιος Anth. et tria Apollinis cognomina ἐκβάσιος, ἐμβάσιος et καταιβάσιος, quae Valckenarius confert ad Phoenn. 1416. similiaque Jovis epitheta ἀφέσιος Paus. I. 44. et εὑρέσιος, quod et viri proprium est nomen ut Ἀναστάσιος Christod. Ecphr. 404. et Ἀναστασία Gregor. Carm. IX. p. 78. B. Αἱρέσιος, Προαιρέσιος, Συνέσιος. Haec igitur qui a futuris derivata statuerunt, ad systolen confugere coacti sunt ut in femininis: παρὰ τοὺς μέλλοντας ἐγένετο τὰ τοιαῦτα ὀνόματα ἥσω ἑξεσία θύσω θυσία, προδοσία Sch. Il. XXIV. 235. Sed hac ambage opus non est si sequimur viam ab EM. 778, 86. monstratam ὑπερβασία παρὰ τὸν βέβαμαι βέβασαι παρακείμενον. Sic igitur nomina in ιος et ιας, quae a futuri similitudine aberrant, a secunda perfecti passivi repeti fas est aut, si ne haec quidem fingi potest, a substantivis in σις declinatis, Νεμέσιος, γενέσιος, καθάρσιος etc. Στήσιος vero, quo nomine Plutarchus Jovem Statorem interpretatur, et λύσιος Liberi patris cognomentum, propriumque Λυσίας, quorum syllaba prima longa est, a futuris potius quam a vitioso λῦσις, quod in Regg. Pros. N. 26, 426. proponitur, sed Θεο-

7) Maxim. v. 584. σελήνη, εἰ μὲν ἔλοιτο (scr. ὄλοιτο) ἄργυρος, ἀνάγει πάλιν — κτῆσιν δ' ἁλιώσεται ἄλλην ἤ τις ἂν ἐκ μεγάρων συλήσιος ἰχνεύσειε i. e. per furtum abierit.

δώσιος a Θεόδοτος adhibita ectasi, quae etiam in simplicibus δώτης, βώτης cernitur. Nunc res ipsa admonet ut de permutatione literarum τ et σ exponam.

§. 2. Arcadius l. c. nominibus proparoxytonis quae a futuro derivata esse constituit ὀρθώσω ὀρθώσιος, φυλάξομαι φυλάξιος, continuo addit τὸ μέντοι πλήσω πλησίος καὶ δέξομαι δεξιός καὶ ἕψομαι ἑψιός, quorum postremum (ἀνεψιός) propter obscuritatem originis omitto; primum EM. 156, 15. et Suid. s Πλησίος sic disceptant: τὸ πλησίος οὐ παρὰ μέλλοντα· οἱ γὰρ Λάκωνες τὰ παρὰ μέλλοντα εἰς τὸ τ οὐ τρέπουσιν ἀλλ' ἀπὸ τ εἰς σ, ἐνιαυτός ἐνιαύσιος ἐνιαύτιος, πλοῦτος πλούσιος πλούτιος.[8] Τὸ δὲ πλησίος πλητίος λέγουσιν ὥστε οὐ παρὰ τὸν μέλλοντα ἀλλὰ παρὰ τὸ πέλω τὸ πλησιάζω πλατός καὶ πλητός καὶ πλησίος ὡς ἄμβροτος ἀμβρόσιος. Hoc πλατίος saepius legitur apud scriptores doricos Diotogenem Stob. Flor. T. XLVIII. 63. p. 331, 50. Theagen T. I. p. 9. in Epigr. dorico Anth. Plan. N. 249. et aliis locis quos Koenius indicat ad Greg. 267.[9] causa tamen tropae non apparet, nam iidem Dores γνάσιος dixerunt Stob. T. LXXIV. 61. p. 444, 30. T. XLVIII. 64. p. 333, 18. a γνής (ἴγνης) γνητός (ἀείγνητος, διόγνητος) derivatum, sicut illi πλατίος a πέπλημαι πλητός, unde compositum ἄπλατος. Ejusdem anthithesis exempla ex aliis terminationibus profert EM. 139, 46. Ἀφροδίτη ἀφροδίσιος, ἱκέτης ἱκέσιος, δεσπότης δεσπόσιος, συμπότης συμπόσιος, Φιλήτης ὁ Κλέωνος Φιλήσιος,[10] quibus alibi adjiciuntur ab adjectivis copulatis propagata Ἀθανάσιος et ἀμβρόσιος, eodemque adscribi possunt διφάσιος, τριφάσιος, ἀντιστάσιος, τριστάσιας etc. et a substantivo βουλυτός βουλύσιος. Quae a nominibns in τος derivata

---

8) Hoc omissum in Etym. Gud.

9) Πλησίος tamen in Sapph. Fr. II. 3. [ubi nunc Ahrensius πλάσιος scripsit] παραπλησίως Archyt. Stob. T. I. 75. p. 15. T. CXV. 27. p. 589, 7. et neglecta trope ἐνιαύσιος Tim. Locr. p. 96. E.

10) Φιλήσιος nomen proprium viri Xenoph. idemque herois Arrian. P. Euxin. p. 114. et cognomen Apollinis Macrob. feminae Φιλησία Anth. App. 259. quin etiam adjectivum affert Hesychius φιλήσια φιλοτήσια προςφιλῆ, ibidemque substantivum φιλησίαι κλεπτοσύναι i. q. φηλώσεις. Illi similia sunt Τιμήσιος, Ὀχήσιος Hom. Νικάσιος Steph. s. Νικασία, Ὀνάσιος.

sunt gentilicia, consonam primitivi retinere Stephanus non uno loco declarat *Ἄσβωτος Ἀσβώτιος, Βοῦτος Βούτιος, Βούθρωτος Βουθρώτιος, Κάρδυτος Καρδύτιος, Μάδυτος Μαδύτιος ὡς Βηρύτιος*, et notat contraria: *Βήρυτος Βηρύτιος ὡς Ἀζώτιος — σεσημείωται τὸ Μιλήσιος ἐν τοπικοῖς ὅτι ἐτράπη* (adde *ἁπλοῦν ὄν*) *ὡς τὸ* (*παρασύνθετον*) *Θεοδόσιος· τὸ γὰρ θεόδοτος καὶ ἀθάνατος καὶ ἄμβροτος σύνθετα. Τὸ δὲ χαρίσιος οὐ τοπικόν. Περὶ τοῦ Περκώσιος ἐροῦμεν*, quo loco nihil amplius dicit quam *Περκώτη Περκώσιος*, sed alibi *Κριθώτη Κριθώσιος ὡς Περκώσιος*, seu quia haec a nominibus in *τη* orta sunt sive aliam ob causam. Sigma vero assignat iis quae genitivum in *ητος* mittunt: *Γυμνησίαι — Γυμνήσιος ἀπὸ τῆς Γυμνῆτος γενικῆς τροπῇ τοῦ τ εἰς σ*,[11] *Μύης Μύητος Μυήσιος, Τύμης Τυμήσιος ὡς Φαγρήσιος, Μαγνήσιος — Τυνήσιος ὡς Γυμνήσιος, Ἀδρυμήσιος*, sed hoc etiam *Ἀδρυμήτιος* scribi docet s. h. v. Et singularis exempli meminit *Νέπετος Νεπεσῖνος τροπὴ ἰδιάζουσα.* Neque solum tau in sigma transit sed interdum etiam theta *Τρικόρυθος Τρικορύσιος*, quod Stephanus ipse attestatur, etsi a *Σεσάρηθος Σεσαρήθιος, Πεπάρηθος Πεπαρήθιος, Πάρνης Παρνήθιος* duci ait, quod Bentlejus scribi voluit Arist. Ach. 348. pro *Παρνάσιοι* (*ἄνθρακες*) nunc autem *Παρνήσιοι* repositum est; et *παλάσιον* quoque a *παλάθη* derivatum videtur. Denique duplicem ejusdem vocis flexum adnotat *Ἀμάρυνθος Ἀμαρύνθιος καὶ Ἀμαρύσιος*[12] *ὡς Τρικορύσιος· οὕτω γὰρ Παυσανίας· ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ τὸ διὰ τοῦ σ*, pro quo *διὰ τοῦ θ* corrigunt aptius verbis, ut nunc quidem scripta sunt, et analogiae *Ἄψυνθος Ἀψύνθιος, Ζήρυνθος Ζηρύνθιος, Κόρινθος Κορίνθιος, Προβάλινθος Προβαλίνθιος* Steph. sed in cod. Rhed. *Προβαλίσιος* legitur ut in Corp. Inscr. N. 122. Inscr. Naval. 552. Demosth. c. Aphob. I. 832, 3. approbante Choerobosco p. 248. *ὡς ἀπὸ τοῦ Τρικόρινθος* (sic) *Τρικορύσιος, οὕτω Προβαλιθος* (sic) *Προβαλίσιος· τὸ δὲ Προβάλιθος*

---

11) Argivorum servos *Γυμνῆτας* etiam *Γυμνησίους* dictos esse uno Stephani loco s. *Χίος* parum comprobatur. Sed apud Herodotum iidem *Κύνητες* sunt et *Κυνήσιοι*.

12) *Ἀμαρυνθία Ἄρτεμις* Strab. X. 448. quam Pausanias *Ἀμαρυσίαν* vocat.

διὰ τοῦ ῑ ὡς κάκιθος, ἔριθος, λέκιθος. Haec aliena sunt; nam demi nomen fuit Probalinthus fortasse a πρόμαλος ductum ut ἐρέβινθος ab ὄροβος ervum. Hinc Προβαλίσιος iota longo, quare Προβαλήσιος scribitur in codd. Steph. ut saepe ζευγήσιον, nec aliter, puto, Ἀμαρύσιος pronunciatum est quam Τρικορύσιος in versu Aristophanis, hoc est ypsilo producto, pro quo diphthongus valet in Τρικορεύσιος Inscr. Att. n. 172. l. 39. Sic etiam χαρίσιος illud, quod Stephanus in exemplum tropae affert, pro iota genitivi χάριτος brevi accepit longum, item Ἀρτεμίσιον in clausula versus iambici Diphil. Fragm. Inc. XLII. p. 426. et Ἀρτεμισία Arist. Lys. 675. ut et Choeroboscus sensit p. 173. Ἀρτεμίσιον τὸ μῑ (scr. σῐ) βραχύ, τὸ δὲ σῐ (scr. μῑ) διὰ τοῦ ῑ μακροῦ. Τὰ γὰρ διὰ τοῦ ισιος ἀποστρέφονται τὴν ει, qua regula non comprehenduntur Ἀρκείσιος, Σιμοείσιος Hom. Ὀποείσιος Steph. ἀπερείσιος. Idem p. 215. et Etym. Gud. 229, 51. ζευγίσιον διὰ τοῦ ῑ τῷ χαρακτῆρι τῶν διὰ τοῦ ισιον οἷον χαρίσιον, Προβαλίσιον, Ἀρτεμίσιον, diversa permiscens; nam ζευγίσιον iota longam habet a primitivo ζευγίτης ut ἀφροδίσιος, illa vero ob characterem, ut Φορμίσιος viri nomen a Φόρμις vel Φορμίων propagatum, nec dubitem quin Χαρισίαι urbis Arcadicae nomen ita efferendum sit ut Χαρίσιος viri,[13] a quo Stephanus illud sumtum putat, et Ἀγχισία ejusdem regionis sic ut Ἀγχίσης, quodque Passowius brevitatis signo notavit νεκύσιος, Graecos non aliter pronunciasse existimo quam θαλύσιος, sed Ἀνύσιος scriptoris nomen J. Lyd. de Mens. IV. 40. p. 68. sic ut verbum unde natum est. Quemadmodum vero Προβαλίσιος et Ἀμαρύσιος vocalem longam habere diximus compensatione primitivorum, quae literam ν continent, ita Τιθράσιος dicitur alpha longo ut est in nomine demi Τίθρας Τίθραντος (ut τύψας τύψαντος) unde Τιθράντιος derivari poterat ut ab Ἄλεις (omiss. in Th.) Ἀλέντιος,[14] a Γλισ-

---

13) Hoc Jacobsius Anth. XIV. 2. vulgato Χαρίστιος anteponit; sic et Ἀκέσιος dicitur et Ἀκέστιος Paus. I. 37, 1. ab ἀκεστός ut Θεμίστιος a θεμιστός, Themistus Liv. XXIV. 24. ubi libri perboni Themisius praebent; ἀκέσιμος et Ἀκέστιμος Corp. Inscr. n. 2562. et 2583. Nota sunt Romanorum solemnia **Charistia.**

14) Ἀλεντία Veneris cognomen Lyc. 863. Ἀλησίας Ἀφροδίτη διὰ τὸ

σᾶς Γλισάντιος, Τρύχας Τρυχάντιος, Ὀλοῦς Ὀλούντιος, Σολοῦς Σολούντιος, Ῥιζοῦς Ῥιζούντιος, sed et horum multa inter utrumque fluctuant Σκιλλοῦς Σκιλλούσιος καὶ Σκιλλούντιος, Φοινικοῦς Φοινικούντιος καὶ Φοινικούσιος ὡς Σελινούντιος καὶ Σελινούσιος, Τραπεζοῦς Τραπεζούντιος καὶ Τραπεζούσιος ὡς Ἀμαθούσιος Steph. et ut Μυούσιος, Ῥαμνούσιος, Φυκούσιος etc. Et a nominibus in ων οντος Λεδόντιοι Paus. X. 33, 1. sed Νεδουσίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νέδοντος Strab. VIII. 360. et ab appellativis Γερόντιος andronymicum et γεροντία, sed et γερούσιος γερουσία, a πυγών πυγούσιος, a participiis et participialibus ἐθελούσιος, ἀδούσιος ἐραστός Hes. ἐπιούσιος, ἑκούσιος v. ad Phryn. p. 5.

§. 3. Nunc tempus est disserere quomodo eadem terminatio existat a dissimilibus. Persaepe enim nomina, quae neque in primo casu literam mysticam habent neque in secundo, positionem sigmaticam accipiunt. Schol. Vict. ad Il. XX. 404. *τὰ διὰ τοῦ ιος εἰ μὲν τὸ πρωτότυπον εἰς ος ἔχει, διὰ τοῦ ησιος, Ἰθάκος* (sic) *Ἰθακήσιος, βροτήσιος, ἐτήσιος. Εἰ δὲ τρέποιτο τὸ η τοῦ πρωτοτύπου εἰς ᾱ παρὰ Δωριεῦσι, διὰ τοῦ ᾱ, Πρυμνάσιον, Κορυφάσιον. Οὕτως ἔχει καὶ τὸ Κοράσιον ὃ μᾶλλόν ἐστι μακεδονικόν.* Prima illa, si non plura exciderunt, quae ex EM. 387, 46. suppleri possunt, sic scribi oportet εἰς η καὶ ος — Ἰθάκη κ. τ. λ. de universis sic exponam ut ordinem vocalium sequar quas sigma excipit. Hic statim occursat *Thera* et *ex ea avulsa postea Therasia* Plin. IV. 23. alpha longo ut Stephanus testatur quem Draco sequitur p. 47, 9. et Minervae Acraeae cognomen Κορυφασία a κορυφή ductum ut Κορυφάσιον promontorium et Κορυφαντίς, puto, vicus Mytilenae litoralis Strab. cujus primitivum fuerit Κορύφας. Percelebris est Diana Pergaea quam et Περγασίαν dictam esse legimus apud Stephanum, alpha longo sine dubio ut Κορυφασία in Anth. et Θηρασία. Ac si quis verba ista Ethnographi Πέργη Περγαῖος τὸ θηλυκὸν Περγαία καὶ Περγασία Ἄρτεμις in suspicionem vocet, subvenit aliud ejusdem deae epitheton Περασία — διὰ τὸ πέραθεν κομισθῆναι Strab. XII.

περὶ πάντα ἀλᾶσθαι. Πιθανώτερον δὲ ἡ ἐπὶ τοῦ Ἄλεντος ἱδρυμένη ποταμοῦ EM. Tum vero Ἀλεισίας scribendum.

537. quod qui ita arbitrati sunt, certe non dubitarunt quin pro *Περαία* dici possit *Περασία* et proinde *Περγασία* pro *Περγαία*,[15] ut *Τυχάσιος* viri nomen Corp. Inscr. 2472. p. 372. a *τυχαῖος*, *λοιβάσιον* pro *λοιβαῖον* vel *λοιβεῖον*, unde etiam Servius ad Georg. I. 7. Lebasii nomen ductum putat. Sic a *Βέννα Βεννάσιος*, *Φυλή Φυλάσιος* alpha protento ut *κοράσιον*, sed a similibus *Δρύμη*, *Λάμπη*, *Τράμπη*, *Βήνη* etc. gentilicia in *αιος* proficiscuntur. Ad ultimum eadem urbs *Ὀρέστειον* sive *Ὀρέσθειον* nominatur et *Ὀρεσθάσιον* ab Oreste vel ab Orestheo, nam auctores discrepant v. Siebelis ad Paus. VIII. 3, 2. A nominibus tertiae declinationis *Διάσια*[16] Jovis solemnia et *κυρβασία* ut Salmasius censet de Mod. Us. 104. a *κύρβις*, praeeunte Harpocratione *διὰ τὸ κεκορυφῶσθαι κύρβεις ἐκάλουν ὥςπερ καὶ κυρβασίαν τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς*, iota utrumque brevi ut *τυρβασία*, sive hoc a *τυρβάζω* profectum est sive a *τύρβη*. Multo rarior est terminatio *εσιος* et non publici juris: *ἄπειρος* (*ἀπείριτος*) *ἀπειρέσιος*, *θέσπις θεσπέσιος*, nisi compositum est ut Schol. A. ad Il. IX. 2. significat *παρὰ τὸ θεός καὶ πέτω τὸ πίπτω*, vel potius decompositum ab obsoleto *θεςπετής*, in quo vis verbi quiescit ut in *εὐπετής*, *ὑπερπετής* et *διιπετὴς αἰθήρ*, quod Euripides substituit pro Aeschyleo *δῖος αἰθήρ*. Tum intermortua quaedam ex Hesychii armario *Κηρέσιος ὀλέθριος*, *Νεικέσσιος πολέμιος*, *Ὀρθέσιος ὄρθιος*. Tum propria *Ἕλος τε καὶ Ἑλεὼν καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρῦσθαι* Strab. IX. 406. *Πειρεσία* sive *Πειρεσιαί* ab inusitato *πεῖρος* i. q. *πεῖρας*, nisi antiquior est scriptura *Πειρασία*, hujusque alpha postea in epsilon vertit, qua ratione etiam *ἀπειρέσιος* ab *ἀπείρατος* repeti potest; et *Τειρεσίας* portentorum interpres *παρὰ τὰ τείρεα* id est *τέρατα* EM. 756, 10. ut et sidera catexochen *τείρεα* et latine *signa*

---

15) *Ἠράσιος μὴν παρὰ Λάκωσι* Hes. quem Albertius vernum interpretatur, fortasse *Ἡραῖον* significat.

16) Huic fortasse proximum erat *Διάς* tribus Atticae nomen ut a *Νυμφάς* gentilicium *Νυμφάσιος*, a *φαικάς*, cujus primitivum videtur *φαικός ἐλαφρός* (ut *εὐμαρίς* ab *εὐμαρής*) *φαικάσιον* (*ἐλαφρὸν φαικάσιον* Poll. VII. 90.) Sed *αἱμασιά* nonnulli ab *αἷμος* repetunt. *Διὰ συκασίῳ παραπεποίηται παρὰ τὸ συκοφαντεῖν* Hes. *Λογγῶνες* — *καὶ λογγάσια* EM.

vocant.[17] Et longius deductum εἰρεσιώνη ab εἶρος, quod in transitu casuum tau non recipit. Usitatissima vero est derivatio adjectivorum in ησιος, maxime a nominibus primae declinationis femininis, Ἀλώνη Ἀλωνήσιος, Ἰθάκη Ἰθακήσιος, Μυκάλη Μυκαλήσιος, Στρύμη Στρυμήσιος, Πεντελήσιος Steph. s. Δελφοί, et a deae nomine Ἑκατήσιος ut Ἑκαλήσιος, ab appellativis λιτήσιος Nonn. XLIII. 137. ἡμερήσιος, πρυμνήσια Diod. XIV. 55. de quo Pollux. I. 93. fortasse mitius quam par est judicat ἐγχωρεῖ τῷ ὀνόματι χρῆσθαι, κἂν ᾖ ποιητικόν, et hoc deterius πρωρήσια Schol. Lyc. 295. EM. 693, 38. λιμνήσιον herbae nomen quam antiquiores λιμνῆστιν vocant. Ab his, quae in ος excidunt: Αἶνος Αἰνήσιος Strab. Λιθήσιος Ἀπόλλων ὁ τῷ ἐν Μαλέᾳ λίθῳ προσιδρυμένος ὡς ἀπὸ τοῦ Μάραθος Μαραθήσιος Steph. μύρον Μεγαλήσιον ἀπὸ Μεγάλου Σικελιώτου Poll. quo tamen testatior est scriptura Μεγάλλειον ἀπὸ Μεγάλλου sive Μετάλλου. Sed consimilis est flexus adjectivorum βροτός et βροτήσιος, νύκτερος νυκτερήσιος, et in sermone Graecorum hujus aetatis ἐλάφειος ἐλαφήσιος, προβάτειος προβατήσιος, quibuscum conferri licet antiqua Ἑκάλειος et Ἑκαλήσιον, illud Jovis, hoc solemnium nomen, et quod Apollonius navium retinacula modo πείσματα πρυμναῖα vocat modo substantive πρυμνήσια, alii Ἑκαταῖος et Ἑκατήσιος, Στρυμαῖος (sic cod. Steph.) et Στρυμήσιος.[18] A nominibus tertiae Ἔτειον τὸ κατ' ἔτος, ἐτήσιον Hes. quae discernit Moschopulus Sched. 169. ἔτειος ὁ χρόνιος, ἐτήσιος δὲ τὸ κατ' ἔτος, nec raro differunt. A κάρφος ut videtur, καρπήσιον, cujus λεπτὰ τὰ κάρφη Galen. de Antid. I. 72. T. XIII. A Charitum nomine dicta sunt Χαριτήσια. Aliena vero a proposito illa quae Stephanus suggerit Καβελλιών Καβελλιωνήσιος ὡς Ταῤῥακωνήσιος· κατὰ δὲ τὸν ἑλληνικὸν (τύπον) Καβελλωνίτης ὡς Ταῤῥακωνίτης, illa enim forma semigraeca est ut Ἰταλικήσιος pro Italicensis, Παρμήσιος pro Parmensis etc. v. Parall. 32. eamque ob causam supra Μεγαλήσια praetermisi sciens quamvis

---

17) De propriis Ἀντεσίων Nonn. XXVIII. 112. et Αὐτεσίων Herod. nihil explorati habeo.

18) Ὑβλήσιος navicularii nomen est Demosth. p. 926. Ὑβλαῖος gentilicium. Εὐανδρησία pro εὐανδρία suspectum habeo.

a graeca voce derivatum. A vocabulis in ης primae et tertiae declinationis: *ἐτήσιος συνήθης* EM. ab *ἔτης*, nisi ille nomen etesiarum interpretari voluit, *Μανήσιον Φρυγίας ἀπὸ Μάνου* Steph.[19] ab *Εὐφράτης* non solum *Εὐφρατίτης* sed etiam *Εὐφρατησία* apud scriptores christianos, qui fortasse latinum Euphratensis expresserunt v. Interpr. ad Ammian. XIV. 8, 7. Utroque certiora sunt *ἱκετήσιος* et *ἐργατησία χώρα*, quo Coraes ad Plut. T. II. 456. adeo offensus est ut *ἐργάταις οἰκεία* corrigere auderet, et plurale *κυβερνήσια*. De *βιοτήσιος* dubitari potest utrum a *βιοτή* sit an a *βιότης* ut *ἑνοτήσιος*, *νεοτήσιος*, *φιλοτήσιος* et gentilicia illa de quibus supra egimus *Βέρης τοῦ Βέρητος Βερήσιος ὡς Φαγρήσιος*, *Ἀδρυμήσιος* Steph. qui ob haec *Ἀκελήσιος* maluit ad *Ἀκέλης* referre quam ad *Ἀκέλη*. Nec certo constat de *ἀροτήσιος* et *γενετήσιος*, quae ad *ἄροτος* et *ἀρότης*, *γενετή* et *γενέτης* pariter conveniunt. Quae iota longum habent, ante percursa sunt; huc distuli Acrisios, quorum multi inter nos vivunt ab inopia judicii nomen adepti, sed unus ad nostram causam pertinet *ἀπ' ἄκρας τινὸς ἐν Ἄργει* denominatus ut Hesychius s. *Ἀκρία* prodidit. In οσιος quae exeunt omnia ad illud genus referuntur quod sigma ex tau natum habet *Θεοδόσιος*, *προηρόσιος*, *δεσπόσιος*, quod Gramm. Cram. I. 36, 29. cum *ἱκέσιος* componit, *πανδοσία ἡ πόρνη* Eust. *ἀπὸ τοῦ πάντα πᾶσι διδόναι*. *Δημόσιος* tamen a *δῆμος* propius abesse videtur quam a *δημότης*. Aliis regionibus adscriptum est *τὰ κόσια ἥτις ἐστὶ κατάληξις τοῦ μετὰ τὸν ἑκατὸν ἀριθμοῦ, διακόσια, τριακόσια* Sch. Arist. Ach. 3. eaque fortasse non catalexis est sed pars nominis. In ουσιος saepe declinantur localia: *Λάμος ποταμός, τὸ ἐθνικὸν Λαμούσιος — Μάραθος Μαραθούσιος ὡς Καδούσιος — Θράμβος Θραμβούσιος· ὁ γὰρ διὰ τοῦ σιος τύπος τοῦ πρωτοτύπου δύο συλλαβαῖς περιττεύει, εἰ μή τις βραχεῖα παραγωγὴ γένοιτο. Σεσημείωται τὸ Περκώσιος καὶ Κριθώσιος* Steph. *Πηλούσιον ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ πηλοῦ* Strab. XVII. 803. — In υσιος praeter illa, quae jam attuli, exeunt propria *Φαλύσιος* Paus. X. 38, 7. *Λαρύσιον ὄρος* III. 22. *Ἠλύσιον*, quorum origo non

19) Transmisi *Γαλλήσιον*, *Κυκήσιον*, *καρχήσιον* et alia originis aeque ignotae.

noscitur et duo adjectiva, unum perantiquum *τηΰσιος*, quod Herodianus per prosthesin et dialysin ex *αὔσιος* factum putavit EM. 171, 10. hoc autem ab *αὔτως* repetivisse videtur ut a *κτητός κτήσιος*, *πλοῦτος πλούσιος*, sed Schol. Od. III. 316. ex *ἐτηΰσιος* hoc est, puto, ex *ἔτος*, praetermisso epsilo ut *τήτυμα ἀληθῆ* Hesych. quod nonnulli decurtatum putant. Alterum est ab *ἄντικρυς ἀντικρύσιος* Theogn. 125, 2. sed summopere suspectum et propter se et ob vindicem. — *Ὁ μὲν διὰ τοῦ ωσιος Ῥηγίνων ἐστὶν, ἐπεὶ συνεχὴς παρ᾽ αὐτοῖς ἀπὸ γενικῆς γίνεται, ἀνάκων ἀνακώσιος, χαρίτων χαριτώσιος. Ὁ δὲ διὰ τοῦ ωνιος Αἰολέων, Ἀλώνιος* (scr. *ἀλλώνιος*), *παντώνιος, ἑτερώνιος, ἑλικώνιος* Cram. T. IV. 329. quorum posteriorem partem explicui ad Buttm. 406. in priore, quae proprie hujus est loci, pro *ἀνάκων* suspicor scribendum esse *ἀκάκων Ἀκακώσιος*, quod ipsum quidem non legitur sed Grammatici posuisse videntur ad explicandum Mercurii nomen *ἀκακήσιος ὁ μηδενὸς κακοῦ παραίτιος*. Quomodo enim Neptuni in urbe Helice consecrati epitheton *Ἑλικώνιος* a genitivo plurali nominis *Ἑλίκη* derivatum esse voluerunt, cujus legitima inclinatio est *Ἑλικήσιος*, sic veri simile est nonnullos hanc in opinionem discessisse ut Mercurium ab Aeolibus *Ἀκακώνιον*, a Rheginis *Ἀκακήσιον* vocatum putarent. Nec *χαριτώσιος* deprehendimus sed *χαριτήσιος* et, quod non oportebat praetermitti, *ἐτώσιος παρὰ τὸ ἐτός ὁ ἀληθής κατ᾽ ἀντίφρασιν* vel pro *ἀετώσιος* ut fabulantur, demto alpha privativo; nec praetermissum est ab EM. *αἱ διὰ τοῦ ιος γινόμεναι παραγωγαὶ ἀπὸ γενικῆς τῶν πληθυντικῶν διχῶς σχηματίζονται· ἡ μὲν τῶν Ῥηγίνων διάλεκτος διὰ τοῦ σ, ἐτώσιος, ἡ δὲ τῶν Αἰολέων διὰ τοῦ ν Ἑλικώνιος.* Ut *Ἑλικώνιος* et *Ἑλικήσιος*, sic etiam Stephanus affert *Τιταρώνιος* et *Τιταρήσιος*, hoc a *Τίταρος*, illud a *Τιταρών*, ex quo idem Mopsus ab Hesiodo *Τιταρήσιος* appellatur, a Lycophrone *Τιταρώνειος* v. 881. cum metathesi quantitatis; nam *Τίταρος* primam longam habet, secundam brevem, in gentilicio contra est. *Κερβήσιος* Phrygiae locus Strab. XII. 580. fortasse a *Κέρβης*, quod Herodianus Cram. III. 241. fluvii nomen esse tradit; *Κεβρήν* autem fuit Troadis fluvius unde regio *Κεβρηνία*. Et simile illi ethnicum *Κορήσιος* nobis opinionem affert non solum *Κόριον* in usu fuisse sed

etiam *Κόρη* Cora. Sed ab *Ἀγχόη* derivari potuisse *Ἀγχάσιος* praepropere sibi persuasit Ottfr. Muellerus Siebelisio laudatus ad Paus. IX. 11, 7. Postremo loco addam *Μηλώσιος* Jovis pastoralis cognomen Corp. Inscr. n. 2418. Multorum autem origo ita incerta ut de terminatione quoque nihil constitui possit, velut gentium nomina *Χαυλάσιοι* brevi alpha Dion. Per. 956. *Ἀττάσιοι* Strab. XI. 513. quos Plinius VI. 18. Attasinos vocat, *Φαλασία ἄκρα* (Euboeae) Ptolem. III. 15. *Ταυρασία* Taurinorum civitas Appian. Ann. c. V. *Νικασία* Steph. et Phaecasia Plin. insulae, *Λευκάσιον χωρίον* (Arcadiae) Paus. VIII. 25, 2. *Πολιάσιον* locus Laconicae Polyb. XVI. 16, 2. *Αὐράσιον ὄρος* Suid. s. *Ἀκρότομος· κολοκάσιον*, cujus antepenultima longa est, Salmasius syntheton esse statuit, et alia.

CAP. III.

De affectionibus.

Vocalium, quae sigma antecedunt, scriptura quam inconstans sit, omnibus ante oculos est, praecipue in nominibus propriis et iis peregrinis, quae non dubium est a Graecis ipsis varie pronunciata et scripta esse velut *Μοναίσης Μονέσσης* Appian. Parth. p. 93. Monaeses et saepe Moneses v. Interp. ad Hor. III. Od. 6, 9. *Οὐολόγαισος* Dio Cass. XLIX. 23. Vologesus et Vologeses apud Latinos auctores, *Βολόγεσος* Aristid. Or. Sacr. I. 281. T. I. Lucian. Quom. Hist. §. 31. quod duplici sigma scribendum ut Vologessia Ammian. Marc. XXIII. 6, 23. *Βολογεσσιεύς* in cod. Stephani, *Ἄλαισος* sive *Ἄλαισα* (omiss. in Th.) et Halesa v. Wess. ad Diod. XIV. 16. Interpr. ad Sil. XIV. 218. De adjectivo hujus formae unico cavet EM. 482, 22. *κάβαισος διὰ διφθόγγου. Πειρασία* apud Stephanum fortasse mendosum est pro *Πειρεσία*, nec *ἀπειράσιος* legitur pro *ἀπειρέσιος*, sed analogiae nominis *πέρας* convenientius est. Saepe vero alpha cum eta certat. *Παρνησός* apud Homerum et Herodotum legimus et nonnunquam in fabulis Tragicorum, sigma nunc uno nunc geminato; *Παρνασός* Pindari codices tuentur cf. Schneider. Gramm. I. 2, 441. *Ὑπερήσιος* Epicorum sermoni convenit, communi *Ὑπεράσιος*, quod Spitznerus Observ. in Quint. 133. jure ab Apollonio abjudicat. *Κάβησα ἡ*

νῦν Κάβασα Schol. Il. XIII. 363. *Σαγάλασσος λέγεται καὶ Σελγησσος* Steph. cf. Ellendt. ad Arrian. I. 28, 3. A thermis, ut videtur, ductum Cereris cognomen *Θερμασία* Paus. II. 34, 6. et 12. in libris nonnullis *Θερμησία* scriptum est, improbante Siebelisio. Lycaoniae pagus in Strabonis libris *Κορόπασσος*, in nummis *Κορόπισσος* vocatur v. Eckhel. Doctr. T. III. 30. (omiss. in Thes.) Alpha in ypsilon transiisse consentiunt Grammatici adjectivum *διαπρύσιος* idem valere statuentes quod *διαπορεύσιμος* vel *διαπεράσιμος* Schol. Il. VIII. 227. XII. 439. nec dubia est adverbiorum *πέραν* et *πέρυσι* cognatio. Epsilon et iota idem juris obtinent in nomine urbis *Ἔμεσα Ἔμισα*. Nullum ejusmodi testimoniam habemus de Asiae urbibus *Τελμησσός Τελμισσός*, *Τερμησσός Τερμισσός*, sed praeponderat eta quod Stephanus ipse quodammodo confirmat quamvis a librariis saepe corruptus: *Σινδησσός Καρίας ὡς Τελμισσός* (sic) — *Ἀγορησός Καρίας* — *Ἀγορησεύς ὡς Τελμισεύς καὶ Τυμνησός Τυμνησεύς· δύναται καὶ Ἀγορήσιος ὡς Λυρνήσιος*, quo loco in cod. Rhed. servatum est *Τυμνησσεύς* sigma geminato ut et cetera scribi convenit propter oxytonesin primitivorum. Pro *Ἄρδιττος* quoque in EM. sine dubitatione scribendum est *Ἄρδηττος* sive potius *Ἀρδηττός* Plut. Thes. c. 25. pro *Κόρισσος* sive *Κορεσσός* similiter *Κορησσός* v. Tzschuck. ad Strab. X. 325. pro *Χαδίσιος Χαδήσιος* v. Adn. ad Apollon. II. 1000. sed *Κρίμησος* postponendum scripturae a Choerobosco receptae *Κρίμισος*. De rarioribus ut *Τυλησσός* et *Τυλισσός* (v. Hoeck. Cret. I. 432. III. 418.) *Μερμησσός* et *Μυρμισσός*, quas urbes Stephanus diversis locis memorat, interpretes autem easdem putant, res in medio reliquenda est. Quod vero interdum *Παμεισός* scribitur v. Tzsch. ad Strab. VIII. 29. et *Κηφεισός* Corp. Inscr. n. 245. non diphthongus est sed longae vocalis indicium; ab altero derivatum nomen Thebani tibicinis *Καφισίας* in Ath. XIV. 629. A. perperam *Καφησίας* scribitur. Aliarum vocalium mutationes hae sunt: Mesopotamiae oppidum a Zosimo *Κιρκήσιον* (omiss. in Thes.) a latinis auctoribus Circessus et Cercusium[1] dicitur v. Tzschuck.

1) Sic *Ποικιλασσός* in Anon. Stadiasm. n. 314. apud Ptolem. *Ποικιλάσσιον, Βάβρας Βαβράντιον* etc.

ad Eutrop. IX. 2, 647. *Λευκασία* insula et *Λευκωσία* v. Interpp. ad Lyc. 723. cui similis vicissitudo a Stephano observata est *Ἀναγυροῦς* — *Ἀναγυράσιος· ἐξήτηται δὲ πῶς ἔχει τὸ ᾱ. Ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνούσιος ἀλλ' ἔοικε τὸ ρ̄ αἴτιον εἶναι φιληδοῦν τῇ συντάξει τοῦ ᾱ ὡς τὸ Φλυοῦς Φλυάσιος*, ubi Holstenius probat Casauboni correctionem *τὸ ῡ αἴτιον εἶναι*. Verum hoc *ῡ* non potuit causa esse mutandae vocalis, a qua interposito rho diremtum est; et pro *ὡς τὸ* — codex Rhed. praebet *εἰς τὸ Φλιοῦς Φλιάσιος*, quo loco ita loquitur *ὤφειλεν ἀπὸ τῆς Φλιοῦντος γενικῆς Φλιούσιος, πλεονασμῷ δὲ τοῦ ᾱ Φλιάσιος*, pleonasmi nomine significans illam ad alpha proclivitatem; nec tamen praetermittit duplicem primitivi terminationem *Φλιοῦς* et *Φλίας* ut alio loco a *Θρίας Θριάσιος* ducit, a *Θρυοῦς Θρυούσιος*, additque mensem, in quo fructus maturescunt, a Lacedaemoniis *φλιάσιον* vocari, a verbo *φλίω* arbitror, ut *φλυήσιος μήν* Hes. a *φλύω*, et *Φλεήσιον πεδίον τὸ Φλιάσιον* Phot. a *φλέω φλόος φλέως*, liberiore illa via, quam supra indicavi. Sic et a *Πτελεά* et *Πτελεός* sive *Πτελεόν* non solum *Πτελεάσιος* sed et *Πτελεούσιος* derivatum est, ab *ἥμερος* Dianae epitheton *Ἡμέρα* et *Ἡμερασία*, a substantivo *ἡμέρα* apud posteriores *ἡμερούσιος* et *ἐφημερούσιος*. A Libano *φοινίκη Λιβανησία* Hierocl. c. 42. et *Λιβανουσία* Steph. s. *Ἔμισσα*. De gentilicio *Φλιάσιος* insuper hoc addendum, quod ad mensuram pertinet, alpha natura longum ut in *Τιθράσιος*, a Cratete ap. Hesych. Mil. de Vir. doct. p. 36. ed. Orell. et Dioscoride Anth. VII. 707. metri heroici gratia correptum esse.[2] Quo ad systolen et ectasin traducimur. Idem enim alpha, quod in *διπλάσιος, τριπλάσιος* etc. breve est, Iones in eta mutarunt *διπλήσιος* dicentes. Pro *Πανύασσις* Paus. IX. 8. et 29. quod sat multi codd. praebent, nunc *Πανύασις* editum est; unde derivatum sit nomen, non constat, nec mensurae habemus testem praeter Avienum qui in Arat. Phaenom. 175. primam syllabam produxit, duabus quae sequuntur correptis. *Κρίμισος* apud poetas luculentiores iota longum habet, sed idem nomen in Nonn. XXXII. 234. ubi

---

2) *Θριασεύς* in fine pentametri Anth. VII. 470. Jacobsius Planudi auctori tribuit.

Liberi Patris commilito inducitur, dactylum explet, femininum *Κρεμίση* in oraculo, quod in Thes. affertur, anapaestum. Paropamisi nomen, quod vulgo sic pronunciamus ut *Pamisus*, ubicunque apud poetas legitur, libri modo *Παρπανισός* sive *Παρπάμισος* offerunt correpta penultima, modo *Παρνησσός* v. Bernhardy ad Dion. 737. Emesae nomen quam varie habitum fuerit, jam dixisse me memini. *Καμβύσης* poeta ignobilis Anth. pro amphimacro habuit. *Ἰηλυσσός* exhibent veteres Homeri editt. producto per sigma duplex ypsilo quod natura breve esse Heynius comprobat Pindari testimonio; neque enim credi potest nomen conditoris, de quo hic loquitur, aliter pronunciatum esse quam urbis, ac ne accentum quidem diversum habuisse colligimus ex aliis, quae in hac dissertatione intexta sunt, exemplis. Apud Stephanum sic quidem scriptum est *Κρυασσός πόλις Καρίας ἀπὸ Κρυάσσου, Ὑδισσός ἀπὸ Ὑδίσσου, Ὑηττός ἀπὸ Ὑήττου*, sed hae accentiunculae parum auctoritatis habent et quod ad postremum attinet, in Paus. IX. 24, 3. et vici et viri nomen proparoxytonon est. Quod autem *Γαργηττός* ap. Steph. s. *Ἀλήσιον* et in plerisque codd. Paus. VII. 22, 7. diversum a demo accentum habet ut *Σφηττός ἀπὸ Σφήττου* Steph. id positum est in oxytonesi demorum cf. Lehrs. Arist. 288. Jam quum nomina in *υσος* oxytona nulla extent, *Ἰάλυσος* quoque rectius gravari quam acui videtur. Poetas autem sigma producendae penultimae geminasse, non solum *ταμάσσιος* ostendit, de quo C. I. §. 1. dictum est sed etiam urbs Lydiae quam Hierocles in Synecd. c. 23. *Κεράσην* vocat, Nonnus vero XXXII. 234. pluraliter *Κεράσσας*. *Ἴασος* in carminibus ubi legitur, tribreve est, sed *Ἰασσίς* usurpavit Silent. Ecphr. II. 179. *Τιθασσός* mirum est apud scriptores numeris solutos persaepe legi pro *τιθασός*, quod poetarum atticorum et exterorum testimoniis plurimis fultum, nuper etiam illis restitui coeptum est v. Schneider. ad Plat. Civ. T. III. p. 177. Nec minus late fluxit aeque vitiosum *Ἔρεσσος*. Systolae exemplum est Leucosia correpta secunda Ovid. Met. XV. 708. Sil. Ital. VIII. 578. ubi nonnulli Leucasia substituunt. Sed maxima contentio consistit circa nomina in *ασος, ησος, ισος* exeuntia. Nam quod Schubartus et Walzius scripserunt in Praef. Pausaniae p. XLI. *nostris diebus in*

longe plurimis formam simpliciorem esse praeferendam satis demonstratum est. Quare accedentibus plerumque codicibus constanter scripsimus Κηφισός, Παρνασός, Κνωσός, Λάρισος, Ἁλικαρνασός, Περμησός, Κρῖσα etc. id quidem saepius in transitu a viris doctis adnotatum sed a nemine justa disputatione demonstratum est, quantum ad haec quidem vocabula attinet, de quibus nunc agitur. Quorum vix unum est in quo non libri boni ab aeque bonis aut in sigma aut in accentu dissideant aut in utroque. Eademque nummorum est discrepantia et inscriptionum. Unde igitur constat Ἁλικαρνασός, Παρνασός et Περμησός sic potius scribi oportere, quam ut Grammatici jubent? An quia, ut Heynius dictitabat,[3] simpliciorem formam eandem antiquiorem haberi par est? At hoc nihil pertinet ad Pausaniam et aequales, ac ne probari quidem potest. Equidem nunquam speravi omnium illorum scripturam veram hoc est peritissimo cuique Graecorum probatam cognosci posse nec dubito quin, si autographa ipsa inspicere liceret, multa specie similia dissimiliter scripta reperiremus, peregrina praesertim et infrequentia. Sed hoc tamen video, si quem exitum haec quaestio habitura sit, non oxytona cum barytonis, primitiva cum derivatis permixte, ut plerumque fit, tractanda esse. Veniam nunc ad ultimum hujus generis exemplum; τὰ διὰ τοῦ σιος ἅπαντα πλὴν τῶν μετουσιαστικῶν καὶ τῶν δηλούντων μέρος σωματικὸν[4] διὰ τοῦ ῑ γράφονται, ταράσιος,[5] ἱκέσιος, Συρακούσσιος (οὕτω γὰρ Ἡρωδιανὸς διὰ δύο σσ γράφει) διακόσιοι, τριακόσιοι EM. 80, 35. Theogn. p. 56. Primitivi speciem gerit Συρακώ, derivati Συράκοσαι Pind. pro quo scriptores receperunt Συράκουσαι, sed possessivi forma

3) Haec oracula iterat Muellerus in Orchom. 479. Παρνασός, Καφισός, Κρῖσα antiquiorem esse scripturam, exceptis iis quae in dialectis ττ accipiant ut Μυκαλησσός, Μυκαληττός, de quo ita loquitur ac si plura hujus generis nosset, citoque persuasit Ungero Theb. Parad. p. 405. fin. qui more tralaticio res dissimiles componit. Est vero illud unicum hujus mutationis in diversis dialectis exemplum ideoque nullius in hac re ponderis.

4) In EM. apponitur ὡς ὑειὸς (sic) κάρα, χρύσειος σταυρός, Theogn. νήσειος κάρα, χρύσειος στρατός.

5) Novimus Tarasium Patriarcham et Photii fratrem.

duplici usi sunt *Συρακούσιος* et *Συρακόσιος*, nec desunt in codd. vestigia tertiae *Συρακόσσιος* v. Bekker. ad Thuc. III. 86. cui convenit *Συράκοσσαι* in Epicharm. Epigr. Anth. IX. 600. Nunc dicere vacat quando sigma aliis consonis vel cedat vel succedat. Stephanus: *Γάργαρα* — *Ἑλλανικὸς δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν διὰ τοῦ σ̄ ἀλλ' οἴομαι σφάλμα εἶναι*, de quo jam judicare non possumus, sed quam familiaris sit haec terminatio *ασος ασον* vocabulis topicis, nemo ignorat et certum antithesis exemplum est *Caprasia insula a capris nominata* Varr. R. R. II. 3, 3. quam Plinius et alii Caprariam vocant, Graeci *Αἴγιλον*, et Planaria insula *a specie dicta aequalis freto* Plin. a Solino Planasia vocatur v. Wesseling. ad Itiner. 504. *κοράσιον* ex *κοράριον* factum Buttmanni opinio est quam addubitavi in Adn. ad Gramm. 442. neque ei auxiliatur Theognostus 125. *τὰ διὰ τοῦ ασιον γυμνάσιον, ἱππάσιον, κοράσιον·* nam *ἱππάσιον* non pro *ἱππάριον* accepisse videtur sed pro *ἱππασία* ut *γυμνάσιον* saepe pro *γυμνασία*, quodque unum novi illi simile meretriculae in Poenulo prodeuntis nomen *Adelphasium*, id deminutivi quidem speciem gerere nec tamen ex *ἀδελφάριον* ortum puto. *Τάλαρος* et *ταλασία* communem stirpem habere antiquis haud aegre assentior. Locum Atticae, ubi Theseus *τὰς ἀρὰς ἐποιήσατο*, Plutarchus *Ἀρατήριον* vocari memorat Thes. c. XXXIV. sicut alia loca *εὐκτήρια, χρηστήρια, πρατήρια, πωλητήρια, μελετήρια* nominantur; *Ἀρητήσιον* vero, quomodo in EM. scribitur, qua analogia defendi possit nescio. Sed *γενετήσιος* et *γενετήριος* aequo jure sunt et quod per hanc occasionem addam *Ἄργισσα ἡ νῦν Ἄργουρα* Strab. IX. 440. ab *ἄργος* incertum an ab *ἀργός*. Euboïcae vero urbis nomen duplex *Ἄργουρα* et *Ἄργουσα* nunc uno modo per rho scribendum esse consentiunt v. Bernh. ad Suid. s. h. *Ἄννισον* et *ἄνηθον* confundi antea dictum est. *Ὀποκάρπασον* Plinius opocarpasum et succum carpathii vocat, insulamque *Καρπασίαν* a Xenagora *Κάρπαθον* dictam esse Stephanus testatur.

DISSERTATIO DECIMA.

DE

VICISSITUDINE TERMINATIONUM

$\overline{\alpha\varsigma}$, $\overline{\iota\varsigma}$, $\overline{\iota\alpha\varsigma}$, $\overline{\alpha\zeta\omega}$, $\overline{\iota\alpha\zeta\omega}$.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXIX.)

Nominum, quae huic quaestioni subjecta sunt, quum tanta sit copia ut nisi partita et distributa illustrari nequeant, partitionis autem ratio una suppetat, ex etymis, quibus singula adhaerent, universam turbam in tot classes describam quot sunt orationis partes ad propagandum habiles; ac si quid intercurret ambigui, eo apponetur loco, cui maxime convenire aut minime disconvenire videbitur.

§. 1. Ab indeclinabilibus duo processerunt *διχάς* et *εὐάς*,[1] quae si quis a futuris potius sic ut veteres *Αὐλίς ἐκ τοῦ αὐλίσω* Epimer. Cram. I. 15. *ἐλπίς* ab *ἐλπίζω* etc. v. Parall. 122. arcessenda putet et similiter *ψεκάς* a *ψεκάσω*, *στιβάς* a *στοιβάζω* EM. ostendat oportet cur circumfluente verborum hujusmodi copia tam pauca reperiantur quae ab hoc principio repeti possint, nullum quod necesse sit; nam *Θυσιάδες ἔνθεοι* Hesych. in *θυστάδες* mutandum est, pro *οἷον θυσίας* (sic) *ἀρθεῖσα* Philostr. Imagg. II. 19, 826. Jacobsius recte *θυιάς* posuit; nec *βακχιάς* a *βακχιάσω* derivatum sed a *βάκχιος*. — Multo plura ex verbis exuberant, quae quia cum aliis cohaerent posthac afferendis, numerorum notis distinguam. Primum igitur (I) a puris: *θυιάς παρὰ τὸ θύω πλεονασμῷ τοῦ ῑ* EM. 457, 19. qui pleonasmus in aeolico *θυίω* apparet,[2] *ψιάς ἀπὸ τοῦ ψίω* Schol. Theocr. I. v. 1. quod cum Eustathius *ἄῤῥητον ῥῆμα* vocaret, solum fortasse praesens spectavit, *πτυάς*, *πλωάς*, *῾Υάς*. Secundo (II) *βοσκάς*, *ἰσχάς* ancora, *μαινάς*, *μυλλάς*, et quae Philoxenus EM. 818, 48. cum *ψιάς*

---

1) Ab epitheto dei *Εὔας Εὔαντος* nasceretur *εὐαντίς* vel *εὐαντιάς* ut *Θοαντίς Θοαντιάς*. Sed novimus modo proprium *Εὐαντίδης*.

2) Eundem Dindorfius transtulit ad *παραφυάδες* in Nicandri versu Athen. II. 71. D. sed et verbum *φύω* interdum ypsilon longum habet.

componit *ἰλλάς* et *λαμπάς*.[3] Vocalem verbis insinuatam nomina remittunt *λιβάς*, *φυγάς*, productamque corripiunt *νιφάς*, *τριβάς*, *φθινάς*, unde colligi potest *σινάς* quoque, quod ap. Hesych. legitur, et *ψινάς*, quo Theophrastus utitur, priorem habere brevem, neque recte *φθεινάς* scribi Hippocr. de Gland. p. 500. T. I. Idem fit consonis asciticiis *κοπάς*, *τυπάς*, *δρυφάς κατάξυσμα* Hes. nisi praestat hoc vel ad *δρύφω* referre vel ad nomen. Neque solum syllabae principalis incrementa cessant sed etiam si quid extrinsecus accrevit *ἰσχάς* (*ἰσχναίνω*) carica, *πηγάς* (*πήγνυμι*) *πληγάς*, *μιγάς*, *ἁμαρτάς*, quo mirabilius est *γεραιράς* unicum illud retentae paragogae exemplum, sive sic scribitur sive *γεραράς*. Quae vero epsilon in stirpe habent (III) nomina non ex se formant sed ex perfecto secundo: *γονάς*, *λογάς*, *νομάς*, *ποκάς*, *σποράς*, *στοιχάς*, *στροφάς*, *φοράς*, *φορβάς*. A circumflexis (IV) *βληχάς*, *μηκάς*, *διψάς*, *λιχμάς*, *πενθάς*, *σοβάς*, *φοιτάς*, quorum pleraque paronymis adnumerari possunt.[4] Haec autem omnia saepe et praepositionibus adjuncta reperiuntur, *ἀμβολάς*, *ἐκβολάς*, *καταβολάς*, *κατειλάς* sive *κατουλάς*,[5] *ἐξοχάς*, *συνορμάς*, *ἀποφυάς*, *συμφυγάς*, *συνδρομάς*, et aliis orationis partibus *οὐρεοφοιτάς*, *πολυμηκάς*, *πολυστροφάς*,[6] quorum alia composita sunt, alia decomposita.

---

3) Eodem pertinere videntur masculina *βαλλάδες* id est *παραχύται* v. Salmas. ad Vopisc. Carin. c. XXI. 865. et *κειράδες οἱ κεκαρμένοι* ut veterum nonnulli acceperunt v. Schleusner. in Thes. V. T. s. h. v. Sed hoc fortasse *κουράδες* scribendum, illud Byzantiacum est ut *ἐρευνάδες* inquisitores et similia.

4) Nulli horum plane simile est *κρεμὰς πέτρα*, quod Critici pro *ἐρημάς* Aesch. Suppl. 798. scripserunt.

5) *Κατειλάς*, quod Ellendtius in Lex. Soph. I. 940. dubium habuit, confirmat codex Hesychii a Musuro interpolatus ipsaque series literarum et affine *περιειλάς*, quibus omnibus **convolutum**, **spissum** significatur, unde *Εἰλάς πυκνή σκοτεινή* Hes. et, puto, *οὐλάς ἡ πήρα* nobile illud Cynicorum gestamen Anth. VII. n. 413. *οὐλάς τε σκήπωνι συνέμπορος* ut Martialis dixit IV. 53. ***cum baculo peraque senex***; sed temere mutatum est in *θυλάς*.

6) Hesychius *Θυμαμόργας ἡ νόσος Ἐρετριεῖς*, quod si ab *ἀμέργειν* compositum est, certe acui debet. Idem in serie *Πλοάδες τῶν ἐπερχομένων τινές*, quod fortasse aliquis dixit pro *ἐπιπλόαδες* ut *Πλόμενον φανέν* pro *ἐπιπλόμενον*. *Ἐπιπλόμεναι* Schol. Apoll. III. 25. interpretatur *ἐπελθοῦσαι*.

Jam si de specie horum nominum quaestionem habemus, adjectiva sunt sine dubio sed pleraque substantivorum vim obtinent aut semper ut *δορκάς*, *στιβάς*, *ψιάς*, *ἐμβροχάς* et alia, aut saepe ut *δρομάς*, *λαμπάς*, *ὁλκάς*, *τροχάς* etc. Quomodo enim latine res quae eminet *eminentia* et *prominentia* dicitur, sic *ἐξοχάς*, quod proprie eminentem significat, saepe cum *ἐξοχή* permutari potest, nulloque discrimine apud Hippocratem miscentur *συμφυάς* et *σύμφυσις*, *παραφυάς* et *παράφυσις*. Itaque pro re nata Symplegades dicuntur adjective rupes collisae et substantive *συμπληγάδες γνόφων* collisiones, *symplegas limi* Rutil. Itin. I. 461. quod Zumptius aliter interpretatur; ac si quis meminerit *ἁμαρτωλή* et peccatum significare et eam quae peccat, non negabit fieri posse ut *ἁμαρτάς* idem sit quod *πρᾶξις ἐφάμαρτος* significatione neutrali. Pleraque activam habent, nonnulla passivam ut *λογάς*.

§. 2. Ac numeralia quoque *ἑνάς*, *δυάς*, *ἐννεκαιδεκάς*, *ἑκατοντάς* etc. etsi plerumque substantive ponuntur, tamen non raro adjectivorum ritu tacitum habent ad substantiva respectum sicut *τετράς*, *εἰκάς*, *τριςεινάς*, *ἀμφεικάς*, *προτριακάς*, si diem quartum, vicesimum etc. denotant, *δωδεκάς* si pro *δωδεκατομόριον* valet v. Voss. ad Arat. 554. *μυριὰς φύσις* pro innumerabilis Aeschylus usurpavit, vetusque Bibliorum interpres non invenit quo *ἑβδομάς* redderet praeter adjectivum *septimana*.[7] Proxime a numeralibus absunt *μονάς* unitas et *ὁμάς* universitas, unde commodus ad adjectiva transitus (V) *γυμνάς*,[8] *ἐρημάς*, *θουράς*, *κιῤῥάς*, *κοιλάς*, *λεπράς*, *λοιπάς*, *μοιχάς*, *μαχλάς*, *μονάς*, *οὐλάς* (crispa) *πανράς*, *περκάς*, *πικράς*,

---

7) *Δεκάδες νευραί* Apollinar. XXXII. 4. pro *δεκάχορδον*, *μυριάδες πόλεις* Eur. Rhes. 913. *χιλιάδος στρατιῆς πρόμος* id est *χιλίαρχος* Nonn. Paraphr. XVIII. 59. Quidnam significat *συνδυάς* in Eur. Alc. 476. *τοιαύτης εἴη μοι κυρῆσαι συνδυάδος φιλίας ἀλόχου*, conjugium an conjugem? Interpretes percontari noli.

8) Maneth. V. 245. *εὔγραμμον πυντόν τ' ἐν γυμνάσι τὸν Ἑρμῆ* sic corrigunt *ἐν γυμνασίοις ἴσον Ἑρμῇ*. Elegantius foret *ἐν γυμνάσιν εἴκελον Ἑρμῇ*. *Γυμνάς* modo homo dicitur modo actio sive *γυμνασία*, ***Heraclea** gymnas*, *festa gymnas*, modo etiam gymnasium ut *μυγάς τὸ κοινόβιον* Lex. Cyrill. v. Coraes ad Plut. T. VI. 416. Plene Lycophro 866. *γυμνὰς κονίστρα.*

φοινάς ἡ ἐρυσίβη Anecd. Bekk. trisyllaba ἀμοιβάς[9] et ἀμορβάς, ποντιάς, ῥοθιάς, Ἀργειάς Maxim. Tyr. XXIX. 6, 82. Καρνειάς, ὀρειάς etc. A conjunctis derivata (VI) ἀργάδες ἀργαὶ γυναῖκες Hesych.[10] περικυκλάς, χαμαιευνάς, πολυσπιλάς, ἐπιδιφριάς,[11] quorum tria postrema apud Homerum leguntur simplicibus non usum; primum a χαμαιεύνης duci potest. Alterum genus adjectivorum a substantivis manat (VII) a prima ἀελλάς, ἀκμάς,[12] ἁλμάς, λιμνάς, λυσσάς, μαιάς, τεφράς, quod mendose τέφρας scribitur — a masculinis Λιχάδες νῆσοι ἀπὸ τοῦ Λίχα Strab. IX. 551. nisi potius intelligi debent λιχάδες hoc est ἀπότομαι, ut Hesychius interpretatur, cui cognatum λισσάς et λισσός ἀπότομος a λίς λεῖος derivatum; a θύτης θυστάς, μεθυστής μεθυστάς, νεύστης νευστάς, quae etiam ab adjectivis repeti possunt ut παστάς a παστός. A nominibus se-

---

9) Hoc saepius apud Nonnum legitur, semel nec sine dissessione criticorum in Homeri carminibus, indumentum mutatorium significans, quod ipse ἐξημοιβόν, novitii Graeci ἀλλαγάς sive ἐξαλλάξεις vocant v. Du Cangius.

10) In Anth. IV. n. 147. χαλᾷ πόδας ἠθάδι νάρκᾳ νωθρόν, ubi Brunckius πόδα σηπάδι, Jacobsius ποδὸς ἴθματα — νωθροῦ proponit, equidem πόδ' ἀεργάδι malim.

11) Suspecta sunt Ἀντιχορδάς σύμφωνος Anecd. Bekk. 409, 10. et ἀῤῥενωπάδας γυναῖκας ib. 466. pro ἀντίχορδος, ἀῤῥενωπάς, quanquam illo usus videtur Eustathius 1490, 23. ἀνδρόγυνοι καὶ ἀῤῥενόπαιδες (sic) καλοῦνται. Multa omisi propter obscuritatem originis, κεμάς, λωγάς πόρνη, μαργάς δεσμός, cui Doederlinus *merges* apponit, λιχάς ὄστρεον, πρημάς etc. Aliud est λιχάς τὸ ἀπὸ τοῦ λιχανοῦ πρὸς τὸν μέγαν δάκτυλον διάστημα Poll. Ἀχράς et ἄχερδος φυτὸν ἀκανθῶδες non longe distant a ῥάχος et ῥαχάς. Ἰκμάς ad ἰχώρ accedere videtur, λογάδες sive λοχάδες oculi Meletius de Struct. Hom. in Cram. Anecd. T. III. 69. probabiliter refert ad λεύσσω (λευκός, lux). Χεράδες χειμάῤῥων ἀθροίσεις λιθώδεις fortasse ad χαράδρα torrens pertinet; sed Schol. Apoll. I. 1123. cum χερμάς componit, quod lapidem manualem interpretantur, eodemque intellectu Hesychius χειράδες αἱ μετὰ λίθων βολαί. Χιράδες αἱ ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδες nonnulli cum χοιράδες *rupes* conferunt. Χολάς ἀπὸ τῆς χολῆς ὅθεν καὶ χόλιξ Schol. Il. IV. 526. Σπολάς (διφθέρα) specie ad στολή accedit, significatione magis ad *pellis*, *spolium*.

12) Ἀκμάδι βουλῇ in Orac. ap. Procl. in Plat. Parmen. p. 25. T. V. omiss. in Thes.

cundae *βλιτάς*, *δενδράς*, *ἰουθάς*, *κυκλάς*, *μιμάς*, *σπιλάς* v. Schneider. ad Theophr. T. IV. 122. *στοιχάς*, *φοιβάς*. A puris utriusque *ἑστιάς*, *μανιάς*, *σποδιάς*, *ἀσκληπιάς*, *ἡλιάς*, *κλισιάς*, *ὀργιάς*, *πεδιάς*, *ὀροδεμνιάς*. A tertia *αἱμάς*, *δρυάς*, *κυνάς*, *πολιάς*, *ῥωγάς*, a neutris *λιπάς* ὄρνις *ἡ λιπώδης* Gregor. de Method. II. p. 1126. et 1137. T. VII. P. II. *κυμάς ἡ ἔγκυος* Hes. et *λεπάς* quoque nonnulli a neutro declinatum putant.[13] Sed hoc jam ad tertium genus pertinet.

§. 3. Etenim substantiva quoque a substantivis propagantur (VIII) significatione pleraque eadem. Cujus generis Grammatici tria proferunt *Μαῖα Μαιάς*, *πέλεια πελειάς*, *ἔθειρα ἐθειράς* Schol. Il. XXI. 493. Choerob. II. 253. Eust. 1799, 26. quorum nullus meminit simillimi *παρειάς*, nec probatur a Criticis v. Spitzner. Observ. ad Quint. p. 258. sq. Sed inveniuntur plura: *ἀμνή ἀμνάς*, *δέρη δειράς*, *καλιά καλιάς*, *ζυγή ζυγάς*, *ῥοή ῥοιάς*,[14] *ῥαγή ῥαγάς*,[15] *σηπία σηπιάς*, *ὑννή ὑννάς* Hes. Haec sunt primae declinationis; secundae *ἀνδειράδες πρασιαί* Anecd. Bekk. 394. quae vulgo *ἄνδηρα* vocantur, *βουνιάς* i. q. *βούνιον*, *ἐρινάς* et *οἰνάς* pro *ἐρινέος* et *οἶνος* apud Nicandrum, cui Scaliger dextre *ἰάδες* restituit id est *ἴα*, *κυκλὰς ἀρκάδος κυνῆς* Sophocl. pro *κύκλος* (nisi hoc ipsum scripsit) *σπιλάς* saepius pro *σπίλος*, *συρμάς* pro *συρμός*, *ὀρχάς αἱμασιά* Hes. pro *ὄρχος* saepes, ut videtur. Idem *Αἰγάδες αἶγες*, *Συάδες αἱ σύες ἐσχηματισμένως*, *Χειμάς χειμών*, sed idem adjective significat *ἱμάτιον χειμερινόν*, ut *οἰνάς* non modo vinum vitemque sed et vinosam. Nec omnino multa sunt quae semper substantivi vim obtineant ut *ἀντιάδες ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν δι*–

---

13) *Ἐθάς* quod nobis ab *ἔθος* repetendum videtur ut *ἠθάς* ab *ἦθος*, EM. 629, 3. tanquam verbale confert cum *φυγάς* et *ὀργάς*, hoc autem ab *ἔργω* repetit, sicut *Ὀργὰς Ἀθηνᾶ* Hes. (nisi *Γοργάς* scripsit) idem esse videtur quod *ὀργάνη* sive *ἐργάνη*.

14) *Ῥοιὰς τοῦ νέου γίνεται* Aret. Cur. Acut. II. 9, 284. *ἡ τοῦ σκυβάλου ῥοιάς* Oribas. L. XLIV. 62. ed. Bussem. Adjective magis *ἄμπελος* et *μήκων ῥυάς* seu *ῥοιάς* etc.

15) Hoc fortasse a *ῥάξ* derivatum est ut *αἰγάς* ab *αἴξ*, *κερκάς* a *κρέξ*, *πλιχάς* a *πλίξ* v. Parall. 103. *προκάς* a *πρόξ*, *πτωκάς* a *πτώξ*, *νεκάς* a *νίξ*, interventu vocalis dilatata: et hoc pacto etiam *νιφάς* a *νίψ*.

ἄνοιξιν τοῦ στόματος ἐναντίας φαίνεσθαι Ruf. de Part. Hom. p. 42. Melet. p. 85. *ἀναδενδράς* trichila v. Reisk. ad Constant. 256. proprie vitis arbustiva quae et *ἀναδενδρῖτις* dicitur, *κυλάδες τὰ ὑποφθάλμια, φαικάδες* soleae, *πλειάς* a *πλεῖος* Sch. Il. XVIII. 486. alii ad *πλέω* referunt. Sed pleraque aut unam habent adjectivi naturam aut tamen eam quasi quadam communicatione idiomatum participant ut *γενειὰς ἐπίδεσις ἡ κατὰ γενείου* et alia *παρειάς ἀπὸ τοῦ μέρους* Galen. de Fasc. XII. 787. XXIII. 793. T. XVIII. P. I. et fieri potest ut *χειμάς* quoque, quo paulo ante usi sumus, non directe hiemem significet sed *τὴν χειμερίαν* scil. *ὥραν* sive *κατάστασιν* v. Parall. 358. ut meridies absolute *μεσημβριάς* dicitur Joann. Ecphr. I. 36. omisso substantivo *ὥρα*, quod Nonnus adjungit ut Lycophro *χαμευνὰς εὐνή*, nominibusque morborum *ἰσχιάς, λεπράς, φθινάς* (*ἣν οἱ Ἀθηναῖοι φθίσιν ὀνομάζουσι* Schol. in Hippocr. T. II. 364.) *χοιράς* scrofula substantivum *νόσος*, rupiumque synonymis *λεπράς, λισσάς, χοιράς* nomen *πέτρα* modo additum reperitur, modo deest.

§. 4. Eorum autem substantivorum, quae diversam a substantivis, unde orta sunt, significationem obtinent, alia communi paronymorum nomine comprehendi debent, alia in certas quasi classes describi possunt. Ac motionis exemplum unicum sed indubium est *ἱππάς*, quod Oppianus Cyn. I. 162. adsumsit quum distincte equam significare vellet *ἵππων ἄπο ἱππάδ' ἔχεσθαι*, nimirum quia haec terminatio, etsi duorum est generum, tamen praecipue femininis attribuitur. Secundo genere continentur deminutiva, quorum plura qua jure qua injuria corrogarunt Grammatici, quos impugnat Eustath. p. 1766, 10. *τὸ Μαιάς οὐκ ἔστιν ὑποκοριστικὸν ἀλλὰ πρὸς διαστολὴν τῆς ἁπλῶς μαίας* et p. 1944, 49. *τὸ λιθάδεσσι δηλοῖ ὡς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὑποκοριστικὴ ἡ λέξις.* Sed idem poetae verba Od. XIV. 36. *σεῦεν κύνας πυκνῇσιν λιθάδεσσι* sic commentatur *αἱ λιθάδες ἐοίκασι μικρότεροι εἶναι τῶν λιθάκων εἴπερ Ὀδυσσεὺς λιθάκεσσι τὸν ἑαυτοῦ θάλαμον ἔδειμε* Od. XXIV. 193. Verum hoc loco nunc receptum est *λιθάδεσσιν*, in illo non necessarium esse deminutivi usum apparet ex Theocr. XXV. 73. ubi lapides, quibus canes abiguntur, *λᾶας* vocat ut missiles ab Homero dicuntur *λίθοι.* Neque subvenit aliud deminutionis

exemplum extra aleam positum. Nam quod in Gloss. *μοσχάς* exponitur *junix*, valeret aliquid si sciremus junicem minorem esse quam juvencam sive *μόσχον*. Quodque H. Stephanus in Thes. scribit *χοιράς porcella*, non constat mihi unde porcellam sumserit, neque utrum porculam (sic enim latine dicitur) intelligi voluerit an saxa e maris superficie eminentia ut *Porca τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων* Gloss. v. Ducker. ad Thuc. VII. 33, 3. *Καρκινάς* non parvum cancrum declarat sed speciem cancri, quam Aristoteles *καρκίνιον* appellat v. Schneider. T. III. 210. Denique si quis *πλοκάδες αἱ γυναίκειοι πλόκαμοι* Poll. II. 28. huc referendum putet ob eam causam quod res muliebres nonnunquam deminutive appellantur: *ζώνη ἡ τοῦ ἀνδρός, ζωνίον δὲ γυναικός* Ammon. *ἐπὶ μὲν ἀνδρὸς λέγεται χιτών, ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς χιτωνίσκος* Anecd. Cram. I. 434. *Θεόπομπος καὶ σανδάλια εἴρηκεν ἀλλ' ἐπὶ γυναικός* Poll. X. 49. *πλοκαμῖδες σπανίως ἐπὶ ἀνδρός* Schol. Arist. Thesm. 567. v. Fritzsch. ad h. l. et Schneider. de Schol. Aristoph. p. 100.[16] huic opinioni neque omnino accedo neque plane dissentio. Jam examinemus tertium genus, quod est comprehensivum. Nomen *νεκάς* Eustathius p. 1080, 27. *περιεκτικόν* vocat, quam significationem certe non habet nisi adjuncto substantivo *τάξις*, quod Glossographi supplent, eaque ratione etiam *ἱππάς* si ad *τάξις* refertur, periecticum vocari potest, ut *εἰς ἱππάδα τελεῖν*, sed per se adjectivum est, *ἱππὰς θυσία, ἱππὰς στολή* etc. Homericum *νεκάδας* veteres *νεκρῶν τάξεις* interpretantur sed addunt Cyclicos sic vocasse *τὰς ψυχάς* hoc est, puto, animas vita defunctas, ipseque Homerus illo nomine simpliciter *νεκρούς* significasse videtur ut Cometas Anth. XV. 43. v. 43. *ἄναξ νεκάδων ἀϊδωνεύς* et Lucian. Philop. §. 10. *ἐκ νεκάδων.*[17] Nec dubitandum quin feriae denicales *νεκάδες* sive

16) Similes sunt Grammaticorum praeceptiones: *κρωβύλος ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος* Schol. Thuc. I. 6. *τῷ μὲν ἀνδρὶ ἀμίς, τῇ δὲ γυναικὶ σκαφίον* Poll. X. 44. *ὀλολυγμός γυναικῶν, ἀλαλαγμός ἀνδρῶν* v. Jacobs. ad Achill. p. 619.

17) Suidas *Νεκάδες νεκροί, καταχρηστικῶς δὲ καὶ αἱ τῶν ζώντων τάξεις*, EM. *οἱ νεώτεροι τὰς τῶν ὁπλιτῶν τάξεις*, nullam ob aliam causam, ut suspicor, quam quia Glossographi, ut homerico *νεκροὺς κατα-*

νεκυάδες dici potuerint. Majorem periectici similitudinem habet λιθὰς ἔρχεται Aesch. Sept. 144. quod Schol. σωρὸν λίθων dicit, imbrem lapidum significans; et φυλλάς ubi de foliorum congerie dicitur ut κλισίαι ἐκ φυλλάδος Diod. XIX. 22. μάνδραι στεγασταὶ ἐκ φυλλάδος Strab. XVI. 773. εἰς τὴν φυλλάδα ἀπεκρύφθη Appian. Civ. I. 62. nec tamen repugnat, propriam nominis significationem esse adjectivam *foliata*, φυλλὰς λόχμη Joann. Ecphr. II. 292. φυλλὰς ὀπώρη Nonn. XXVI. 112. ac si absolute dicatur, referri ad notionem stibadis aut aliusvis rei quae ex foliis constat. Maxima certe pars denominativa est: νευράς et χαλκάς herbarum nomina, κοτινάς oleaster oleae surculo insertus, σκιάς, γενειάς αἱ τρίχες, γένειον ὁ τόπος, quanquam illud quoque interdum mentum ipsum significat ut et δέρη collum et δειράς collis inter se commutantur. Κυνάς vero per se tam infinitum est quam κυνεία, sejunctumque ab aliis nequit cognosci utrum herbam significet an panem canicaceum an diem canicularem an pellem.

§. 5. His praemissis nulla est amplius mora quin ad affines progrediamur terminationes. Ac primum nomina in ᾱξ ab iisdem fere fontibus profluunt, quos supra demonstravimus, sed minus large; a barytonis (§. 1. I—III.) οἴαξ παρὰ τὸ οἴω EM. φλύαξ, χάσκαξ, δρῶπαξ, λείμαξ limax, κλῖμαξ, quorum postrema a verbis suis nonnihil discrepant aut antithesi vocalis (δρέπω) aut mutatione consonae (λείβω, κλίνω). A circumflexis: πῖδαξ a πιδᾶν,[18] τρύφαξ (nisi paronymon est) οἴδαξ, δόναξ a δονέω (ut καμάσσω quasso κάμαξ) σκίνδαξ ὁ εὐκίνητος Hes. a κινέω fortasse ut σκίναξ lepus.[19] A numeralibus

---

τεθνεῶτας pleonasmi speciem eximerent, νεκρούς pro νέους positum autumabant v. Schol. A. ad Il. XVIII. 510. Callimachus fortasse non νεκάδας ordines militum dixit sed δεκάδας ut Eur. Suppl. 219. ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδος. In EM. 254. δεκάδας τοὺς τῆς αὐτῆς δεκάδος Sylburgius δεκαδεῖς decuriales reponit e Xenoph. Cyr. II. 3, 17. (30.) ubi libri discrepant, sed ex VIII. 1, 14. δεκάδαρχοι μὲν δεκάδων ἐπιμέλονται, λοχαγοὶ δὲ δεκαδάρχων apparet δεκάδας dici τοὺς τῆς δεκάδος, *continens pro contento.* Ceterum neque δεκαδεύς alibi reperi neque simile quid τριακαδεύς vel ἑκατονταδεύς etc.

18) Aristot. Meteor. I. 13. p. 349, 34. et in codd. p. 350, 9.

19) A μάω μασῶμαι μάσταξ interposita dentali ut a κνάω (κνώ-

(§. 2.) ἐκ τοῦ διπλοῦς δίπλαξ ὡς λίθος λίθαξ EM. 278, 51. et τρίπλαξ, quod cum πλάξ compositum esse Eustathio 1154, 30. nemo credet, nec θρῖναξ sive τρῖναξ cum ἀκή copulatum sed simplex videtur ut τριαίνα. Ab adjectivis (V) ὄμφαξ parenthesi auctum, ψύδραξ furunculus,[20] νέαξ, ψίλαξ et alia v. Parall. 126. secundo animantium vocabula κόραξ παρὰ τὸ κόρον EM. 529, 30. κορὸν (sic) γὰρ τὸ μέλαν Schol. Il. I. 170. λάβραξ, πλάταξ ἀπὸ τοῦ περιέχοντος Athen. VII. 309. ἱέραξ quod EM. 534, 31. cum νέαξ componit. A substantivis (VII) adjectiva λίθαξ i. q. λιθώδης ut σύβαξ συώδης Hes. et substantiva μύλη μύλαξ, πόρπη πόρπαξ, καπάνη καπάναξ, αὐλός αὖλαξ, θρόνος θρόναξ τὸ ὑποπόδιον i. q. θρῆνυς, σμῖλος σμίλαξ, δρῦς δρύαξ ὁ δρύοχος, illaque plebeja hominum vilium blandimenta a rebus translata βώμαξ, θαλάμαξ, κώμαξ, μούσαξ, πλούταξ, στόμφαξ, στώαξ, στύπαξ, σύρφαξ, φόρταξ, χλεύαξ. Haec diversam a primitivo substantiam significant; alia vero eandem λίθος λίθαξ, μόθων μόθαξ, et quae Hesychius notavit Βώλαξ[21] βῶλος, Κλώναξ ῥάβδος, Σχίζαις σχίδαξι, Ψύλλακες ψύλλαι, aliaque multa, quibus Grammatici significationem deminutivam attribuunt. Primum Mich. Syngelus in Tract. de deminutivis Cram. IV. 273. affert λίθος λίθαξ sed Schol. Dion. 857. longe aliis utitur exemplis Ῥόδαξ et πλούταξ. Eustathius p. 540, 22. πάσσαξ ὁ πάσσαλος λέγεται καθ' ὑποκορισμόν et p. 1349, 64. τοῦ πάσσαλος προηγεῖται ὁ πάσσος ἐκ τοῦ πήσσω πλεονασμῷ

δων) κνώδαξ. A σάσσω (σάγμα) σάμαξ ῥὶψ καλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου Poll. X. 43. Alia connexa sunt verbis in $\overline{\alpha\zeta\omega}$ et $\overline{\alpha\sigma\sigma\omega}$ derivatis: ἀπελλάζω ἐκκλησιάζω, ἀπέλλακες ἱερῶν κοινωνοί Hes. ἁρπάζω ἅρπαξ, σαλάσσω σάλαξ, χαράσσω χάραξ etc. cf. Parall. 275.

20) A ψυδρός mendax Schol. Theocr. IX. 30. XII. 22. ut a καυχᾶσθαι καυχαλίς φλύκταινα Hes. Alii ab ionico ψυδρόν τὸ ποικίλον v. Sturz. ad EM. l. c. Multorum primitiva obliterata sunt; ὕραξ sorex vel ab ὀρύσσω vel a μῦς ut Schneiderus suspicatur ad Nic. Al. 36. interposito rho ut a θῶσθαι ἀκροθώραξ, ab αἴθω fortasse ἄνθραξ (candeo, carbo) a στῆναι στύραξ. Πύνδαξ cum πυθμήν fundus cohaeret, κλῶμαξ sive κρῶμαξ cum κρημνός. Δρίλαξ hirudo dici potuit ob lumbrici similitudinem ut δρῖλος verpa. Aliorum etyma longe extra conspectum posita ut βάραξ, κόλαξ, μόθαξ et alia in Dissert. VII. c. II. §. 3.

21) Accentus tralaticios non mutavi.

τῆς $\overline{\alpha\lambda}$, ἄλλως δὲ καθ' ὑποκορισμὸν ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ πάσσαξ. Sed πάσσος illud nomen commenticium est et πάσσαξ, quo Comicus rusticum Megarensem utentem inducit, nullam praebet hypocorismi suspicionem; Gregorius satis habet aeolicum dicere ut ψάφαξ. Βῶμαξ ὑποκοριστικῶς ὁ μικρὸς βῶμος Hes. EM. Bekk. Anecd. 85. sed hujus significationis hodie nullum extat exemplum. Τὸ πόρταξ ὑποκοριστικῶς Schol.B. ad Il. XVII. 4. nihil differt a πόρτις. Θύνναξ quod Eustathius 1729, 60. cum ὄρφαξ contendit tanquam deminutivum, ex uno, quod superest, testimonio non liquet, quid valeat: alterum non invenitur nisi productum ὀρφακίνης. Idem 1091, 54. plura acervatim promit πόρταξ, μύλαξ, λίθαξ, πίδαξ, σκύλαξ, λείμαξ, μείραξ, sed de quinque prioribus ipse dubitat an injuria huc referantur, quia Homerus deminutiva aversetur, duo vero postrema hoc numero excludi non posse. At λεῖμαξ quoque tritum est poetis iis, qui ab hoc genere longissime abhorrent, eodemque argumento exterminatur βῶλαξ a Piersono ad Moer. 419. huc relatum; πῖδαξ prorsus omitti oportebat; μεῖραξ potius femininum est exoleti nominis εἴρην. Nihilo aptius ad probandum quod Schol. Lucian. Jup. Trag. §. 53. affert ὁ σύρφαξ ὑποκορισμὸς τοῦ συρφετοῦ, nam vilitas non in specie posita est sed in ipsa significatione primitivi (σύρφος). A μῦς derivatum μύαξ cum synonymo μυΐσκος mitylus collatum v. Schneider in Ind. Scr. R. R. p. 253. deminutivi faciem exhibet sed commodius denominativorum ad numerum adscribetur. Neque πλούταξ hypocorismus est τοῦ πλούσιος ut in Schol. Dion. p. 857. traditur sed a substantivo declinatum ut βώμαξ, θαλάμαξ et cetera paulo ante relata, quae sermonis comici et plebeji licentia finxit notabili mensurae discrimine; nam haec in declinatu alpha longum habent, illa vero quae poetarum et oratorum usibus apta sunt, breve exceptis nominibus animantium; interque βώμαξ ὁ βωμολόχος et βώμαξ arula (si quis hoc usus est) tantum differt quantum inter φλύαξ et λίθαξ. Illa hominum cognomenta non deminutiva sunt sed similia deminutivis; haec rerum vocabula, si ad vivum resecamus, ne similia quidem sed eodem loco quo nomina in $\overline{\alpha\varsigma}$ exeuntia. Nec rara utriusque terminationis confusio. Etenim ψίαξ et ψίας Hesychius interpretatur uno eodemque nomine ψεκάς.

Idem non λείμαξ solum affert sed etiam λειμάς (a λειμών ut χειμών χειμάς) intellectu eodem; pullus gallinaceus a Dioscor. νόσσαξ dicitur, gallinae vulgo νοσσάδες, cameli dromades in Geoponn. δρόμακες, θύας piscis idem aut similis ei qui a Niceta θύαξ vocatur v. Du Cang. ab aliis σύαινα. Homerum caementa λίθακας dixisse, lapides minusculos λιθάδας Eustathii opinio erat v. §. 4. sed codices illo loco utrumque praebent nec distincte loquuntur scriptores; Aratus quidem lapides qui manu jaciuntur λίθακας appellat v. 1112. Parthenius vero c. XXI. et Tryphiod. 612. λιθάδας, quod Vossius etiam illi reddendum putat substantivum λίθαξ novitium esse ratus. Neque discerni potest utrum Iresionae scriptor sellam muliebrem διφράδα nuncupaverit an ut Theocr. et Hes. δίφρακα. Pro ἐρίνακες grossi Athen. III. 76. E. Critici ex Hes. substituerunt ἐρινάδες, cui simile est ἐλαιάς ὁ τῆς ἐλαίας καρπός Etym. Gud. 179, 32. et κοτινάς bacca oleastri ut Foesius putat. Δρύακες statumina navium Hes. et eodem fere intellectu δρυάδες ap. Plutarchum, nisi hic potius ἐκ δρυόχων scripsit. Inter ὁ ῥύαξ et ἡ ῥυάς interest permultum ut μεμβράς pisciculi nomen, μέμβραξ vero cicadae epitheton a verbo βαβράζω, ut suspicor, derivatum unde βαβραδόνες sive βεμβράδες dictae videntur. Sed utrum haec distinctio perpetuo usu stabilita an fortuita et interdum neglecta sit, in incerto habendum.

§. 6. Aeque cebra est terminationum ας et ις commutatio, par librariorum diffidentia, non major nostri judicii fiducia. Cujus rei exempla sic ordinabo ut sequar partitionem qua in ingressu hujus sermonis usus sum. In primo igitur genere verbalium (§. 1. I) erat πλωάς, quo nomine Suidas avium speciem significari tradit natatilem ut videtur; at πλωΐδες vocantur Stymphalides itidem a natando ut Schol. Apoll. II. 1057. ait. A non puris (II) δακνίς ὀρνέου εἶδος Hes. quod genus a Festo *dacnas* nominatur et versis vicibus a Columella *boscides*, quas Graeci βοσκάδες dicunt, idemque illi reddi jussit H. Stephanus; κλινίς in uno Cratini loco lectum tricliniarem significat, κλινάς in alio Eusebii sellam curulem; τύπας semel legitur in Fragm. Sophoclis, τυπίς saepius, eaque consueta est instrumentorum appellatio γλυφίς, γραφίς, ῥαφίς, σκαφίς, σφαγίς, ξοΐς, δορίς, βολίς, κοπίς, τομίς, quorum nonnulla adhaerent masculinis κο-

πεύς, τομεύς, σφαγεύς. Sed *βολίς* etiam pro *βολή* valet apud Antyllium in Med. Mosq. VI. 34, 125. (*βολὶς ἀλτήρων*) Orph. H. XII. 10. (*ἡελίου βολίδες*) Oppian. Hal. IV. 650. ut *γραφίς* pro *γραφή*, *ζωγραφίς* pro *ζωγραφία*, *ἐντομίς* pro *ἐντομή*, *ἐπικουρίς* pro *ἐπικουρά*, *ἐπιδοκίς προςδοκία* Hes. et *ἐκηβολίδες* in cod. Pal. Anth. VII. 29. scriptum pro *ἐκηβολίαι*, quorum nullum apud antiquos et classicos scriptores legitur;[22] *στροφίδες ἱμάντων* Eurip. non pro *στροφαί* dictum est sed magis ad *στρόφοι* accedit. Alterius terminationis in hoc genere substantivorum vestigium nullum extat praeter *ἐκλογάς* id est *ἐκλογεῖον* sive *ἐκλογή* Suid. nam *ἐνδρομάς* quod in cod. Callim. Del. 238. scriptum est, ad librarios relegandum videtur propter frequentissimum usum vocis *ἐνδρομίς*, quae quum non actionem significet ut superiora illa sed substantiam, similior est adjectivis, quae modo active dicuntur *δρεπάνη καυλῶν ἐκτομίς*, modo passive *ἐκτομὶς πυλίς*, *μήτρα ἐκτομίς* et non raro substantivorum locum occupant, *περιδρομίς* xystus, *ἐπιδρομίς* trochlea, *ἐπινομίς*, *ἐφολκίς*, *περιστροφίς*, *προβοσκίς* etc. Sed horum nonnulla in diversum flectuntur, *μίτρα περιδρομάς*, *γραμμὴ συνδρομάς*, *κόλλοψ ἐκδρομάς*, surculusque arbori sylvestri insitus *ἐμβολάς* et *ἐπεμβολάς* nominatur, quomodo etiam ap. Hesychium *'Εμβολίς ἡ περίθετος* scribendum putat Vossius, et pro *πύλη ἐκτομίς* saepius legitur *ἐκτομάς*. *"Ελικες αἱ περιπλοκάδες* Moschopul. Dict. Att. A verbo circumflexo (IV) derivata *κολυμβάδες ἐλαῖαι* (quae a synonymo verbo *νηκτρίδες* dicuntur) et *κολυμβίς* avis nomen, in quo Aristophanis et Aristotelis libri consentiunt v. Schneider. T. III. 600. sed ap. Arat. 296. Stobaeus substituit *κολυμβάς*, difficili vel ad assentiendum vel ad refragandum consilio non hoc solum loco sed ubicunque scriptura fluctuat. Par ambiguitas eorum quae adjectivis secundae declinationis affigurata sunt *πικράς*, *περκάς*, *κιῤῥάς* i. q. *κιῤῥά*, sed *πικρίς* proprium herbae nomen,

---

22) Diversa sunt *ἄγγρις*, *ἔρρις*, hisque assimilatum *ἄλκις* (*ἀλκί*) quae aeolica dicuntur causis diversis. *Μόμφις* non injuria suspectum habet Meinekius Com. Fr. T. II. 376. Sed *Φιλόξενος ἡ πτερνοκοπίς* Axionic. Com. Fr. III. 534. positum est pro *πτερνοκόπη* vel *πτερνοκοπία* *pernarum pestis* Plaut. Capt. III. 3, 4.

piscium *περκίς* et *κιῤῥίς*, quod Schneiderus Oppian. Hal. III. 187. e codd. reposuit pro *κιῤῥάς*, et *λευκάς* herba vocata est, sed illa terminatio multo frequentior, *ποικιλίς*, *χλωρίς*, *φαλαρίς*, *μελαινίς*, quorum duo sunt avium nomina, postremum avis plantaeque, huic proximum conchae.[23] Prorsus idem valent *μαχλάς* et *μαχλίς ἡ πόρνη* Hes. ut *μοιχάς* et *μοιχίς*, quod Aristophanes Gramm. ap. Eust. 1761, 23. tanquam insolentius enotavit. Ad duplicata (VI) pertinet *ὄρνις κατοικάς* gallina bis ap. Nicandr. semel *κατοικίς*, utrumque a *κάτοικος* declinatum; sed verbalia *ἀποικίς*, *ἐποικίς*, *παροικίς*, *συνοικίς* nunquam mutantur. *Νῆες χαλκεμβολάδες* pro *χαλκέμβολοι* Eurip. *νύμφαι οὐρεοφοιτάδες* Anthol.[24] *μεσοκουράδες δένδρα ὑπ' ἀνέμων καταγέντα* Hes.[25] feminina ut videtur, sed *τροχοκουράδες* circumtonsi in Choerili versu, cui Naekius p. 145. praefert Josephi scripturam *τροχοκουρίδες* ratione parum explorata. *Ἐπιμηλίδες νύμφαι* saepius dicuntur gregum custodes, sed *ἐπιμηλάδες* Nonn. XIV. 210. et *ἐπιμηλάδες αἶγες αἱ μετὰ προβάτων νεμόμεναι* Hes. quod Blomfieldius ad Callim. in Apoll. 50.[26] levi

---

23) V. Schneider. ad Aristot. T. IV. 378. In Cratini Fr. p. 109. piscis ignoti nomen est *μελαίνας*, quod Meinekius *μελαινάς* scribendum censet.

24) *Ἐναυλακοφοίτιδες ὧραι* Anth. accentus ipse distinguit ab *ἐναυλακοφοῖτις* ductum ut *πολυπότις* a *πολυπότης*, sed *θερμοποτίς* calicis nomen a *θερμόποτος*.

25) Hesychius *Ἐγκουράδες τὰ ἐν τῷ προσώπῳ στίγματα* (incisurae) *καὶ οἱ ἐν ταῖς ὀροφαῖς γραφικοὶ πίνακες. Ἔστι γὰρ κουράς ἡ κορυφή καὶ ὁ γραπτὸς πίναξ, ἐγκουράς δὲ ὁ γεγραμμένος.* Et *Κουράς ὀροφικὸς πίναξ, παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἀμφιβάλλεται*, de quo novissime disseruit Hermannus Opusc. T. V. 145. Prioris glossae partem postremam sic fere scribendam arbitror: *ἔστι γὰρ κουράς ἡ κορυφὴ καὶ ἐγκουράς ὁ ἐγγεγραμμένος.* Si Aeschylus ita scripsit *γραφῇ προςεῖχον ὄψιν ὡς ἘΓΚΟΥΡΑΔΙ*, ambigi poterat utrum significetur *γραφὴ ἐν κουράδι* an *γραφὴ ἐγκουράς* imago lacunaris. *Κουράς* summitas sive tectum interpretati sunt ut *Κόρση κορυφή*, quomodo vertex montis dicitur.

26) Schol. ad h. l. *εἰ δὲ μενεμηλάδες γράφεται ἀντὶ τοῦ θήλειαι εἰσὶ*, fortasse *γενεμηλάδες* scripsit. Vulgato simile *Ἐνοιάδες αἶγες αἱ μὴ κορύπτουσαι* Hes. et *κατοιάδες οἱ τῆς ποίμνης ἡγεμόνες αἶγες* Paus. IX. 13, 2. non ab *οἴω*, ut putant, sed ab *οἶς* utrumque. Num his significantur hybridae qui ex ovium cum capris concubitu nascuntur?

ductus conjectura ἐπιμηλίδες scribendum censet; arbor fructusque mali similis ἐπιμηλίς dicitur, ut ἀμαμηλίς v. Coraes Atact. III. p. 56. sq. et diverso flexu ἀμασυκάδες αἱ σὺν τοῖς σύκοις γενόμεναι ἄπιοι Hes. cui Eustathius 878, 23. ἀμαδρυάς confert. Proximum his locum sortita sunt adjectiva a substantivis derivata (§. 3. VII). In Nicandr. Al. 329. ὁποῖο δὲ μοιρίδα λίτρην καὶ σπέραδος, quod Schol. μεμοιραμένην explicat, cod. Paris. μοιράδα praebet pari utrumque miraculo, nisi ille διμοιρίδα scripsit ut τριτημορίς. Pro ἱππὶς στολή Dion. Cass. XXXVIII. 14. jure restitutum est ἱππάς. At contra θριαμβὶς στολή dicitur. Neque magis intelligitur cur κυνὰς ἡμέρα dicatur, qua canes immolantur, ἀρνίς vero qua oves, calcei muliebres νυμφίδες, portae autem Megarenses νυμφάδες et vicus Arcadiae Νυμφάς Paus. Res clarior foret si nobis ad illibatas antiquitatis copias aditus pateret, sed abolitis plerisque quae illi dixerunt, ignorari necesse est quae dici potuerint.[27]

§. 7. Haec autem utriusque terminationis vicinitas eam quoque disputationis partem, quam extemplo ingressurus sum, lubricam et ancipitem reddit. Etenim ex tripartita divisione restat genus ultimum substantiva a substantivis ducta complexum, velut μηνάς luna Eur. Rhes. 534. pro quo scriptor Christi Pat. μηνίς supposuit, πελλίς ἢ πελλὰς λεκάνη Hes. quorum hoc nunquam invenitur, illud perraro, accentu incerto ob accusativum parisyllabum πέλλιν. Inter venatoria instrumenta Poll. V. 33. σειρά τις ἦν καὶ σειράδα καλοῦσι πλέγμα ἐκ σπάρτου fere ut Festus *serilla funiculi qui ex sparto conseruntur.* Sed illo loco codd. σειρίς praebent, quod vulgo legitur X. 141. et quater ap. Xenophont. In Nic. Al. 403. Schneiderus ῥιζίδα e codd. recepit sed v. 531. ῥιζάδα. In Theocr. IV. 3. pro ἀμνίδες duo minoris fidei libri habent ἀμνάδες, quo posteriores utuntur ut Bardesemes Euseb. Praep. Ev. VI. c. 10. 274. C. ἀμνάδες καὶ μηκάδες diversoque intellectu Μναάδας (sic) τὰς ἀμελγομένας αἶγας Hes. sic tamen ut ab eodem ἀμνή vel ἀμνός derivatum esse appareat. Indiscreta sunt συκχίς Anth. et συκχάς Poll. Hes. θυννίς et θυν-

---

27) Σίνις et σινάς, στρόφις et στροφάς, θοῦρις et θουράς ita distincta sunt ut confundi non possint.

νάς, quibus accedit tertium ϑύνναξ, ut κοχλίς et κοχλάς Maneth. V. 24. quod quia hoc uno loco legitur a Riglero illuc mutatum est, tertiumque κόχλαξ, quod EM. cum ἱέραξ componit ut a κόχλος declinatum, alii referunt ad ἄχλαξ ἡ λιϑώδης ἄμμος ἢ ὁ μικρὸς λίϑος Suid. χάλιξ, κάχληξ, calx. Αἱ νέαι συκαῖ συκάδες ἐκαλοῦντο, ἔνιοι δὲ καὶ τὰς τελείας οὔσας Poll. I. 242. vulgo autem novellae ficuum plantae συκίδες vocantur sicut viticulae ἀμπελίδες, ac si qui adultas ita dixerunt, pro primitiva forma usi sunt deminutiva ut ἐλαΐδες τὰ δένδρα τῶν ἐλαιῶν Suid. Σπορϑύγγια τινὲς σπυρίδας Hes. Vossius in σπυράδας mutat, quia illud de alia spirae specie dici solet. Idem Γρομφάς ὗς παλαιά, ὁμοίως γρομφίς, quod alibi γρόμφις scribitur et γρωνάς. Ex bijugis huc pertinet χαμευνὶς σχοίνοιο Theocr. et χαμευνὰς αὐτόπονος Nicand. utrumque substantive ut ἐγκοιτάς cubile Anth. sed contra χαμαιευνάδες σύες Hom.[28] et χαμευνὰς εὐνή Lycophr. 848. ubi in multis codd. scriptum est χαμευνίς et per omnes libros ϑρῆνοι ὁμευνίδων v. 372. Πυγολαμπάδες Aristot. H. An. V. 17, 7. Schneiderus cum Rhen. edidit, Bekkerus p. 551, 24. πυγολαμπίδες ut IV. 1. p. 523, 21. ubi nulla in codd. discrepantia, ac πυριλαμπίδες in Photii quoque lexico scriptum est. Verum aeque saepe quae diversum sonant, diversum significare videmus; χαλκίς piscis dicitur et avis ὅτι χαλκίζει τὴν χροιάν, sed χαλκάς herba quae a nonnullis κάλχη caltha vocatur; μυρτίς fructus myrti ut ἀρκευϑίς, δαφνίς, κεδρίς, πιτυΐς, σχινίς, sed μυρτάς bruscum, idque nomen Sprengelius Comm. in Diosc. p. 414. in Pauli loco, ubi μυρτίς legitur, reponendum putat; mulierum nomina propria sunt Μυρτίς et Μυρτάς, hoc ut Τιμάς Anth. VII. 489. illud deminutivi similius ut Νεοττίς et Νοσσίς, Βακχίς, Ὑμνίς, Φυλλίς, Φοιβίς, cui adjacet adjectivum φοιβάς. Ac νόσσις etiam puella delicata nominatur ab Antimacho, νοσσάς vero gallina ap. Panyasin; Φυλλίδες τὰ τῶν ἀνϑέων ἅτινα φύλλα ἐκάλουν Hes. ubi φυλλία scribendum videtur significatione deminutiva, sed Geopp. VII. 18, 1. ἀφαιροῦσι πᾶσαν τὴν

---

28) Sellorum epitheton homericum χαμαιεῦναι Eubulus Fragm. T. III. 269. ad parasitos transferens χαμαιευνάδες dixit.

φυλλίδα τῆς ἀμπέλου,[29] ubi non tenuia folia, ut interpres reddidit sed simpliciter folia indicantur, Needhamus non sine ratione φυλλάδα praeoptat ut φυλλάδες μίνθης Nic. Al. 374. esca vero foliacia utrum φυλλίς vocata sit an φυλλάς, id neque ex testimoniis judicari potest, quae in utramque partem fere sunt paria, neque ex natura rei, quam nemo vidit. Postremo φωλάς, quod etymo caret, alias adjectivum est φωλὰς πέτρα Nonn. et φωλὰς ἄρκτος Theocr. alias conchae nomen, φωλίς vero piscis sed idem hodie *pholas* dicitur v. Schneider. ad Aristot. T. III. 203. ac nescio an in Hesychii glossa Φωλαΐδες ὀστράκινα utraque confluxerit scriptura φωλάδες et φωλίδες.[30] Verum jam satis apparet inter utramque terminationem modo differre aliquid modo nihil; utrum autem Graeci antiqui hujus inaequalitatis auctores fuerint an librarii et quatenus, adhuc explorari non potuit. In nostris quidem libris, sive dissentiunt sive conspirant, auctoritatis parum ob facilem vocalium ᾱ et ῑ confusionem et quia utriusque terminationis in universum pauca extant exempla eaque maximam partem a poetis profecta aut a Glossographis extra ordinem et contextum allata, pleraque utensilium, esculentorum, plantarum, animantium vocabula. — A nominibus tertiae declinationis derivata ἡρωίς et ἡρωάς in Corinnae versu, Δημήτηρ ἁλωίς καὶ ἁλωάς λέγεται Schol. Theocr. VII. 155. quorum utrique codd. adsunt sed auctor alius nullus; pariter ambigitur Τρωΐδες et Τρωάδες Il. VII. 297. πλωίδες et πλωάδες v. Spitzner. Observ. ad Quint. p. 131. Τριχάδες (pisculi) omnes tuentur codd. Poll. II. 24. sed vix credibile est ab usitata forma recessum esse. Ὀρχὰς ἐλαία Nicand. a Latinis *orchas* dicitur et *orchis* genere ambiguo sicut herba ὁ ὄρχις et mutato per synesin genere ἡ ὄρχις τῆς ὄρχεως, quare non derivativum videtur ut ὀρχάς, ὀρχιάς et ὀρχῖτις, sed primitivum pro derivato ut alia plantarum nomina ὄφις, κύων. Pro Κεραστάς quod est Cypri nomen Nonn. XIII. 441. Graefius ex aliis locis

---

29) Sami insulae nomen antiquum fuit Φυλλίς vel Φυλλάς v. Tzschuck. ad Strab. 94. et Μελάμφυλλος.

30) In Hist. Ann. IX. 37. p. 621, 8. pro dativo φωλίδι plurimi libri praebent φωλίδα fortasse per metathesin ex φωλάδι depravatum.

restituit *Κεραστίς* a masculino *Κεράστης* ut *Ἀσβύστης Ἀσβυστίς*, *λεπάστη λεπαστίς* v. Parall. 443. *Λεπάς* et *λεπίς* diversarum rerum vocabula sunt, quamvis ab eodem principio *λέπω* Eust. 1863, 57. illud conchae marinae genus, quae a Schol. Opp. Hal. I. *πατελλίς*, latine lepas et lopas appellatur; nosque uno nomine *Schale* patinam conchamque et corticem (*λεπίδα*) significamus.

§. 8. De accentu nominum, quae cum oxytonis feminini generis composita sunt, una est et simplex Herodiani praeceptio, gravari si sint duorum generum hoc est adjectiva ut *μελάναιγις*, acui vero *τὰ μονογενῆ* ut *καταιγίς*[31] Schol. Il. II. 175. cui quae subjicit exempla *σκελίς περισκελίς*, *νυχίς παννυχίς*, *οἰκίς περιοικίς* Arc. p. 28. EM. 333, 24. et 518, 37. nullam fere dubitationem relinquunt quin illi omnia hujusmodi vocabula pro synthetis acceperint neque religiosum habuerint simplicia, quae nunquam reperissent, per licentiam grammaticam poeticae similem confingere. Nam ficta certe sunt *νυχίς* et *οἰκίς*, ipsumque *περισκελίς* sine dubio non cum integro *σκελίς* conjugatum est sed res quae crura ambit adjective dicitur *περισκελής*, substantive *περισκελίς*[32] et *περισκέλιον*, ut a *ξίφος παραξιφίς*, a *ῥύγχος ἐπιρρυγχίς* pars rostri extrema. Talium vocabulorum infinita est copia quia Graecis satius visum res aliis rebus ita adjunctas ut appendicis loco esse videantur, a re, cui adnexae sunt, cognominare quam voce signare propria. Ita *τοῦ ἐγκεφάλου* pars posterior eademque minor dicitur *παρεγκεφαλίς* — *ἄλλοι δὲ ἐγκρανίδα καὶ ἐγκράνιον*[33] Galen. de Us. Part. VIII. 11, 666. T. III. et similiter ab aliis corporis partibus denominantur res quae vel a na-

31) Haec exempla manifestum faciunt regulam illam falso interpretari eos qui *μελαναιγὶς Ἐριννύς* scribi volunt sed *μελάναιγις Διόνυσος*.

32) Nonnunquam neutrum adjectivi feminino in $\overline{\iota\varsigma}$ respondet *τὸ ὑποτελές ἡ ὑποτελίς*, *ἡμεροκαλλές ἡμεροκαλλίς*. Proxima sibi sunt *εὐγενής εὐγενίς* et *συγγενίς* v. ad Phryn. 451. *εὐμενής Εὐμενίς*, *ζωθαλμής ζωθαλμίς*, *ἀλουργής* sive *ἀλουργός ἀλουργίς*; quae est peculiaris propriorum terminatio *Δημοσθενίς*, *Ἠριφανίς* (omiss. in Th.) Athen. XIV. 619. C. *Θευγενίς*, *Χρυσανθίς* etc.

33) Hoc ex alio loco de Adm. Anat. IX. 2, 714. T. II. substitui pro *ἔγκρανον*.

tura iis adhaerent, *ἐπιγουνίς*, *παρασφαγίς*, *προστηθίς*, *ὑπογλουτίς*, aut casu iis accidunt *ὑπογλωττίς πάθος κατὰ τὴν γλῶσσαν* Hes. *παρουλίς*, *ἐπουλίς* aliaque affectionum nomina, aut etiam extrinsecus adaptantur, *ἐπικρατίς*, *παραγναθίς*, *περιγονατίς* Julian. Or. II. 57. C. *προμετωπίς* etc. Neque raro fit ut uno nomine res diversae notentur. Schol. Arat. 254. *παρ' Ὁμήρῳ ἐπιγουνίς τὸ ἄνω τοῦ γόνατος ὡς Ἀρίσταρχος, ὡς δὲ Κράτης ἐπωμίς*[34] id est *ἔνδυμα ὡς ἐπωμίς*, nam *ἐπιγονατίς* vocabatur tunica *διότι μέχρι γονάτων διήκει* Eust. eodemque modo *ἐπωμίς* non solum partem humeri superiorem significat Galen. T. XVIII. P. I. 314. sed etiam humerale v. Hermann. ad Iph. T. 1374.[35] ut *παρωμίς*, *περιωμίς*, quae non magis cum integro *ὠμίς* composita sunt quam *περισκελίς* cum *σκελίς*. Nec modo corporis partium sed aliarum quoque rerum accessiones[36] *ἐπιμετρίς τὸ ἐπίμετρον* Hes. *ἐπιδορατίς*, *παρωροφίς*, *παρασταθμίς*, *προστομίς*, *ὑποθυρίς*. Denique ad hoc exemplum formata sunt quae a significatione partis recesserunt longius *ἐπινυκτίς*, *ἐφημερίς*, hominumque epitheta *ἐπιμισθίς ἡ ἐπὶ μισθῷ ἐργαζομένη*, *ἐπιπαματίς ἡ ἐπὶ τοῖς πάμασιν ὑπολειπομένη*, *ὑπονυμφίδες αἱ παρεστῶσαι τῇ νύμφῃ γυναῖκες* Sch. Arist. Eqq. 647. pro quo Meinekius ad Men. p. 45. *παρανυμφίδες* posuit. In hoc numero nonnulla reperiuntur quorum simplicia extant ut *γλωττίς*, *πεζίς*, *νυκτίς*, *κε-*

34) Pars hujus adnotationis parvula relicta est in Schol. Od. XVII. 225.

35) Schol. Eur. Hec. 553. *ἐπωμίς τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος, καὶ εἶδος ἐνδύματος.* In principio *λαβοῦσα τὰ τηλάτια ἐκ τοῦ ὠμοφορίου — ἔσχισεν*, scribendum est *τηλυγάδια* id est involucra *τηλύγματα* ut hodie dicunt pro *τυλίγματα* et *τηλυγάδι* gyrgillum sive alabrum, germanicum ***Winde.***

36) Raro decessiones ut *ἀπανθρακίδες*, cui subvenit *τρίγλα ἀπ' ἀνθρακιᾶς* Anth. VI. 105. Regulae convenientius est *ἐπανθρακίδες.* Res principales a secundariis cognominari mihi non constat; *ἐπιπορπίς* in Callimachi loco sine dubio non vestem fibulatam significat ut Jacobsio visum ad Anth. VI. n. 274. sed id quod Schol. dicit *ἡ περόνη* sive potius capitulum fibulae pectoralis auro caelatum. In Anth. l. c. ubi mater Ilithyiae dedicat *ταύτην ἐπιποντίδα νύμφην* priorem Jacobsii correctionem in Animm. T. VIII. 11. *ἐπὶ παστάδι* praefero posteriori *ἐπιπορπίδα.* Sic donarium reponitur *ὑπὸ παστάδα* VI. 119. *ὑπὸ παστάδι* VI. 342. *ἀνὰ παστάδα* Append. n. 149.

φαλίς, neque tamen ab his illa composita sed a compositis propagata sunt vel etiam sine interventu syntheti ex praepositione et casu obliquo conflata: *προποντίς ἡ πρὸ πόντου θάλασσα* Suid.[37] *ἐπικιχλίδες αἱ ἐπὶ κίχλαις ᾀδόμεναι* Athen. *hypocistis nascitur sub cisto, unde nomen* Plin. XXVIII. 31. Qua ratione omnia similia expediri possunt; ac si nomen rei anquiris, praesto est *παραγωγὴ ἐκ δύο εἰς ἕν*, quo saepius utitur Stephanus s. *Ἑλλησποντίς*, *Ὠκέανος παρωκεανίτης ὡς παραποτάμιος* etc. cujusmodi adjectiva Romani quoque frequentant, cisalpinus, extramuranus, pomeridianus, suburbium, promontorium etc. Pro illis igitur, quae Grammatici proponunt, afferenda erant *περικνημίς* ocrea Dionys. Antt. IV. 16. Daniel. III. 21. *προκνημίς* Polyb. *παραπυλίς* Heliod. quaeque alia a recto casu composita sunt; quo etiam referri posse videtur *περιβαρίδες* cognatum cum *βηρίδες* et *βερβέριον*, *ἐπικυλίδες* et *ὑποκυλίδες*, *ἐπιφυλλίς* et *ὑποφυλλίς*. Tonus utriusque generis idem est sed non eadem toni ratio. Nam quae vere composita sunt, sive a praepositione ordiuntur sive a nomine, servant accentum simplicis ex regula *τὰ σύνθετα ὁμοίως τοῖς ἁπλοῖς (τονοῦται)* Anecd. Cram. II. 399. Itaque barytona sunt cum barytonis juncta *Σκῆψις Ἐπίσκηψις* Choerob. Gaisf. I. 56. et 187. (omiss. in Th.) *ἀμφίδαπις*, *ψιλόταπις*, *ἔπαυλις*, *ἐπίμηνις*, *ὁμήγυρις*, neque recte acuuntur *Λαγορεῖς ἐκκλησίαι* Hes. quod injuria suspectum est, et *Σταμαγορίς ὅταν πλείονες συστραφῶσι στήμονες* Hes. contraria cum contrariis *περικνημίς*, *χειροκνημίς*, *ἁπαλοκουρίς* et *χλωροκυρτίς* (id est *καρίς*) *οἰνοκηκίς*, *ὀπισθοκρηπίς* Parall. 241.[38] Quae vero parasyntheta sunt vel plagiosyntheta, pariter acuuntur sed ob characterem, eoque nomine a *περικνημίς* ocrea differt *παρακνημίς* fibula sive os tibiae minusculum Phot. Epist. CCXLII.

---

37) Satis erat *ἡ πρὸ πόντου*, nam *προποντίς* etiam regio dici poterat ponto adjacens, *ἐν Κυζίκῳ καὶ τῇ Προποντίδι σοφιστεύων* Diog. VIII. 87. et urbs ut *ἡ Ἑλλησποντὶς Ἄβυδος* Schol. Il. IV. 500.

38) Minervae epitheton *ἀγελητίς* sequitur simplicis *ληΐς* tonosin Aristarcheam; nam alii *λῆις* scribebant Sch. Il. XI. 677. Illud cum *ληΐς* potius quam cum ionico *ληός* (v. Parall. 429.) copulatum esse documento est *ἀγελείη*.

634. et ab orthosyntheto *πρόπολις Vorstadt* plagiosyntheta *παρακερκίς, ὑποῤῥαχίς* etc.

§. 9. Nominum hujus generis tanta est multitudo tantusque in accentu consensus ut pauca, quae contra veniunt, aegre sustineri possint. Unum est *ἄμφωτις* Plut. de Aud. II. 38. A. pro quo in alio Plutarchi loco et ap. Poll. *ἀμφωτίς* scriptum est, non *ἄμφ.* ut Wyttenbachius dicit Animm. I. 315. neque *ἀντώτιδες* ap. Clem. Alex. sed *ἀντωτίδες* similiterque *ἐπωτίδες* Appian. Civ. IV. c. 107. et 109. Syr. c. 27. Philostr. Imagg. XIX. 793. Thuc. VII. 34. et 36. ubi unus cod. Gr. accentum retrahit, *περιωτίδες* EM. *παρωτίδες* Lycophr. centiesque apud artis medicae auctores. *Ἄμφωτις* nominativus singularis legitur Athen. XI. 783. D. diotam, ut Eustathius ait p. 1624, 30. significans, quod si ab *ἄμφωτος* ductum est, oxytonon esse oportet, si ab *ἀμφώτης*, properispomenon ut *πρωθῆβις*, sed *ἀμφώτης* non invenitur nisi loco suspecto EM. eoque dubia redditur proparoxytonesis pluralis, sive poculi nomen est sive indumenti Eust. 1324, 38. — Secundum hujus inconstantiae exemplum est *ἐνυδρίς*, quod saepe sic scribitur ap. Aristot. et genitivus *τῆς ἐνυδρίδος* H. Ann. IX. 5. p. 594, 32. apud Herodotum vero bis *αἱ ἐνύδριες* convenienter regulae *τὰ εἰς ρις μετ' ἐπιπλοκῆς μέσου βαρύνεται* Arcad. 33, 23. et accusativus parisyllabus *ἔνυδριν* Ath. VIII. 253. F. summo ubique codd. concentu nisi quod in Arist. H. Ann. I. 1. p. 487, 22. in uno Vat. *ἔνυδρος* scriptum quod jure retinuit Jacobsius in Ael. H. Ann. XI. 37. et in Herod. II. 72. in Arch. *ἐνιδρύες* paroxytonon trajectis, ut fit, vocalibus. Tertium praebet *ἔπηλις ἡ τοῦ προσώπου μελανία καὶ τὸ πῶμα — καὶ ἔφηλις κοινῶς ὡς ἀπὸ τοῦ ἥλου* Eust. 1562, 38. a verbo *ἵημι, ἰάλλω* adigo ut apparet ex Od. VIII. 447. *ἐπήρτυε πῶμα θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴηλεν* hoc est *ἐπέβαλε*, unde *ἐπίβλημα* operculum, *ἐπιβλής* pessulus vel clavis, *ἔμβολος* et *ἐμβόλιον* clavula; ab *ἧλος* autem *Ἐφηλίδες περόναι* Hes. alias *ἐνεταί* dictae ab *ἐνίημι*, et ephelides sive punctilla quibus cutis solata velut clavulis maculatur; in quo nomine maxime variatum est: *αἱ ἐφήλεις* Galen. de Med. Simpl. VI. 286. T. XI. Diosc. Mat. V. 125. *ἐφήλιδες* II. 21. p. 176. *ἐφηλίδες* Hippocr. Mul. II. 854. T. II. Diosc. Eup. I. 121. et 122. sed in eodem capite *τὴν ἔφηλιν*

ut Mat. II. 156. p. 272. Galen. Eup. II. 6. 420. quod saepe apud hunc legitur sed multo saepius *ἐφηλίδες*. Postremo, ne quid desit, *ἐφηλίν* acuto sono finitum Soran. Mul. XIV. 42. Nonn. c. 97. ubi cod. rectius *ἐφήλεις*. Pro *ὑπόκιστις* Galen. de Med. Simpl. IX. Prooem. 160. T. XII. Zopyr. in Medd. Mosq. p. 350. ubique restituendum est *ὑποκιστίς*.

§. 10. Eorum quae aliam orationis partem in fronte habent, quatuor species cogitatione informari possunt. Primum si Graeci *μυὸς ὦτα* vel *μύρτου χείλη* in unum vocabulum coarctare voluerunt femininum, natum est illud genus quod supra Henecdyin appellavimus, *μυοςωτίς*, *μυρτοχειλίς*.[39] Altera species complectitur synthcta *δρυοπτερίς*, *λευκομαινίς*, *χρυσοκανθαρίς* Anecd. Bekk. *ὁλοφλυκτίς*, *γλυφίς καὶ κατὰ σύνθεσιν ὠτογλυφίς* EM. 235, 17. eique numero omnia adscribi possunt quibus species ejus rei significatur, quam declarat nomen simplex, *πυρολαβίς*, *χρυσολαβίς*,[40] *ὀπωροβασιλίς*, *φορμοῤῥαφίς*, *στηθοδεσμίς*. Hoc tamen adeo non est certum synthesis indicium ut *στηθοδεσμίς* et huic proxima ad tertiam classem referri possint qua paragoga continentur; *κρεάγρα κρεαγρίς*, *σμηματοδόκη σμηματοδοκίς* (Hes. s. *Ῥύμμα*) *χαμαιτύπη χαμαιτυπίς* a Thoma reprehensum, *σεισοπύγη* ut in Bastii codice legitur Epist. p. 36. *σεισοπυγίς*, *πυριλάμπη πυριλαμπίς*, *πυγολαμπίς*, *κυσολαμπίς*, quibus adaequandum puto *χρυσόλαμπις* Anecd. Bekk. 72, 21. Haec quia singula singulis rebus privatim assignata sunt, pro substantivis valent sed natura nihil differunt ab adjectivis *φθινοπωρίς*, *κερουχίς*, *σαφηγορίς*, *στενοπορθμίς*, *ἐχενηΐς*, *κενοδοντίς*, quorum ab accentu descivit *φανόμηρις* Poll. II. 187. rectius scriptum *Φανομηρίς* VII. 55. vel potius *Φαινομηρίς* Plut. et *Γλαυκοφόρβιδες ἵπποι εὐγενέστατοι* Hes. hoc est, ut opinor, Glauci Potniensis equi ferocissimi sive Potniades, feminine appellati ut plerumque

---

39) Apud Rufum Eph. p. 24. ed. Ven. pro *μυρτοχείλας* scribendum est *μυρτοχειλίδας*.

40) *Λαβίς σκεῦος χρυσοχοϊκόν* Hes. Alioqui decompositum esse potest ut alia instrumentorum nomina *πρασοκουρίς*, *ἀρτοφορίς*, *ἱματιοφορίς*.

equi solent et ut *Σαινουρίδες οἱ τὰς οὐρὰς κινοῦντες ἵπποι καὶ κύνες*. Sed redeo ad substantiva: *ἀμάμηλις* proparoxytonon est Eust. 878, 22. et Hes. s. *Ἀμομ.* quibus auxiliatur accusativus *ἀμάμηλιν*. Et *μελίκηρις* Nonn. Epit. CCLVI. eodemque accentu Athen. 147. B. ubi esculentum significat, et Schol. Od. X. 235. Eust. 1656, 63. ubi vitem; oxytonon est in Hippocr. Prorrh. II. 231. T. I. Galen. de Caus. Morb. VIII. 34. T. VIII. de Tumor. c. V. 718. T. VII. de meth. cur. XIV. 12, 985. T. X. sicut *ἐγκηρίς* Soran. de Fract. I. p. 65. Herbae nomen noctilucae saepius *ἀγλαόφωτις* scribitur, semel *ἀγλαοφωτίς* cum accusativo *ἀγλαοφωτίδα*. *Δρυοπτερίς* accentu legitimo in Med. Mosq. p. 350. aliisque permultis locis, *δρυόπτερις* Diosc. Eup. I. 103. p. 145. Galen. de Simpl. Med. V. c. 15, 756. c. 20, 767. T. XI. et *θηλύπτερις* VIII. 3, 109 T. XII. Diosc. Eup. II. 77, 289. idemque Schneiderus Theophrasto obtrusit H. Pl. IX. 8. ratione inepta *quia accentus in compositis praesertim longioribus retrahitur* p. 825. Illud acui jubet regula quae est de substantivis ab integro compositis; parasyntheta aequiparanda sunt paragogis simplicibus, quorum summa in accentu constantia *δουλίς, φρουρίς, διακονίς, ἑταιρίς, ἐθελοντίς — λειμωνίς, ἐρωτίς, θεραποντίς, λυκαβαντίς*, aliaque plurima v. Bernhardy ad Dion. v. 563. et nonnulla substantivorum potestatem adepta *πορφυρίς, ἐαρίς,*[41] *νυκτερίς, φοινικίς, χοινικίς* etc. Ad ultimum quae Eustathius affert 1704, 4. *Ἔμπουσάν τινες Ὀνόκωλιν λέγουσι, οἱ δὲ Ὀνόσκελιν*, eorum prius *Ὀνοκώλη* scriptum est ap. Suid. et EM. pro altero, quod cum *πυγοσκελίς* pugnat, fortasse *ὀνόσκελον* ponendum est.[42] Grammatici horum nihil attigerunt sed habemus quasdam de similibus praeceptiones: *τὰ εἰς ρις λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διφθόγγῳ τῇ διὰ τοῦ υ παραληγόμενα ἅπαντα ὀξύνεται οἷον μολουρίς ἡ σιτοφάγος ἀκρίς, κυνοσουρίς. Σεσημείωται δὲ τρία λάμπουρις ἡ ἀλώπηξ, Τόμουρις ὄνομα πόλεως καὶ ἵππουρις* EM. 474, 8. Gud. 284, 52. Cram. I. 210. de quibus singulis dicam si prius adnotavero

41) *Ἐριάδες κανθαρίδες* in Lex. MS. Du Cangii App. p. 74. nihil aliud est quam *ἐαρίδες*.

42) Criticis, qui *μελάγκρανις* in nostros libros intulerunt, dubium fuit siccine scriberent an ultima acuta v. Schneider. ad Theophr. T. III. 374.

in prima parte deesse exempla alterius diphthongi *Ἀγλαυρίς*, *Ἰσαυρίς*, *Ἐπιδαυρίς*. Ex Hesychii verbis *Μολουρίδας βατραχίδας* apparet sic appellari ranarum larvas sive foetus ineffigiatos, qui proprie *γυρῖνοι* vocantur *παρὰ τὸ γυρόν τὸ περιφερές* EM. germanice *Kaulquappen*, *Kulkrotten*, ob formam globosam. Neque non veri simile est locustae speciem postica parte globosam ita dictam esse[43] eam fortasse de qua Suidas loquitur *Μολυρίς μολυρίδος ἡ ἀκρίς*, pro quo qui *μολουρίς* reponunt, non meminerunt primum rotundulam vocari *κόλλυραν* et *κολλούριον*, tum etiam cicindelam dupliciter dici *λάμπουρις* et *λαμπυρίς*, hoc a *λαμπυρός* ut ab *ἁλμυρός ἁλμυρίς*, illud a *λάμπουρος* ut a *κόλουρος κόλουρις* vulpis cognomen cognatum cum *Μολουρίς ἡ κολοβὴ λόγχη* Hes. commutatis literis $\overline{\varkappa}$ et $\overline{\mu}$ ut *μέλας κελαινός*, *μινύρεσθαι καὶ κινύρεσθαι τὸ θρηνεῖν* Ammon. *μολούειν κολούειν*, *Κολεῖν ἐλθεῖν* Hes. id est *μολεῖν*, *κολόβρια τῶν ἀγρίων ὑῶν τὰ νέα, οἱ δὲ μολόβρια* Aristoph. Gramm. ap. Eust. 1817, 20. *κῆρυξ* murex. Attamen *λαμπουρίς* Eustathius 1571, 26. cum *πυρσουρίς* comparat tanquam oxytonon, quomodo compluribus locis scriptum est ut *μελανουρίς* piscis nomen Anth. VI. 304. et *σαννουρίς* Hes. proparoxytona vero *μάλουρις* Hes. *γλαύκουρις* (si mendo caret) Galen. Eup. II. 6, 425. T. XIV. *μύζουρις* et *ἵππουρις*, sive hoc caudam equinam significat sive epitheton est galeae vel plantae.[44] *Κυνοσουρίδος ἄρκτου* legitur Maneth. II. 24. P. Silent. Soph. II. 498. bisque ita Buttmannus apud Aratum edidit v. 181. 225. Vossius vero gravat, nec conspirant Edd. Paris. et Basil. Gentilicium proparoxytonon est J. Lyd. de Mens. IV. 2, 125. (288.) contrarium ap. Callim. ut *Κυνοσουρίς* et *Λυκοσουρίς*. Secundum praeceptum hoc est: *Ἡρωδιανός φησι τὰ εἰς* $\overline{\rho\iota\varsigma}$ (scr. $\overline{\upsilon\rho\iota\varsigma}$) *ὀξύ-*

43) Utrique commune nomen *Μαντίς ὁ ἐν τοῖς κήποις βάτραχος καὶ εἶδος ἀκρίδος*, haec a specie ut ajunt; rana arborea sive hyla viridis tempestatis praesagia habet.

44) *Κοθοῦριν ἀλώπεκα* Hes. accentu ambiguo. Sciens transmisi nomen urbis *Μούζουρις* pro quo nunc in Lucian. Hist. §. 31. *Μούζιρις* editum est, *Ὄλουριν ἢ Ὄλουρον* Strab. VIII. 350. *ὀλουρίδας εἶδος κόγχης* Hes. et herbae *ὄνουριν* Diosc. IV. 116. quod *ὀνοθουρίς* scribitur Galen. Simpl. Temp. VIII. 15, 89. T. XII. et duplici adeo accentu *ὀνόθουρίν* Paul. Aeg. VII. 249.

νεσθαι πλὴν τοῦ Ὤγυρις, πανήγυρις, Θάμυρις Schol. ad Dion. v. 607.[45] unde colligimus eum πλημμυρίς sic ut Schol. Apoll. II. 576. scribi jussisse; alii gravabant ob accusativum πλήμμυριν a Bacchylide positum EM. 676, 25. ceteris acutis ἀγκυρίς, ἀργυρίς, γεφυρίς, κολλυρίς, λαθυρίς, ζωπυρίς etc. Multo saepius illi de accentu adjectivorum disserunt, sed modo eorum quae cum substantivis in ῑς exeuntibus composita sunt v. Parall. 239. sq. ac ne de his quidem satis enucleate. Nam cur εὐπλοκαμῖδες alio notatum sit accentu atque εὐκνήμιδες, dicere negligunt. Certum tamen habeo id non ea de causa fieri quia illud in unico quo legitur loco feminarum epitheton est; quis enim dubitet Hylan τὸν τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντα Theocr. XIII. 7. dici potuisse εὐπλοκαμῖδα? sed quia κνημίς et κλῄς iota habent natura longum, πλοκαμίς vero in casibus quadrisyllabis metri causa productum. Quae productio quo manifestior esset, maluerunt compositum sic ut simplex πλοκαμῖδες scribere, quia εὐπλοκάμιδες similiter pronunciaretur ut βαρυμήνιδες, πολυφρόντιδες etc. Hoc igitur in synthetis numerandum est, ut εὐκνήμις, εὐκλῄς, neque alio referemus βαθυκνήμιδος ἐρίπνης Nonn. IX. 213. Ὕλην τανυκνήμιδα XIII. 67. Ὄσσαν ἐρικνήμιδα P. Silent. Soph. 171. (304.) non solum quia Dionysius v. 714. κνημῖδας usurpavit pro κνήμους et jam antiquitus nomen topicum Κνημίς[46] receptum fuit, sed potius propter mensuram; nam ab εὔκνημος si propagatum esset, cui simile βαθύκνημοι Πλαταιαί Nonn. XIII. 70. iota sine dubio breve haberet ut a χρυσωπός χρυσώπιδες ἕλλοι Parall. 269. δυςγάργαλος δυςγάργαλις (οἱ δυςγαργάλεις) v. Jacobs. ad Aelian. 535. τριτομηνίς Harp. Phot. Hes. EM. quo rectius est τριτόμηνις Anecd. Bekk. Suid. ut πάμμηνις Arat. διχόμηνις Dionys. Antt. XI. 63. ὀνόγαστρις ὁ μεγάλην τὴν γαστέρα ἔχων et ζωνογάστριες οἱ τὰς γαστέρας ζωννύμενοι Hes. quod

---

45) Stephanus s. Κορκυρίς et Arcad. 34. addunt Ψένυρις, a quo aberrat Τεντυρίς Steph. praetermittunt κεβλήπυρις, quod nonnulli dividebant κέβλη πυρίς, ὄσυρις plantae nomen Diosc. quod tamen ap. Galen. ὄσιρις scribitur, Τώμυρις sive Τόμυρις reginae. Syntheta sunt ἐρυθρίς et καγκελοθυρίς EM. 513, 14.

46) V. Tzschuck. ad Strab. IX. 530. Male gravatur in EM. 360, 32.

clarum est non cum *γαστρίς* junctum esse ut *φιλόγυννις*,[47] *ἀνδρόσινις*, *λοξότροχις*, sed a *ζωνογάστωρ* vel *ζωνόγαστρος* derivatum. Accentu minus justo scriptum est Anth. XI. 140. *τοῖς ἀπ' Ἀριστάρχου γραμματολικριφίσι*, fictum fortasse ad irridendas Grammaticorum captiones et *παραπλαγιασμούς*, quorum nonnulli *λίκριφις* adjectivum esse statuerunt, alii cum Aristarcho *λικριφίς* adverbium. *Δυςδήλιδες κακοῦντες* Hes. substantivi speciem habet a *δυςδήλης* derivati; feminini similius foret paroxytonon ut a *ζωθαλπής* *ζωθαλπίς*, v. §. 8. Adn. 32. quod perperam *ζώθαλπις* scribitur; nec recte *βούπαλις* in Thes. nam pro *ἀεθλοσύνης βουπάλεως* Anth. Plan. 67. scribendum est *βουπαλέος* a nomin. *βουπαλής*. In Eubuli Fragm. T. III. 270. ubi parasiti vocantur *ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες* id est *παράδειπνοι*, Meinekius *παραδειπνίδαι* substituit. *Δύςαυλις*, quod Stephanus s. *Αὐλή* ab *αὖλις* compositum dicit, adjectivum est haud dubie non substantivum *malam habitationem* significans ut Lexicographi nostri tradunt; nisi forte *Αὐλίς* ob Iphigeniae immolationem ita dicta est ut *Δύςπαρις*. Heroides Atticae *Ἀγραυλίδες* denominatae sunt ab Agraulo sive Aglauro; *ὕδραυλις ὑδραύλεως* substantivi accentum habet v. Reimar. ad Dion. Cass. LIII. 26. dupliciter declinatur aquarum nomen *ἔγγραυλις ἐγγραύλεως* et *ἐγγραυλίς ἐγγραυλίδος*, nec constat origo. Pro *σητοδόκιδες ψυχαί, πτηνὰ ζῶα* Hes. corrigendum videtur *σητοτοκίδες*, nam papiliones revera sunt *σητοτόκοι*.

§. 11. Verum haec accentus inconstantia nunc non tanti nobis est momenti, quanti mobilitas vocalium, cujus causas Grammatici modo ad ellipsin referunt modo ad pleonasmum. Sed nominum in ας et ιας exeuntium rara est concertatio *διψάς διψιάς*, *εὐάς εὐιάς*, *κυκλάς κυκλιάς*, *τυμβάς τυμβίας*, *οἰνάς ἢ οἰνιάς* (aviculae nomen) Poll. VI. 22. in quibus detineri nolo. Saepius vero inter se litigant ις et ιας, quas terminationes si praecedit vocalis, cautum esse apparet ne epallelia existeret. Ergo quae alpha vel αι in penultima habent, deflectuntur in

47) *Φιλογύννις φιλογύννιδος* Suid. et *λοξοτρόχις* Anth. IX. 185. proparoxytona esse debent sicut ea sunt quae cum substantivis feminini generis coaluerunt *τερπότραμις*, *χρυσόῤῥαπις* etc.

ις, Δαναΐς, Κραναΐς, Ἀγραῖοι Ἀγραΐς,[48] Ἐλυμαῖοι Ἐλυμαΐς, Ἀχαιίς, Πλαταιίς, Πτολεμαΐς — Κρηταιεύς Κρηταιίς, Φωκαιεύς Φωκαΐς. Quae vero iota, in ιας, Φθία Φθιάς, σηπία Σηπιάς, Πελίας Πελιάς,[49] Δημήτριος Δημητριάς, Κάσπιος Κασπιάς, Ἄκτιον Ἀκτιάς, Σούνιον Σουνιάς et communia ab adjectivis et substantivis derivata ἁλιάς, ποντιάς, ἐτησίας, λυτηριάς, φιληλιάς nisi scriptura fallit Athen. XIV. 619. B. ῥοθιάς, πεδιάς, εὐπεδιάς et alia v. §. 2. His continuo subjungam πολιάς, ληιάς, Ἰσιάς. Eodem decurrunt quae ε simplex et quae diphthongum ει pro charactere habent Βορεάς, Νεμεάς, Τεγεάς — Ῥοιτειάς, Σιγειάς, γενειάς, neque alia vocalis sequitur ypsilon Δρυάς, Μινυάς, Μιλυάς. Sed ο breve et longum excipit syllaba ις, Εὐβοΐς, Τηλεβοΐς, διπλοΐς, προχοΐς, Ἀθωίς, Ἀχελωίς, Μινωίς, Νειλωίς Anth. IX. 710. Horum autem nonnulla per alpha protenduntur Ἀχαιιάς, Ἀθωιάς, ἁλωιάς, δμωιάς, λεχωιάς, Λητωιάς, Μινωιάς, quorum prototypa αι et ω continent. Quae ad secundum genus pertinent, iota primitivi saepe abjiciunt, Δυῤῥάχιον Δυῤῥαχίς, μυστήριον μυστηρίς,[50] ὑπώπιον ὑπωπίς (planta sugillationibus apta) Θεσπιαί sive Θέσπεια Θεσπίς, Μαντίνεια Μαντινίς nisi hoc ad antiquius Μαντίνη vel ad Μαντινεύς redigi debet. Nec desunt quae dupliciter finiantur Ἀσίς et Ἀσιάς, qua de re loquitur Schol. Dion. 850. τὸ Εὐξαντιάς ἀπὸ τοῦ Εὐξάντιος, τὸ δὲ Εὐξαντίδος παρὰ Καλλιμάχῳ ὕφεσιν ἔχει τοῦ ᾱ, et Herodianus EM. 394, 35. τοῦ Εὐξάντιος τὸ πατρωνυμικὸν Εὐξαντιάδης, τὸ θηλυκόν Εὐξαντιάς.[51] Ἆρον τὸ α καὶ

48) De attenuatione diphthongi dicetur in Adnot. ad Phrynichum.

49) Hoc patronymicum dicitur; motionis speciem praebent Νικίας Νικιάς Anth. VI. 210. sed re vera haec omnia denominativa sunt Ἀδριάς, Πηλιάς, Διάς, Ἰλιάς, Θρονιάς etc.

50) EM. 170, 15. Αὐλητρίς παρώνυμον ἀπὸ τοῦ αὐλητήρ, αὐλητηρίς ὡς σωτήρ σωτηρίς, ἐτήρ ἐτηρίς καὶ τριετηρίς. Primum ineptum est; sed Σωτηρίς proprium in Inscr. v. Keil. Anall. Epigr. p. 129. a σωτήρ declinatum et ab aliis substantivis in ηρ et ης exeuntibus ἀκτηρίς, βακτηρίς, βλιστηρίς, ἱκετηρίς. Ficticium ἐτήρ in Cram. IV. 329. affertur ex Sophocle ἐτῆρας ἄμνους θεοῖς ἔρεξας (θεοῖσι ῥέξ' immola) ἐπακτίους· γράφεται δὲ καὶ εὐείρας, quod L. Dindorfius in Thes. εὔειρας scribit quasi heterocliton pro εὐείρους. Id admodum incredibile.

51) Sic *Pelias*, *Dardanis* patronymica esse contendunt Grammatici, contra quos disputavi in Dissert. I.

γίνεται Εὔξαντίς.[52] Nomina primae declinationis feminina eademque non pura in ῑς transeunt Εὐρώπη Εὐρωπίς, Ἐρυσίχη Ἐρυσιχίς, εἰρήνη Εἰρηνίς, Ἠλέκτρα Ἠλεκτρίς (πύλη) sed plerumque feminina ab adjectivis mutuantur Κωπαΐς, Ἀθηναΐς, Ἀφεταΐς (ὁδός) Ἡραΐς, Φωκαΐς (Φωκαεύς) nec raro ᾱ et ᾱι in η vertunt Αιλύβη Dionys. 469. Αιλυβηίς, Ἀλύβη Ἀλυβηίς, Ἰδηίς, ἀγεληίς, quorum in similitudinem vi synecdromae traducta sunt ἐλατηίς Nic. et Κυβεληίς Nonn. XLVII. 240. Masculina pro ης accipiunt ῑς Αἰητίς (omiss. in Th.) Anth. VII. 50. Εὐφρατίς, Λυκαμβίς, sed non raro etiam alpha adoptant, Aeetias Ovid. Λυκαμβιάς Anth. VII. 70. τελωνιάς, Ὀρέσται — τὸ θηλυκὸν Ὀρεστίς καὶ Ὀρεστιάς Steph. et nympharum Orestiadum nomen, quod Hesychius cum ἑστία compositum dicit, haud aliunde repetendum quam ab intermortuo ὀρέστης, sicut Cyprus a Cerastis incolis nomen accepit Κεραστίς καὶ Κεραστιάς Steph. Item a nominibus secundae declinationis derivata modo unum exitum habent θεωρίς, Ἐνετίς, Ἁλικαρνασσίς, Κελτίς, modo duplicem Ἄμνισις Ἀμνισιάς, Κενταυρίς Κενταυριάς, Λατινίς Λατινιάς, Πελασγίς Πελασγιάς et a φύλλον non solum φυλλάς et φυλλίς sed etiam φυλλιάς, de quibus Grammatici dissentiunt: Eustathius ad Dion. 1143. Κωλιάδα νῆσον τετρασυλλάβως ἢ Κωλίδα τρισυλλάβως κατὰ συγκοπήν, quo eum adduxit nomen longe diversum Κωλιάς τόπος Ἀττικῆς ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ Hes. sed certius syncopae exemplum praebet Κασπίς. — Aliter vero Stephanus Καβειρίς παρὰ τὸ Κάβειρος, Καβειριάς δὲ παρὰ τὸ Καβείριος et Παρνασσιάς ἀπὸ τοῦ Παρνάσσιος καὶ Παρνασσίς παρὰ τὸ Παρνασσός ὡς Τευμησσίς, quem transitum terminationum ab ῑος in ῑας satis testantur adjectiva prius allata ἁλιάς, γενεθλιάς, ποντιάς et reliqua, quorum unum certe Κασπιάς nulli primitivo aptum praeterquam puro Κάσπιος. Sed et a non puris talia oriri documento sunt Λατινιάς, cui nihil antecedit extra Λατῖνος et Λατινίς, ab ἄντρον ἀντριάς, a νῶτον νωτιάς (φθίσις) Hippocr. de Morb. II.

52) Haec aliter scripta sunt p. 210, 8. Αὐξέντιος Αὐξεντιάδης etc. Auxentios complures cognovimus temporibus christianis, Euxanthium nullum; consimile nomen Εὐξένθιος in codd. Strab. X. 478. Coraes Εὐξίθεος scribendum putat.

265. T. II. a *κῶλον*, ut ajunt, *Κωλιάς* promontorium Atticae. Adjectiva hac via crescere non constat; nam *ἐρυθριάς* in Galen. de Gener. I. 19, 545. T. XII. prave scriptum est pro *ἐρετριάς*, nec sine vitio Theocriti versus XXVII. 72. *Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα, σὴ ἐρημιὰς οὐκέτι πιστή*, ubi *ἐρωμένη* corrigunt sed quaerendum videtur nomen proprium *Ἐρωτιάς* vel *Ἀρητιάς* vel si quid similius reperiri potest. *Διχομηνιάς* (omiss. in Th.) Maxim. v. 452. a *διχόμηνις* potius quam a *διχόμηνος*, ac Nympharum nomina *Ἐφυδριάδες* et *Μεθυδριάδες* pendent ex simplici *Ὑδριάδες*, sicuti eaedem deae *Μηλιάδες* vocantur Hes. et *Ἐπιμηλιάδες*, breviusque *Μηλίδες* et *Ἐπιμηλίδες* v. Bergler. ad Alciphr. III. Ep. 11. ut illae *Ἐφυδρίδες*.[53] Haud aliter quam *Παρνησσιάς* Stephanus tritoclita interpretatur *τὸ Ἀβαντιάς δοκεῖ ἀπὸ τοῦ Ἀβάντιος ὡς ἀπὸ τοῦ Ἑλικώνιος Ἑλικωνιάς, Ὀλύμπιος Ὀλυμπιάς*, sed addit *ἴσως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀβαντίς παρήχθη ὡς Λεσβίς Λεσβιάς, Ἀχαιίς Ἀχαιιάς*,[54] quod assentitur Schol. Apoll. I. 637. *Θοαντιάς ἐπένθεσίς ἐστι τοῦ ᾱ· τὸ γὰρ κύριον Θοαντίς*, et Schol. ad Dion. Gramm. p. 850. *Ἑλικωνιάς πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ᾱ*, idemque dici potest de caeteris *Ἐλεφαντίς Ἐλεφαντιάς* (omiss. in Th.) Philod. Epigr. IX. Anall. II. 85. *ἐρωτίς ἐρωτίας, Ἰωνίς Ἰωνιάς, Τιτανίς Τιτανιάς, Φαεθοντίς Φαεθοντιάς* v. Wernick. ad Tryph. p. 73. *Κρεοντίς* Creontis filia, Pind. eademque *Κρεοντιάς* Paul. Sil. *Μεδοντίς* Alcibiadis concubina et *Μεδοντιάς* v. Interpr. ad Athen. XII. 534. F. Lycoris Cornelii Galli amica et Lycorias nympha Virg. Georg. IV. 339. Si tamen parem fere exemplorum utriusque generis numerum et aequalem in oratione prosa usum perpendimus, credibilius videtur alpha illud neque deesse neque abundare sed potius in numero literarum mobilium censendum esse exceptis quibusdum paraschematistis, quorum certissimum est *Νηιάς*, non illud quod ad *Νήιον* referri potest Schol. Od. IX. 22. sed quod pro *Νηίς Ναϊάς* valet, et *μηλιάς* in illa ludicri puellaris acclamatione *φίττα μαλιάδες, φίττα ῥοίαι, φίττα μελίαι* Poll. IX. 127. ubi Dryades ipso arborum, quibus prae-

---

53) Hesychius *Ναΐδες νηίδες ζεφυρίδες νύμφαι* scr. *ἐφυδρίδες*.

54) Idem *Τροία — τὸ ἐθνικὸν Τρώς, τὸ θηλυκὸν Τρωίς καὶ Τρωιάς· ἢ παρὰ τὸ Τρώιος Τρωιάς.*

sunt, nomine invocantur; pro *νησιάς* vero Dionys. v. 570. et *κρηνιάς* Anth. VII. n. 55. Bernhardy et Meinekius in Delect. Poett. p. 159. bisyllaba subdiderunt, nec ullam in partem saepius a librariis peccatum est. Interim ea quae apud poetas leguntur, plerumque metri rationibus distincta sunt; his vero vinculis soluta librariorum aura huc illuc jactantur ut *Φαιστίς* et *Φαιστιάς* v. Menag. ad Diog. V. 1. *Θεωρίς* et *Θεωριάς* v. Aglaoph. p. 666. *'Οδρυσίς* et *'Οδρυσιάς* Paus. I. 10, 5. *Βιβλίς Βιβλιάς* VII. 24, 4. *Εὐρυπωντίς Εὐρυπωντιάς* III. 25. *'Αλίς 'Αλιάς* Thuc. IV. 45. regio Argolidis maritima, quae alibi *'Αλία* dicitur et *'Αλική*. Neque aut aetas scriptorum normam judicandi praebet aut genus scribendi. Namque *Λακωνίς* multo antiquius est quam *Λακωνιάς* sed *λειμωνιάς* prius quam *λειμωνίς* — *παιωνίς* Sextus usurpavit c. Gramm. §. 51, 227. *παιωνιάς* Agathias Anth. XI. 382. *'Αχερουσιάς* historicis usitatum, *'Αχερουσίς* poetis, sed *Πελωρίς* Thucydides optavit, *Πελωριάς* Polybius et qui hujus aetati subjuncti sunt v. Tzschuck. ad Mel. II. 7. P. II. 564. sq. *Σουσίς* et *Σουσιάς* Wesseling. ad Diod. XVII. 68. *Σκυθίς* v. Adn. ad Buttm. II. 425.[55] et *Σκυθιάς* Polyaen. VII. 44. *γῆ 'Ερετρίς* et *'Ερετριάς* in una eademque pagina Hippocr. de Morb. III. 319. T. II. *γῆ Μηλιάς* de Ulcer. 319. T. III. et Theophr. *γῆ Μηλίς* Plutarch. Nonnulla unius formae quasi vinculis adstricta sunt ut *Δελφίς*, *Περσίς*, *'Ελληνίς*, quae nunquam crescunt, et *Δηλιάς*, *'Ολυμπιάς*, *'Αρητιάς* id est Martia, quae nunquam decrescunt. Haec cur ita fixa sint non magis reddi potest quam cur illa fluitent. Sed apparet tamen nonnunquam ampliorem formam a breviore ea ratione distingui qua derivata a primitivis discedunt ut epitheta *'Αδωνιάς*, *Δαυλιάς*, *Θυμβριάς*, *Νησιάς* Semi liber Athen. III. 125. D. *Φασιάς* notabiliter discrepant a substantivis in $\overline{\iota\varsigma}$, nec minus ea quae deuteroparagoga dici possunt a prototypis propriis ut *Κηφισίς* lacus, *Κηφισιάς* tribus vicina, *κολοκυνθίς* cucurbita, *κολοκυνθιὰς βρωτύς* Anth. XI. 371. *Κύπρις* dea, *κυπριάδες φάλαγγες* (omiss. in Th.) Nonn. XIII. 432. *αὖλις* et *αὐλιάδες Νύμφαι*, *μητρίς* substantive ut *πατρίς* et *μητριάδες ἀγκάλαι* Anth. *ἁλίς ἡ ἁλμυρίς* Eust. et *ἁλιάς* bigenerum, *Βακχίς*

55) Adde accusativum *Σκυθίδα* Schol. Hermog. p. 113. T. IV.

et *βακχιάς*. Sed quae ejusdem merismi sunt, distingui non possunt, nec satis caute Reiskius Andoc. de Myst. 16, 42. pro *Χρυσιάς* ascivit vulgatius *Χρυσίς*. Valckenarius vero ad Schol. Phoenn. v. 162. in incerto reliquit utrum Hellanici liber *Ἀτλαντίς* inscriptus fuerit an *Ἀτλαντιάς* (ut *Γιγαντιάς*) quod Prellerus in Dissert. de Hellan. p. 17. praefert, illud Atlantis filiae reservans. Equidem non dubito quin Adriani carmen *Ἀλεξανδριάς* Steph. s. *Σάκεια*[56] idem dici potuerit *Ἀλεξανδρίς* ut *Μεγαρὶς συγγραφή* Paus. IX. 19, 2. et *Ἀμαζονίς* poema.

§. 12. Nominibus superius expositis *Ἰδηίς*, *Οἰτηίς* etc. consimilem exitum habent quae a substantivis secundae declinationis emanarunt, *Βιθυνηίς*,[57] *Ζεφυρηὶς νύμφη* hoc est Iris Zephyro nupta Nonn. XLVII. 341. *Κολχηίς* Medea Nic. *Λιβανηίς* Nonn. *Λυκτηίς* Steph. *Φοιβηίς* Christod. Ab appellativis *δρεπανηὶς Ζάγκλη* Nic. *ζεφυρηὶς αὔρα* Joann. Ecphr. 558. Anth. I. 10. v. 66. *κεραμηὶς χύτρα* Androm. ap. Galen. de Antid. p. 37. T. XIV. *σιμβληὶς πέτρα* Apollon. Ab adjectivis ejusdem ordinis *χλωρηὶς ἀηδών* Hom. et multis seculis recentius *ὑπατηὶς ῥάβδος* (consularis) Anth. I. 4. quod cum affini *ὑπατήιος* Nonn. XLI. 366. Lexicis deest. Horum aliqua vinculo quodam communis originis continentur cum adjectivis possessivis *Μενέτειος*, *Φοίβειος*, plura vero nihil habent quo niti possint praeter feminina tertiae declinationis *Κολχίς*, *κεραμίς*, *χλωρίς*, aut etiam masculina his conjuncta *κεραμεύς*, *χλωρεύς*. His veteres literam eta insertam dicunt: *ὥςπερ παρὰ τὸ Δάρδανος ἐκπίπτει πατρωνυμικὸν εἰς ις καὶ παρὰ τὸ Πρίαμος Πριαμίς, οὕτως ἔδει Καδμίς, ᾧ ἐχρήσατο Ἴβυκος παρελέξατο Καδμίδι κούρᾳ. Τὸ ἄρα Καδμηίδι γαίῃ παρ' Ἡσιόδῳ* (*Ἔργ.* 161.) *ἐπλεόνασε τῷ η*, quod potius ex *Καδμεῖος Καδμήιος* deductum est. Sic autem effugimus epenthesin illam, quam

---

56) Mendosum est *Ἀλεξανδρειάς* s. *Ἀστραία*.

57) Jacobsius ad Anth. 634. *Βιθυνηίδες*, inquit, ***secunda syllaba contra probatum usum correpta ut supra ἐκ Βιθυνῶν.*** Sed hoc vitium est versificatoris, illud minus; nam vocalis longa corripitur auctis syllabis, *Κυβηλίς* et *Κυβεληίς Κυβελήιος* Cybeleius, *Κυθηρίς Κυθερηίς* et *Κυθερηιάς* (sed *Κυθηριάς*) *Ποσείδιος Ποσιδήιος*, brevemque esse puto vocalem in *Τευγρήιος* Steph. quae producitur in *Τέγυρα*.

alio modo declinat Stephanus: *Ὑλλίς καὶ Ὑλληίς ἀπὸ τοῦ Ὕλλος (καὶ Ὑλλεύς), ὡς ἀπὸ τοῦ Φῶκος Φωκεύς, Αἰόλος Αἰολεύς*, unde *Αἰοληίς* natum est. In eodem discrimine versantur nomina tertiae declinationi subnexa, quorum primum exempla proponam, tum solutionem tradam: *αἰθερηὶς ῥίζα* Nic. *ἀλσηὶς Νύμφη* Apoll. *θριδακηὶς χαίτη* Nic. *θεραπηὶς τιμή* in Orac. ap. Julian. *μεροπηὶς φύτλη* Anth. I. 25. Oppian. Cyn. I. 23. et proprium *Μεροπηίς* Callim. *σκολοπηὶς μοῖρα* Maneth. *τριποδηὶς ἕδρα* Nonn. *Φυλληίς* regio a fluvio cui nomen *Φύλλις* Sch. Apoll. II. 652. *χαλυβηὶς ἄκμη* Maxim. 302. postremo *Ἀλαλκομενηίς* Hom. et *Πελοπηίς* Callim. quae duo sola in nominativo singulari leguntur.[58] Horum nonnulla Technographi substantivis in $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$ asserunt: *Ἀλαλκομενηίς ὡς βασιληίς, Θησηίς, Νηρηίς, Οἰνηίς* Cram. I. 76. EM. 56, 15. Sic et Stephanus *Αἰθιοπηίς ἀπὸ τοῦ Αἰθιοπεύς, Παταρεύς Παταρηίς ὡς βασιληίς, Παταλεύς Παταληίς* etc. nec solum usitatis sed etiam fictis *Τριοπηίς ὡς ἀπὸ τοῦ Τριοπεύς*. Quae ratio quum non ad omnia sufficeret, epenthesin, de qua praedixi, adhibuerunt: *Βρύξ Βρυγίς καὶ Βρυγηίς ὡς Καδμηίς — Φίλυρες Φιλυρίς καὶ Φιλυρηίς πλεονασμῷ τοῦ $\bar{\eta}$* Steph. *τὰ εἰς $\overline{\iota\varsigma}$ καθαρὸν τῷ $\bar{\eta}$ παραλήγεται ἢ ἐκ πλεονασμοῦ ὡς Ἑκτορηίς, Πελοπηίς ἢ ἐκ παραγωγῆς Νηλεΐς καὶ Νηληίς τροπῇ τοῦ $\bar{\varepsilon}$ εἰς $\bar{\eta}$* Theogn. 98. qui sine dubio *Κολχηίς, μεροπηίς* et similia ad pleonasmum retulit, sic ut *Καδμηίς*, quod cum *Καδμεῖος* contulimus. Nec minor similitudo inter *Πελοπήιος* et *Πελόπειος*. Sed illum pleonasmi praetextum non prorsus ex vano conflatum esse arguit *Κολχηίς*, cujus possessivum est *κολχικός*, ac magis etiam *ποταμηίς* atque *πολεμήιος*, de quo in proximo dicturus sum. Ac si eta nonnunquam ex abundanti adjectum est, non adeo mirum habebitur idem pro re nata exterminatum esse, id quod Schol. Dion. 850. affirmat: *τὸ Χρυσηίς, Νηρηίς ἀπὸ τοῦ Χρυσεύς, Νηρεύς, βασιλεύς βασιληίς καὶ ἐνδείᾳ τοῦ $\bar{\eta}$ βασιλίς*, ne-

58) In Nic. Th. 889. pro *ἐρευθήεις τε θρυαλλίς* Schneiderus e cod. Goett. recepit *ἐρευθηίς*, quod primum non necessarium est, nam Nicander saepius adjectiva in $\overline{\eta\varepsilon\iota\varsigma}$ adjunxit substantivis feminini generis, tum etiam exemplo caret; *χλωρηίς*, quod ille advocat, parum simile est, sed Tzetzes Posth. 60. *λυχνῆσι* posuit pro *λυχνίσι*.

que differunt *ἱερηίς* et *ἱερίς*, nisi quod haec est publica motionis species ut *βαλανίς*, *κουρίς*, illa secretior; certumque hujus defectus, si sic appellare placet, exemplum est Epimethis, quod Ovidius in versu aliter dicere non potuit, et ab illa ipsa stirpe Nerine, nerinus, quibus simile Atrine Cassiodorus affert De Orat. Part. c. I. 549.[59] His autem tot tamque diversis consiliatorum nostrorum responsis propemodum eodem redigimur quo ille apud Plinium aegrotus, qui in epitaphio suo conquestus est se multitudine medicorum periisse. Nam quum nulla istarum rationum omnibus conveniat, nihil reliqui fit quam ut graecos poetas, praesertim posteriores, a quibus haec copia fluxit fere tota, aliquoties putemus in tramitem declinasse alienum nominaque protulisse principiis suis dissentanea sed numeris poeticis habiliora. Proinde supervacaneum fuerit quaerere utrum Manetho *ἡγεμονηίς* ab *ἡγεμονεύς* derivaverit an ab *ἡγεμών* et *ἡγεμονίς* et quo exemplo ab eodem *διπολη̈ίς*[60] fictum sit vel *Δελεγηίς* Steph. Ovid. — Chryseidis pater non *Χρυσεύς*, quod Schol. Dion. l. c. ponit, vocatur sed *Χρύσης* et de *Κισσηίς* ambigitur utrum ad *Κισσεύς* pertineat an ad *Κισσῆς* Schol. Lips. Il. XI. 222. idemque nomen est *Περσεύς* et *Πέρσης* v. Sch. Lyc. 1175. Schneider. Gram. II. 1, 317. unde Hecate Perseis. Haec autem, quae percensuimus, paronyma sunt ad unum omnia nec probabilis est Porphyrii sententia ad Il. V. 422. Minervae epitheton *Ἀλαλκομενηίς* non ab urbe Alalcomenis nec ab Alalcomenio quodam ductum esse sed a verbo; quanquam idem statuisse Aristarchum a Stephano comperimus: *Ἀλαλκομένιον ἀπὸ Ἀλαλκομενέως, ὃς καὶ Ἀθηνᾶν ἵδρυσεν Ἀλαλκομενηίδα· οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν ὡς Ἀρίσταρχος· ἦν γὰρ Ἀλαλκηίς.* Hoc prorsus enorme foret, nec satis explicata Aristarchi ratio qui nomen illud ab *Ἀλαλκομενίς*, hoc autem ab *ἀλαλκομενής* (ut *εὐμενής*,

---

59) Stephanus *Ῥοίτειον — Ῥοιτειεύς καὶ Ῥοιτειάς καὶ Ῥοιτίς διὰ τοῦ ῑ*, sine dubio scribendum est *Ῥοιτηίς*, nam *Ῥοιτεύς* vel *Ῥοῖτον* non extat. Sed *Οἰλιάδης* pro *Οἰληιάδης* successit, hoc pro *Οἰλείδης* ut *Πηληιάδης*.

60) Hesychius *Ἐπιπολη̈ίδες περόναι*, fortasse pro *ἐπιβολη̈ίδες* ut paullo ante *Ἐπιβλαί περόναι*.

Εὐμενίς) duxisse idque vel pro syntheto habuisse videtur ut *Ἀλκαμένης* vel pro paragogo ut *εὐρύς εὐρυμενής*, aut denique participium *ἀλαλκόμενος* finxit et ab hoc *Ἀλαλκομενίς* ut a *Τισάμενος* derivari potuit *Τισαμενίς*.

§. 13. His femininis nihil conjunctius est quam adjectiva trigenera *ποταμηίς ποταμήιος*, *κεραμηίς κεραμήιος*, *Ἡρακληίς Ἡρακλήιος*, *Γαιηίς — ήιος*, *Μεγαρηίς — ήιος*, *Μινυηίς — ήιος*, et ex supra allatis *σιμβλήιος*, *μεροπήιος*, *τριποδήιος*, *Καδμήιος*. Eamque similitudinem doctores antiqui non animadverterunt solum: *παρὰ τὴν Κέκροπι δοτικὴν Κεκροπίς καὶ Αἰθιοπίς καὶ Πελοπίς· τὸ δὲ Πελοπηίς πεπλεόνακεν ὡς τὸ ποιμνήιον καὶ ταφήιον* Anecd. Cram. I. 374. EM. 748, 37. sed etiam ad communes causas revocarunt: *Νυσήιον ἀμφίβολον· εἰ μὲν γὰρ Νυσήιον* (scr. *εἰ γὰρ παρὰ τὸ Νύσιον*) *πλεονασμὸς* (*ἐστι*) *τοῦ $\overline{\eta}$· εἰ δὲ παρὰ τὸ Νῦσα, ὤφειλε* (*μὲν*) *εἶναι Νύσειον καὶ* (*ἀλλ'*) *ὥςπερ παρὰ τὸ ἄρειον ἀρήιον αὐξήσει γέγονεν, οὕτως Νυσήιον· ὥςτε δύναται διαίρεσις εἶναι καὶ ἐπέκτασις ἀλλ' οὐ πλεονασμός* Cram. 298. Eandem sententiam non iisdem tamen verbis explicat Theognostus II. 57. cujus locum subjiciam non ad literam sed quatenus ad nostram causam pertinet: *τὰ κατὰ διάλυσιν ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ $\overline{\epsilon\iota o\varsigma}$ καὶ ἔκτασιν τοῦ $\overline{\epsilon}$ εἰς τὸ $\overline{\eta}$ γενόμενα διὰ τοῦ $\overline{\iota}$ γράφει τὴν παραλήγουσαν καὶ τὴν τρίτην διὰ τοῦ $\overline{\eta}$. Ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα ἔχει τὸ $\overline{\eta}$ οἷον δήιος ἀπὸ τοῦ δῖος, Κίηος* (sic) *ἐκ τοῦ Κῖος, νήιος, Τήιος, βασιλήιος, Ἰλιήιος, χαλκήιος* etc. Scripturae menda leviora tacite sustuli veluti stipulas; de gravioribus palam agendum. Primum *δήιος* ex *δῖος* amplificatum esse valde abhorret, neque ita traditum reperio, ne ab iis quidem qui *δῖα Χάρυβδις* et *δῖα θάλασσα* interpretantur *φοβεράν*, hoc epitheton cum *δίω*, *διερός*, cognatum putantes Schol. Od. XII. 104. Il. XV. 161. ac si quis hinc *δήιος* natum credidit, non solum pleonasmi sed etiam hyperbati praetextu uti debuit, cujus hic nulla fit mentio. Nec minus peccat secundum *Κίηος*, cui si quis *Κιήιος* substituet, nihil juverit; nam et hoc inauditum est et a similibus *Ἴος*, *Τίος*, *Χίος*, *Δῖον*, nullum simile inclinamentum. Itaque in hanc descendo sententiam, Theognostum sic scripsisse: *ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα ἔχει τὸ $\overline{\eta}$ ἐκ διαιρέσεως καὶ ἐκτάσεως οἷον δήιος ἀπο τοῦ δέϊος* — sic enim docet EM. 263, 31. *παρὰ τὸ δέος δέϊος*

καὶ δήιος[61] — et deinceps *Κήιος ἐκ τοῦ Κεῖος* ut Stephanus s. *Κῶς — τὸ ἐθνικὸν Κέϊος καὶ ἐκτάσει Κήιος* quibus conveniunt quae sequuntur, primum *νήιος*, si a *νέϊος* (*νεῖον* Parall. 228.) derivatur ut a *κρέας κρήιον*, sin a *νηῦς* ut *γρήιος* EM. Cram. I. 295. nulla est neque diaeresis neque ectasis sed simplex paragoge ut a *ναός προνήιος*, a *Λητώ Λητώιος, Ἀθώιος*, quod Eustathius 358, 48. parum cogitate cum *Ἀρήιος* componit. Deinde *Τήιος*, quod Stephanus cum *Κήιος* confert, et *Ἰλιήιος*, cujus in locum Cramerus *ἰήιος* substituit oblitus homerici *Ἰλήιος* Il. XXI. 558. Postremo exemplo *χαλκήιος* addit *ἀρχήιος*, quod non legitur sed *τὸ ἀρχήιον*. Pleonasmi vocalis eta exempla desunt non auctoris, opinor, delicto sed eclogarii. Sed quod deperiit explet Eustath. 1437, 1. *ταφήιον κατὰ πλεονασμὸν ὡς πολεμήιος*,[62] *οὐ κατὰ διάλυσιν ὡς πρεσβήιον*, et p. 257, 12. *τὸ ποιμνήιον πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η κατὰ τὸ πολεμήιον καὶ οἰήιον, καὶ οὐκ ἂν ἔχοι ἀμφιβολίαν ὡς τὸ ξυνήιον.* De hoc enim dubitant utrum a *ξύνιος* ortum sit an a *ξύνειος* quod recte cum *ἡμετέρειος* conferunt v. Parall. 322. Certe quidem adjectivum est, nec apte cum collectivo substantivi generis *τὸ κοινεῖον* componitur in Sch. Il. I. 124. et EM. 612, 10. Quod vero Eustathius p. 65, 5. tanquam similis pleonasmi exemplum profert *ξεινήιον*, id valet quidem idem quod *ξείνιον*, nec tamen hinc crevit sed propriam habet et legitimam terminationem, nam ut *κηρυκεῖον* dicitur quod praeconi datur et *τροφεῖον* quod nutritori, sic *ξενεῖον* sive *ξεινήιον*.[63] Hinc non longe distat plurale *λοισθήια* semel absolute positum, semel cum adjunctione *λοισθήι' ἄεθλα*[64] quo

---

61) Ut a *ληίς λήιον*, a *Σάϊς Σάϊος*, sic fortasse aliqui a *δάϊς δάϊος* factum putarunt, hinc *δήιος*. Hoc Arcadius p. 40. affert cum similibus *νήιος, γήιος*, quod ita insuetum est ut *ἰήιος* vel *Τήιος* scribendum putem.

62) Apollonius de Adv. 524. *τὸ πολεμήιος, πολιήτης πλεονάζουσι τῷ η.* De *πολιήτης* et similibus actum est ad Buttm. 430. et in Parall. 434.

63) Hoc exemplo Wesselingius defendere conatur *ξεινηίη* quod Gaisfordus Herod. III. 39. ex multis codd. recepit; paullo aptius est *πολεμήιος* V. 111. VII. 9. sed non minus dubium.

64) Schol. Il. XXIII. 752. *οὐ κλίναϊ* (sic) *λοισθεύς* scriptum videtur

non λοίσθια significantur sed ea quae extremo concertantium cedunt ut πρωτεῖα, δευτερεῖα etc. Κουρήιος nihil causae est cur pro κούριος potius quam pro κούρειος (κόρειος) positum dicamus. Λασιήιον unde factum sit incertum, pro λάσιος ut Sch. Il. V. 553. opinatur, non dictum esse certissimum est. Θρομβήιον Nicander sic posuit ut cum θρομβίον commutari possit, nec tamen idem est; nam hoc vere deminutivum, ille metaschematismus est ut δορπήιον et alia huic poetae frequentata, quae indicavi in Parall. 324. Deminutivis autem et quae his similem speciem habent ἴχνιον, ἴκριον, οἰκίον, τειχίον nunquam eta interfarcitur, nec vicissim eximitur iis, quae in communi sermone terminationem ειον habent, ut δοχήιον, νυμφήιον, μαντήιον, θεραπήια, λωφήια, χραισμήια Marcell. v. 42. Anth. I. 32. Horum exemplum sequuntur adjectiva γαιήιος pro γαίειος cum femininis γαιηίς et γαιηιάς — et similiter μαιήιος ac Μαιήιος, δορήιος, θεήιος, κροκήιος, παιδήιος, χηρήιος, ad hoc ea quae Grammatici a genitivo ionico, ut feminina in ηις exeuntia, derivata dicunt Cram. I. 124. βασιλῆος, Ἀχιλλῆος etc. Jam de ταφήιος et οἰήιον Eustathius nemini persuaserit ut amplificata credat, nam οἰήιον ab οἴω (οἰεύς) derivatum ut οἴαξ, propriam sui generis terminationem prae se fert ut τροπήιον, πυρήιον et alia instrumentorum vocabula; τάφειος si nusquam legitur, tamen omnes proportionis numeros habet, nec illicitum ducimus μεροπήιος et σιμβλήιος similia dicere iis quae a similibus nata sunt thematis Πελοπήιος, οἰκήιος etc. Sed quod addit ποιμνήιος, nullum adminiculum habet praeter ποιμναῖος, quod ionice dissolutum esse ostendunt alia hujus dialysis exempla. Ἁλαί πόλις Κιλικίας ἀφ' οὗ Ἀλήιον πεδίον Steph. quod saepe *Alaeum* vocatur v. Wernsdorf. ad Avien. Per. 1037. δραχμήιος ap. Nicandrum pro δραχμαῖος, ψυχήιος in sermone ionico Lucian. Vitt. Auct. §. 6. Zancleius quadrisyllabum Ovid. Met. XIV. 47.[65] Lapitheius ejusdem poe-

---

pro οὐ κλίνεται ἀπὸ τοῦ λοισθεύς, quod ad diversam spectat scripturam λοισθῆι.

65) Priscian. II. 87. (587.) *ae diphthongum habent quae a femininis in e longum apud Graecos desinentibus derivantur Cretaeus, Hylaeus, Dionaeus.* At dicitur Hecateus et cum diaeresi Hecateïus, dispar graeco

tae pro Lapithaeus; postremo substantivum *ὑμενήιος* (nisi *ὑμνήσιος* fuit) Anth. IX. 524. pro *ὑμέναιος*. Proinde *κλωπήιος* Maxim. 434. tum ad *κλώπειος* referri potest (ut *κυκλώπειος*, *ῥωπήιον*) tum ad *κλόπειος*, quo idem utitur v. 600. vel ad *κλοπαῖος*. Eadem est femininorum fictura *Κυταῖος Κυτηίς* et *Κυτηιάς* ut *Ῥοίτειον Ῥοιτηίς Ῥοιτηιάς* v. Parall. 25. *Ἴδη Ἰδαῖος Ἰδηίς Ἰδηίδης*, *Οἰταῖος Οἰτηίς*, *ἀγελαῖος ἀγελ[η]ίς*, quae nobis viam monstrant qua *Κυβεληίς* et *ἐλατηίς* furtim irrepserunt. De *ποιμνήιος* igitur quae injecta est suspicio facile dispellitur. Nunc res ad tertium pleonasmi exemplum *πολεμήιος* quasi ad triarios redit, idque non solum consistit sed duo utrinque satellites habet *ποταμήιος* et *γενεθλήιος*, quorum nullum in *αιος* et *ειος* terminatum reperitur; nam quod Musgravius in Eur. Troad. 1067. introduxit *ποτάμειος*, non diu tenuit. Haec igitur quomodo pleonasmi absolvi possint, nescire me fateor. Nam in proprio *Πτολεμαῖος* parum auxilii. Sed *ἀμαρήιος* qui finxit, sine dubio ad *ἀραῖος*, *Ἡραῖος*, *ὡραῖος* respectum habuit; *θαλαμήιος* aut nullum principium habet (nam *θαλάμιος* sive *θαλαμιός* longe diversum significat) aut *θαλάμη*, unde nullum legitime oriri potest adjectivum nisi *θαλαμαῖος*, sed non reperitur hodie. Nec *ταλασήιος* habet quidquam sibi conjunctum praeter *ταλασία*. Ac nisi Stephanus memoriam adjectivi *Ἐφέσειος* servasset, *Ἐφεσήιος* quoque in Anaxilai anapaestis Com. III. 345. ad numerum pleonasticorum accederet. Ad extremum reservavi *λιγήιος*, quod Schneiderus in Oppian. Cyn. IV. 411. supposuit *ταινίαι κραδάουσι κινύμεναι πτέρυγές τε λιγήια συρίζουσι*. Antea *λίγειαι* (sic) scribebatur, in cod. *λιγέα* legitur, pro quo *μάλα λιγὺ* scribi potest ut Mosch. Id. IV. 24. *κλάζουσα μάλα λιγύ* et Oppianus ipse *λίγα κλάζων* Hal. IV. 123. vel *λιγύθροα*. Nam pro *λίγειος*, unde ille *λιγήιος* factum putat, nullum auctorem afferre potuit praeter Coraen qui in Heliod. VI. 5, 230. sic scripsit pro *λιγιόν*

---

adjectivo *Ἑκαταῖος*. Rhodopeus et Rhodopeïus ad *Ῥοδοπεύς* revocari potest; Semeleius et *Σεμελήιος* Schol. Arist. Rann. 479. metronymico *Σεμελεύς* (ut Thyoneus) convenit, quod legitur in H. in Bacch. Anall. T. II. 517. nec repugnabo si quis *Σεμέλεια* dictum esse censeat ut *Πηνελόπεια* unde Penelopeus; et Danaeius fortasse a *Δανάεια*.

τι ἀνακωκύσασα. Propius fuit scribere, quod Eumathius dixit X. 466. Teuch. ὀλολύγιον ἐκώκυσε vel διωλύγιον ἐκωκ. ut Achilles Tat. I. 13, 19. vel etiam λιγυρόν. Neque aliud reperimus hujus paragogae exemplum praeter suspecta: Δάσιος ὁ δασύς Suid. et τρήχειος in loco male affecto Anth. III. 9. pro γλυκειότερος Append. n. 153. nunc γλυκιότερος legitur ut καλλιώτερος et βραδιότερος, pro quo in Anecd Bachm. II. 73. βραδειότερος affertur; Βαρεῖον τὸ βαρύ Hes. substantivum esse videtur ut πλατεῖον tessera sive tabella Polyb. unde pendet verbum πλατειάζειν. Sed his missis totius disputationis summam dicam. Terminationum duarum, in quibus elaboratum est, priorem (πολεμήιος) interpositione longae vocalis progenitam esse inter auctores convenit; alterius exempla bifariam distribuunt, pleraque ab ειος, non ita multa ab ιος arcessentes; neque diffitentur nonnullorum speciem ancipitem esse. Eademque cautione nos usi sumus, neque in magno discrimine ponemus si quis de singulis dissentiat, modo vincamus universitate. Ac nemo fas ducet propositis contradicere nisi invenerit quibus contradici non possit. Nunc unum esse video quo rationes initae et subductae funditus everti debeant, si quis demonstraverit terminationes illas non ab ulla affectione profectas sed nativas esse instarque illarum quae nemo quaerit unde ortae sint εος, ιος, αιος, ειος etc. Verum enim vero differt quod quae sunt naturales et quasi authenticae nominum catalexes, eae omnibus ad utendum promtae et propositae sunt, illa vero a communi usu abhorrent non minus quam πολιήτης, μυθιήτης et similia. Adjectiva in ηιος exeuntia Hermannus ad Oed. T. 1216. ne canticis quidem Tragicorum concedit nisi ac Epicis praeformata ut φοιβήιος etc.[66] a diverbiis prorsus absunt et multo magis a sermone quotidiano, in quo unum reperi ἀρήιος ἀνήρ Alciphr. III. Ep. 58. ἀρήιον ὅπλον Quintil. de Mus. II. p. 71. θρίαμβος ἀρήιος Plut. V. Marc. XXII. et in plurali ut Homerus Amator. XVII. Philostr. Imagg. XI. 882. Δία ἑταιρήιον Parthenius c. XVIII. Femininae positionis exempla aliquanto plura sunt sed omnia

66) Huc etiam ἀρήιος Aesch. Sept. 114. referri posset si scriptura constaret.

ab heroicis ducta personis: *Αἰγηίς*, *Ἐρεχθηίς*, *Οἰνηίς* tribuum nomina, *Διομηίδες* portarum, *Ἀχιλλ ηίς*, *Γηρυονηίς*, *Θησηίς* poematum, *Αἰγληίς*, *Ἀλκηίς* (omiss. in Th.) Sch. Pind. P. IX. 183. *Ἀνθηίς* heroinarum, quibus consentanea locorum vocabula *ἡ νῦν Βοιωτία, πρότερον δὲ Καδμηὶς καλουμένη* Thuc. I. 12. *Μελανηὶς πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ Ἐρέτρια* Strab. X. 447. qui et *Βοιβηίς* retinuit et homericum *Μεσσηίς*, quo Pausanias quoque utitur; *Γυψηίς* insulae Aethiopicae nomen Stephanus a Marciano accepit in carmine iambico, ut videtur, traditum. Pro *Καφηρηίδες* Dion. Chr. Or. XII. 231. Ed. Veneta *Καφηρίδες* praebet, quo non poetae solum utuntur graeci latinique sed etiam Phalaris. Chrysae filiam omnes sic ut Homerus nuncupant, Homeri matrem *Κριθηίδα*, nec mirum; sed praeter morem Pausanias II. 17, 7. sacerdotem Argivam, quae temporibus Peloponnesiis vixit, *Χρυσηίδα* appellat, Polybius V. 89, 7. uxorem Antigoni, eamque formam Coraes ad Plutarch. T. II. 377. Zonarae s. *Δώσων* p. 587. restitui jubet neglecto EM. 294, 3. ubi *Χρυσίς* vocatur, quae est consueta nominum muliebrium forma. Sed nonnunquam etiam rerum vocabula illo poetico more terminata deprehendimus. Argivorum dies festos *ἡμέρας ἀρνηίδας* nominat Aelianus H. Ann. XII. 34. Conon vero magis ex regula *ἑορτὴν ἀρνίδα*. *Δωδεκηὶς θυσία παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς* Schol. Hom. ubi et *δωδεκίς* vocatur, ab Hesychio *δωδεκάς*. Avis *κέρχνη* sive *κερχνίς* saepe *κερχνηίς* sive *κεγχρηίς* dicitur raro codicum consensu Aristot. de Gener. Ann. III. 1. p. 750, 7. et aliis locis v. Jacobs. ad Aelian. XII. 4. *Ἀδωνηίς θριδακίνη* Hes. EM. *Φοινικηίς πόα* Hes. ionicum fortasse pro *φοινικίς*, quae propria est plantarum terminatio, *καρδαμίς, κυπειρίς, κροκίς, λαθυρίς, σευτλίς, σησαμίς*. *Ἀχιλληίδες κριθαί* Theophr. ab heroe dictae sunt. Joculare est *Ἀχαρνηίδαι* Aristophanis Ach. 322. Tragici propria sic ut ceteri fingunt *Θησηίς*, *Νηρηίς* etc. appellativis raro utuntur, in diverbiis quidem *γενῇδος* et *παρηίδων*, in cantico *βασιληίδα*, quae singula diversis sunt adscripta generibus. Primum enim cum *γένειον* et *γενειάς* conjunctum est, secundum cum *παρειά* et *παρήιον*,[67] quorum media ad stirpem pertinet; tertium est ex

67) *Παρήια* sunt equorum ornamenta Poll. *Λήιον* in Pherecr. Fr. I.

eorum numero, quibus poetae, ubi casibus transversis utuntur, vocalem longam inconcinnae texturae remedio inferunt.

§. 14. Quamvis longo sermone in re una consumto, tamen discedere ab hoc loco non possum quin aliquid adhuc adjiciam non extra causam positum sed quod res ipsa subjiciat. Primum, quod levius est, de diversa flexura *Βοίβη Βοιβηΐς* et *Βοιβιάς*, *Θύνη* (*Θυνίς*) *Θυνηΐς* et *Θυνιάς*, Niseïs Nisias. Qui ad brevitatem exitus si non patet, poetae eta corripiunt *Fluctibus invisis jam Nereis imperat Helle*, quod dubium est quomodo graece scribendum sit num sic ut *Νηρηΐδος τῆς αὐτὸς ἐπεύχεαι* — Quint. II. 422. et aliis locis qui ad synizesin referri possunt, an per epsilon ut *Νηρεΐς*, *Κριθεΐς*, *Ἀτρεΐδης*, *Τηρεΐος* apud Pindarum et Tragicos, quae dorica dicuntur et aeolica, sed et in Mosch. II. 118. *Νηρεΐδες* scriptum est idemque in prosa Atticorum praefert Meinekius Com. III. 174. *Νηρειάς* quidem non invenimus sed alia utroque declinantur: *Αἰνειὰς Ἀφροδίτη* (omiss. in Th.) Dionys. Antt. I. 50. et Aeneis hoc est *Αἰνηΐς*,[68] *Ἡρακλειάς* Rhiani carmen (omiss.) et *Ἡρακληΐς*, *Ἀρειάς Ἀρηΐς*, *Ῥοιτειάς Ῥοιτηΐς* v. Wernick. ad Tryph. 216. Atrias Atreis v. Cassiod. l. c.

---

265. quod Meinekius *λῇον* scribi vult fortasse magis quia in alio ejusdem poetae loco *ᾖα* scriptum est quam ob speciem ionicam; nam *προνήιον* legitur in Inscr. atticis primae aetatis N. 138. et 142. idque ad *προναία Παλλάς* eandem rationem habet quam *Θρασυδήιος* Herod. IX. 158. ad *Θρασυδαῖος*, *μετεδήιος* ad *Μετεδαῖος*, quod Meinekius in Delect. Poett. 98. improbat, *Ἀῷος* ad *Ἀάϊος* et *λήιον* ad *λαῖον*. Hoc doricum dicunt, sed *δηοῦν* vulgo receptum est et *λήιον* quoque frequens in prosa. *Πληιάς* Heliod. V. 18, 196. Philostr. Imagg. X. 876. Jacobsius adversus Coraen jure tuetur. *Ἀρχενηΐδης* Inscr. Naval. XV. 554. *Τήιος* fixum et immutabile est.

68) Priscian. II. 7, 83. *A Priamides fit Priamis, Dardanides Dardanis* etc. *Igitur Aeneades quoque secundum analogiam Aeneas debet facere, non Aeneis. Ergo quomodo auctoritas est quod dixit A e n i d e s pro Aeneades, sic auctoritate usus est Virgilius in tituli inscriptione, quo A e n e i s inscripsit.* Hinc patet in Schol. Dion. p. 850. *τὰ εἰς δης ἀποβάλλοντα τὴν δης* (scr. *δη*) *ποιεῖ θηλυκὸν Ταντααλίδης Ταντααλίς, Αἰνειάδης Αἰνειάς· καὶ ἔδει ἐπιγράφειν Αἰνειάδος οὐκ Αἰνεΐδος*, scribendum esse *ἐπιγράφειν Αἰνειάδος* (*τὸ ᾱ*) *οὐκ Αἰνηΐδος*. Aenides, de quo Priscianus iterum loquitur De XII. vers. 314. superest in cod. Aen. IX. 653. ubi nunc Aeneades legitur. Illa neglexit Heynius.

549. a *Κρηταιεύς Κρηταίς* sed a *Βησαιεύς Βησηίς*. Haec autem terminatio nova incrementa capit a litera alpha: *Ἀρηίς Ἀρηιάς* Quint. I. 206. et 187. *Βορηίς* et *Βορηιάς*, quod H. Stephanus ex epigrammate ignoto affert, *Κυθερηίς Κυθερηιάς*, *Πιμπληίς Πιμπληιάς* Maxim. 141. *Ὑπερηίς* Pind. et *Ὑπερηιάς* Steph. similiterque *Ὠκεανηιάς* Nonn. XXXII. 33. *Μινυηίς* Apollon. et Minyeias, Pelopeias, Ephyreias, quibuscum nemo contendet *Ἀχαιιάς* vel *Λητωιάς*, solo alpha aucta citra tropen. Sed convenit huc *Ἀγαθηιὰς ἐννεὰς βίβλων* Anth. VI. 80. pro quo Jacobsius *Ἀγαθηία* posuit dialecto discrepans a proximo *Παφίη*, neque necessarium usquequaque; nam ut ab andronymicis in ῑος et ῑας desinentibus proficiscuntur possessiva *Γοργίειος*, *Ναυπλίειος*, *Κλεινίειος*, ita quod ad Agathiam pertinet, *Ἀγαθίειον* dicitur, unde solita antithesi *Ἀγαθιήιος* nascitur et praetermisso iota refractario *Ἀγαθήιος Ἀγαθηιάς*, quae ad primitivum remotius *ἀγαθός* referenda sunt, ut *Ἰλήιος* Il. XXI. 558. pro quo Crates *Ἰδήιος* optavit, ad *Ἶλος*, non ad *Ἴλιον* unde solemnium nomen *τὰ Ἰλίεια*, et *Δωτηίς*, *Δωτήιον*, *Ζεφυρηίς*, *σκορπήιος* (*σκόρπειος*) aliaque in Parall. 28. congesta, quae si cum prototypis proximis *Δωτίον*, *Ζεφύριον*, *σκορπίος* conferuntur, speciem ellipsis praebent ac praecipue *σκορπήιος*. Appellativa hujus generis pauca sunt; unum Nicandri Ther. 887. *σίδαι — ἀμαθηιὰς ἃς τρέφει αἶα*, sed immutatum nuper ad nutum Schol. et cod. *ψαμαθηίδας ἅς τε Τρόφεια* etc. alterum *πεληιάδες* Oppian. Cyn. I. 350. cui simile *Πληιάδες* Coraes ex Heliod. V. 18, 196. sustulit quippe poeticum; nec facile Hippocrati concedetur *κριθαὶ Ἀχιλληιάδες* in Galeni Gloss. vulgatum pro *Ἀχιλληίδες*, quod nostri libri praebent L. III. de Morb. p. 321. et 322. T. II. Haec enim sunt poetarum artificia propria, quibus iidem confine genus gentiliciorum, patronymicorum et quasi patronymicorum usibus suis adaptant: *Εὐρωπηιάδης*, Ephyreiades (id est Corinthius) *Αὐγηιάδης*, *Βορηιάδης*, *Ἀμφιαρηιάδης* v. Valckenaer. Diatr. p. 287. *Ἀρηιάδης* Cram. II. 346. *Πελοπηιάδης*, cujus causa Matthiae in Gramm. §. 100. fingit inauditum *Πελοπεύς*, *θαλαμηιάδης*, quorum quam arcta sit cum antecedentibus cognatio uno exemplo satis cognoscitur a Persae gentilibus sumto: *Περσηιάδης* Hom. *Περσηίς* Eurip. *Περσήιον αἷμα* Theocr. id est Alc-

mena. Et quae supra proposita est regula femininorum *Ἀβαντίς, Λατινίς — Θεστιάς, Ἡλιάς*, eadem ad masculina pertinet, quorum una est legitima formatio qua a puris ducuntur pura, primum patronymica *Ἡλιάδης, Θεστιάδης, Ταλθυβιάδης* EM. 540, 38. Eust. 13, 21. tum patronymicis assimilata gentilicia *Ἀργειάδαι, Ἡλιάδαι, Θεσπιάδαι, Ἰλιάδαι*, atque andronymica *Ἀρχιάδης, Δωσιάδης, Λυσιάδης, Καλλιάδης, Πολυβιάδης, Φανιάδης* — contraria a non puris *Κρονίδης, Πριαμίδης, Διοσκορίδης, Λεωτροφίδης, Κλεωνίδης, Φοινικίδης, Φροντίδης* etc. Haec vero si alpha recipiunt, eadem conditione sunt qua feminina. Nam ut de *Ἀπολλωνιάς* disceptatur utrum ab *Ἀπόλλωνος* vel *Ἀπολλωνίς* declinatum sit an ab *Ἀπολλώνιος*, eadem est contentio de similibus: *οἱ μὲν λέγουσι τὸ Χαλκωδοντιάδης ἀπὸ εὐθείας Χαλκωδοντιάς γίνεσθαι, οἱ δὲ ἀπὸ Χαλκωδόντιος κτητικοῦ. Ἀλλ' οὐδέποτε τὰ πατρωνυμικὰ ἀπὸ κτητικοῦ γίνεται, ἀλλ' ἀπὸ κυρίων. Γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς περιττοσυλλάβου γενικῆς· ὡς γὰρ Ἀγαμεμνονίδης, Τεκτονίδης, οὕτω Χαλκώδοντος Χαλκωδοντίδης καὶ πλεονασμῷ Χαλκωδοντιάδης* Cram. I. 443. Harum sententiarum primam derelictam puto ob eam causam quod parum credibile videretur a femininis derivata esse marium nomina. Secundae auctorum refellit Schol. Dion. p. 849. *τὸ πατρωνυμικὸν πάντως ἀπὸ κυρίου γίνεται· διὰ τοῦτο ἁμαρτάνει ὁ Τρύφων τὸ Τελαμωνιάδης ἀπὸ τοῦ Τελαμώνιος λέγων. Ἐπλάνησε δὲ αὐτὸν ἴσως τὸ Λαερτιάδης παρὰ τὸ Λαέρτιος γεγονός, ὅπερ ἐστὶ κυρίου δύναμιν ἔχον παρὰ τοῖς τραγικοῖς*, quo significat *Λαέρτιος* idem valere quod *Λαέρτης*, nec adjective dici ut latinum Laertius, *Laertia regna* etc. Qui vero a *Λαέρτης* derivatum crediderunt, ut Gregorius p. 488. ad epectasin ionicam confugere coacti sunt, neque alia ratione explicare potuerunt *Ἀλητιάδης* in Callim. Fr. CIII. metri causa repositum pro *Ἀλητίδης, Θυεστιάδης*, quod a ficto nomine *Θυέστιος* arcessunt Cram. II. 324. *Ὀρεστιάδης, Ἀγχισιάδης*, de quo Priscianus II. 7, 82. *Anchises debuit Anchisades vel Anchisides facere, fecit autem Anchisiades, quasi ab Anchisios nominativo, quomodo Laertios Laertiades.* A nominibus secundae *Ἀρητιάδης* Areti filius, *Κροτωπιάδης, Φιλιππιάδης* Alexander in Epigr. in Pind. Schol. p. 6. *Ἡφαιστιάδαι* et *Πυῤῥιάδαι οἱ νῦν Μολοσσοὶ ἀπὸ Πύῤῥου* Hes-

Neque solum quae declinationem parisyllabam sequuntur sed etiam alia *Ἀμφιτρυωνιάδης ἐπέκτασίς ἐστιν ἀντὶ τοῦ Ἀμφιτρυωνίδης* Gramm. Gregor. p. 677. *τὸ Ἀρητιάδης ἀπὸ τοῦ Ἄρης Ἄρητος γίνεται* Eust. ad Dion. 680. *Φηρητιάδης* et *Ἀφαρητιάδης*, quibus primitiva in *ιος* ut *Λαέρτιος* nulla praestructa sunt. Haec igitur illi a nominibus non puris nata et epectasi amplificata esse decernunt. Quae vero a puris derivata vocali alpha carent, ad contrariam pleonasmo affectionem revocant: *οἱ ποιηταὶ πολλάκις ἀποβάλλουσι τὸ ᾱ Ἐριχθονίδης, Τελαμωνίδης* EM. 210, 10. Cram. I. 422. quorum prius etiam Apollonius de Synt. IV. 12, 335. (342.) in exemplum syncopae affert, sed utrumque probabilius est ab *Ἐριχθών* et *Τελαμών* declinatum esse, postremum praesertim, quod plane ad normam et libram factum est. Eustathius 1790, 56. addit *Κλυτίδης*, quod commodius refertur ad *Κλύτος* ut Hesychius *Κλυτίδη Κλυτοῦ* (sic) *παῖ*, quum praesertim hoc apud Pausaniam aliosque hujus numeri scriptores legatur, quorum stilus ab hoc poetico augmento abhorret. Hoc de omnibus valet, quorum duplex species reperitur *Γοργίδης* et *Γοργιάδης*, *Ἀπολλωνίδης* et *Ἀπολλωνιάδης*, *Χαρίδης* et *Χαριάδης*, quae sunt diversorum hominum nomina, eorundem vero *Λεοντίδης* et *Λεοντιάδης* v. Schneider. ad Xen. Hell. V. 2, 26. *Διονυσίδης* et *Διονυσιάδης*, eademque mulier alias *Διονυσίς*, quod suspectat Bastius ad Longin. p. 640.[69] alias *Διονυσιάς*. Sed haec a diversis manarunt fontibus, longiora a puris *Λεόντιος, Διονύσιος*, minus longa a primitivis *Λέων, Διόνυσος*, neque ulla est vel in his defectus species, vel in illis pleonasmi, quorum neutrum ferunt vocabula civilia et e medio sumta.[70] Sed unum tamen innotuit praetermissionis exemplum *Ἀσκληπίδης* Sophocl. quod metri necessitate defenditur.

§. 15. De ceteris vocabulorum generibus tria sunt quae propter ejusdem literae inconstantiam referri mereantur, ad-

---

69) Haec suspicio late patet; *Φοιβιάδης* Polyaen. II. 13, 1. pro *Φοιβίδης* II. 5, 2. *Καλλιάδης* contra Lucian. Dial. Meretr. VIII. 3. Jacobitzius auctoritate codd. in *Καλλίδης* mutavit.

70) Diodorus IV. 85. retinuit poeticum *Ἀλωιάδαι* pro usitato *Ἀλωάδαι* vel *Ἀλωεῖδαι*.

jectiva in κος, substantiva gentilicia in της et verba in ζω exeuntia. Primi generis sunt *δενδρικός* Theophr. et *δενδριακός* a poeta Anthol. versus concinnandi causa productum, *ἁλικός* et *ἁλιακός* (*πλοῖον ἁλιακόν*) illud ab *ἅλς*, hoc magis ab *ἅλιος*, *μυστηρικός* Aristoph. *μυστηριακός* vulgare, *ἀντωνυμικός* et *ἀντωνυμιακός* EM. 757, 40. *φιλικός* et *φιλιακὴ διάθεσις* Plotin. Enn. II. L. III. 143. B. Orphei *Λιθικά* et Dionysii *Λιθιακά* Suid. et quae sunt unius formae nomina carminum *Ὀρνιθιακὰ* Dionysii Eust. ad Dion. p. 81. et *Ὀφιακά* Nicandri, quod enotavit EM. 644, 9. *ὡς παρὰ τὸ φύσις φυσικός, μάντις μαντικός, οὕτως ὄφις ὀφικός καὶ ὀφιακός κατὰ πλεονασμόν· συνεξηκολούθησε γὰρ τῷ θηριακός*, quod a puro ductum est ut *κοιλιακός, γενεθλιακός, βιβλιακός, χρειακός, οἰκειακός, δανειακός*, quibus dissidentia *βοεικός* et *δεκελεικός* ex *βοειακός* et *δεκελειακός* extitisse censet p. 254, 40. etsi haec non magis leguntur quam *δαρειακός* et in altero genere *ὀφικός*. Plus vero exemplorum praebent propria: *Ἀκαδημικός* Galen. Comm. I. de Med. Offic. c. V. 658. T. XVIII. P. II. et usitatius *Ἀκαδημιακός*,[71] *Βακχικός Βακχιακός*. Et maxime gentilicia: *Βιθυνικός Βιθυνιακός, Βοιωτικός Βοιωτιακός* v. Bast. ad Greg. 791. sq. *Δωρικός Δωριακός* ut *Δωρίς* et *Δωριάς*, *Ἐρετρικός Ἐρετριακός* (ut *Ἀρμενιακός*) v. Tzschuck. ad Strab. VIII. 344. *Ἰσθμικός Ἰσθμιακός* ib. 261. *Θεσπικός* (omiss. in Th.) EM. 561, 49. *Thespiacus*, *Καυλικοί ἔθνος· Ἀπολλώνιος δὲ Καυλιακός φησί* Steph. *Μαντινικός* ut *Δεκελικός* et *Μαντινειακός* v. Siebel. ad Paus. T. III. 226. *Ὀλυμπικός Ἀττικοί, οὐκ Ὀλυμπιακός* Thom. M. quem multi refutant v. Popp. Comm. ad Thuc. I. 6, 5. A nominibus alpha mobile propagatur ad verba *βοιωτιάζειν, δωριάζειν, λεσβιάζειν, λυδιάζειν*. Sed idem recipiunt quae ab appellativis originem trahunt *ἀσκωλίζειν* et *ἀσκωλιάζειν* Phrynicho pariter probata, *Φρατρίζειν καὶ μετὰ τοῦ ᾱ φρατριάζειν*

---

71) His accedit tertium *Ἀκαδημαϊκός*, quae vocalium conversio non rara est: *πυῤῥιχιακός* et *πυῤῥιχαϊκός*, bardiacus et bardaicus, quae Heinrichius ad Juven. XVI. 13. diversis attribuit principiis. Cum *Ἀκαδημικός* et *Ἀκαδημαϊκός* conferenda sunt *Ὀρφικός* et novitium *Ὀρφαϊκός* v. Boisson. ad Zachar. p. 354. *Ὑλλικός* portus Apollon. et *Ὑλλαϊκός* Thucyd. et Dion. Hal.

ὅπερ σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς Steph. Ἁγίζω ἁγιάζω Suid. quorum illud ab ἅγος derivatum ut a τεῖχος τειχίζω, alterius ortus ab ἅγιος, usus recentior est; ἀνακυμβαλίζειν et multo antiquius ἀνακυμβαλιάζειν, ἰαμβίζειν et quod semel legitur in Anth. ἰαμβιάζειν, ἀνακογχυλίζειν et ἀνακογχυλιάζειν v. Matthaei ad Med. Mosq. p. 73. Ruhnken. ad Tim. p. 34. ἐνεχυρίζειν ἐνεχυριάζειν, μεσημβρίζειν μεσημβριάζειν ut μεσημβριάς, πλειστηρίζειν —ιάζειν, νησίζειν et νησιάζειν Schol. Eur. Phoenn. v. 6. χεῤῥονησίζειν et χεῤῥονησιάζειν v. Tzschuck. ad Strab. IX. 358. XIV. 551. ἐπουρίζειν et ἐπουριάζειν v. Buttmann. ad Plat. Alcib. II. 146. E. χηνίζειν et χηνιάζειν, quae in uno eodemque loco Athen. XIV. 657. E conjunguntur vix ut scias utrum verius sit. Nec minor inconstantia derivatorum γεφυρισμός γεφυριασμός, διαπαννυχισμός —ιασμός, καθαγισμός —ιασμός, ἐφεδρισμός — ιασμός etc. In quibus omnibus libri nimiopere dissident, nec facilis optio praesertim in iis quae raro aut semel leguntur ut ἀγαλλίζεσθαι EM. et ἀγαλλιάζειν Hes. καρχηδονιάζειν Plut. V. Marcell. XX. pro quo Schaeferus e codd. καρχηδονίζειν recepit, etsi καρχηδονιακός certius est quam καρχηδονικός, et a simili nomine λακεδαιμονιάζειν. Nonnulla metrum redarguit ut κρεμβαλίζειν Athen. XIV. 657. F. alia suspecta reddit exemplorum raritas ut si κυπριάζειν occurrit pro usitato κυπρίζειν, vel ληκυθιάζειν Poll. VII. 182. ἐπισιτιάζεσθαι et μυκτηριάζειν, quod Valckenarius ad Adoniaz. init. cum aliis rejicit. Graviores ad judicandum rationes plerumque desunt; nam quod δωρίζειν plerumque de sermone dicitur, δωριάζειν de vestitus genere, fortuitum videtur ac ne ab omnibus quidem servatum est v. Philostr. Vitt. Soph. I. 24, 529. cf. Mehlhorn. ad Anacr. p. 60. Grammatici autem de diversitate significationum nihil praecipiunt sed modo causas disparis formae edisserunt, a nominibus puris nasci verba similia: ὡς ἥλιος ἡλιάζω, βάκχιος βακχιάζω, οὕτως εὔιος εὐιάζω καὶ συγκοπῇ εὐάζω EM. 388, 32. quibus affinia εὐτάς et εὐάς supra proposui. Sed esse etiam quae alpha insiticium habeant: ἀπαυθαδίζω ἐκ τοῦ αὐθάδης καὶ αὐθαδιάζω πλεονασμῷ τοῦ ᾱ EM. 119, 22. Cram II. 338. quod ad tuendam cod. scripturam ἀπηχθίασε Anth. VII. 49. magis appositum est quam quae Jacobsius affert p. 229. δωριάζειν et λεσβιά-

ζειν. *Στασιάζω Ἡρωδιανὸς κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ* EM. 725, 7. quasi a *στασία* ut *θυσία θυσιάζω*. Huic similem speciem et simile principium habet *κλειτοριάζειν*, quod et *κλειτορίζειν* dicitur, et *ὀσιριάζω*, discrepat vero *ἀδωνιάζω*. Eodem modo de nominibus disputant: *Δαύνιοι καὶ Δαυνία τὸ θηλυκὸν καὶ Δαυνική κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται καὶ Δαυνιατικός* Steph. ubi post *συγκοπήν* exciderunt *Δαυνῖται καὶ Δαυνιτικός ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται καὶ Δαυνιατικός*. Sed his quoque sine dubio diversa fuerunt primordia *Δαῦνος* et *Δαύνιος* ut *Βοιωτός* et *Βοιώτιος*, pariterque Priscianus II. 8, 86. Cypricus [72] et Italicus aliunde orta dicit quam quae syllaba plus habent. Adde his *Σπαρτιάτης πλεονασμῷ τοῦ ᾱ ὡς Κροτωνιάτης* EM. 722, 48. quod ex Herodiani libro *περὶ παθῶν*, unde pleraque superiorum, transscriptum est. *Νωνακρίτης καὶ κατὰ πλεονασμὸν Νωνακριάτης* Steph. qui eodem modo *Φασιάτης* et *Φρικωνιάτης* orta tradit et a *Μῶλυς Μωλύτης* atque *Μωλυάτης*.

72) In Schol. Eur. Androm. 880. *ὁ τὰς Κυπριακὰς ἱστορίας συνάψας* (*συγγράψας*?) cod. Guelph. *Κυπρικὰς* praebet; alibi non legi.

DISSERTATIO UNDECIMA.

DE

NOMINIBUS PRIMAE DECLINATIONIS IN $\overline{A\Sigma}$ PURUM EXEUNTIBUS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXLI.)

§. 1. Herodianus π. Μον. p. 34. regulam nominum in ας purum exeuntium exponens, βορέας, δρακοντίας, Μινύας, addit μυρίον ἐστὶ πλῆθος τοιούτων ὀνομάτων. Hanc vero milliarem cohortem particulatim distribuit Grammaticus Cram. IV. 335. ὅσα εἰς ας καθαρὸν ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, τῷ ι παραλήγεται Νικίας· ἢ τῷ ε Αὐγέας, Πυθέας· ἢ τῷ ει Αἰνείας· ἢ τῷ υ Μαρσύας. Hic igitur ex simplicibus vocalibus excludit alpha et eta, et diphthongos omnes praeter ει. Hos cancellos quae egrediuntur, ille aut aliter scripta invenit aut a graeco more aversa putavit: Αἰχμαίας Pythiorum victor Paus. X. 33, 8. pro quo cod. Lugd. Αἰχμέας praebet, similiterque Ἀμμαίας Thuc. III. 22. libri vitiosi pro Ἀμμέας (recte vero Ἀμμαῖος Dionysii Hal. familiaris) Αἰσχραίας Herod. VIII. 11. pro Αἰσχρέας, tum Κεραίας Philippi praefectus Polyb. V. 70, 10. quem Casaubonus nomen Chaereas habuisse suspicatur, Κραταίας Archelai interfector in omnibus libris Aristot. Pol. V. 8. sed eundem Κρατέαν vocari Schneiderus ostendit; Ἰμίλκων Φαμαίας Appian. Pun. c. 97. qui a Zonara Φαβέας dicitur, piscisque nomen summopere variatum περαίας, περέας, παρδίας, φεραῖος Arist. H. Ann. VIII. 2. p. 591. a. 23. Ἀλεύας et Κρατεύας, quorum illud cum Ἀλεός et ἀλεύασθαι, hoc cum Κράτης et Κρατέας congruit, fortasse propterea omisit quia epenthesi aucta putavit ut Κλεύας. Diphthongum οι vocabula graeca πατραλοίας et μητραλοίας a primitivo deductam habent; demi attici Ἐροιάδαι et proprii Χαροιάδης, quod et Χαριάδης scribitur v. Interpr. ad Thuc. II. 86. origo ignota est; Buttmanno Lexil. I. 146. si quis assentiatur ἐρι et εὐρύ, Ἔρυτος et Εὔρυτος voces cognatas esse, haud gravabitur Ἐροιάδης pro Εὐρυάδης accipere. Parum exploratum est Ἀρκοίας in Inscr. Tegeatica v. Keil. Anall. Epigr. p. 75. Γαροίας Indiae fluvius Arrian. Aequaliter barbara sunt Βραδούας v. Kayser.

ad Philostr. Vitt. Soph. p. 302. et *Orsua* Liv. XXVIII. 21. Idem valet de duabus vocalium ο̄ et ω̄ *Ἀδόας* sive *Ἀδδόας* fluvius Polyb. II. 32, 2. quem Strabo *Ἀδούαν* vocat, *Γενόας* Steph. s. *Γενοαῖοι*, *Καβόης* et *Σειρόης* Persae Niceph. Constant. De reb. gest. post Maurit. p. 14. B. D. *Βαγώας* eunuchus, sed *Μινῶαι* incolae urbis Minoae Steph. vocalem ex paragoge habet ut *μητρώας* (quod suspectum est) pro *μήτρως* — equi *παρῶαι* unde dicti sint, non constat, variatque scriptura *παρίαι*, *παρωοί*. Vocalium, quas ille admittit, una est ypsilon, non infrequens in nominibus barbaris *Γωβρύης*, *Μαρσύης*, *Πακτύης*, *Μαδύης* et *Πρωτοθύης* ab Herodoto nominati, quibus intervenit homo Graecus dissimili terminatione *Πολύας* VIII. 21. Hoc nomen a *πολύς* derivatum esse non improbabile videtur similia consideranti *Ἰχθύας* (*Ἰχθῦς*, *Ἰχθύων*) *Θρασύας*, *Βαθύας*, *Σικύας* Athen. VI. 257. B. quae ab appellativis graecis ducta videntur, *Βιθύαι ἔθνος Θρᾴκης ἀπὸ Βίθυος* Steph. *Μινύας* et *Μιλύας* synonyma gentiliciis, *Νινύας* urbi Nino,[1] *Ὀθρύας* *Ὀθρυάδης* monti etc. Appellativa sunt *φλεγύας* aquilae genus vel epitheton *ἐκ τοῦ φλέγειν καὶ λαμπρὸν εἶναι* Schol. Hes. Scut. 134. *μανδύας εἶδος ἱματίου Περσῶν* (vel Liburnicum) Hes. *κοκύας ὁ πρόγονος, λέξις ἰακή* EM. quae et feminina reperiuntur *ἡ μανδύη*, *ἡ κοκύη*,[2] postremo *βαβύας πηλός* Hes. qui eodem modo interpretatur *βακίας* et *βακοίας*. — Secunda vocalis est epsilon, sed ea solis concessa propriis, quorum pleraque paronyma sunt; a nominibus primae declinationis *Ἡρέας*, *Κριθέας*, *Τιμέας*, et secundae *Ἁβρέας* Arrian. Alex. VI. 9, 7. *Αὐτέας Αὐτοκλέους* Inscr. Att. n. 93. *Αἰσχρέας*, *Λευκέας*, *Ταυρέας* et quae EM. 795, 12. huc refert *Φιλτός* — *οὗ παραγωγὸν Φιντέας ὡς πρῶτος Πρωτέας, ἄριστος Ἀριστέας*. Tertiaeque *Ἀνδρέας*, *Ἀστέας* Jambl. V. P.

1) Aut hoc aut *Μινύας* restituendum Theognost. p. 42. pro *Λινύας*.

2) Ex Zonae verbis *Κοκύαι γὰρ ἔλεξαν ἁμῖν ὡς πρότεραι ματέρες ἐντὶ δρύες* colligo in ignoti poetae versu *ἀφ' ὑμέων κοκύησι καθημένη ἀρχαίῃσι*, significari quercus Dodonaeas et insidentem iis columbam fatidicam ideoque in principio scribendum esse *Ἡμείων*. In Etym. Gud. *κοκύαι — σημαίνει τὴν ἤδη κεκυημένην* rectius scriptum est quam in EM. *τὸν ἤδη κεκομμένην*. Grammatici nomen a *κυεῖν* duxisse videntur.

XXXVI. 267. (524.) *Εὐρέας* Polyb. *Μελέας*, *Τελέας*, nisi haec adjicienda sunt verbalibus *Κινέας*, *Φιλέας*, *Ὀρσέας* Pind. *Μνασέας*, Staseas Cic. Appellativa hujus formae dubito an nulla sint. Pro *Ἐριφέας χίμαρος* Hes. Guietus recte *ἐρίφιος* scripsit; pro *Ἐλέας ὄρνεον* in Arist. Avv. 303. *ἐλεᾶς* legitur ut *ἐλασᾶς* ultima circumducta, quo huic numero eximitur; tertiam ejusdem glossam *Ἐρέας τέκνα Θεσσαλοί*, cui simile est latinum *haeres*, a nominativo *ἐρεύς* declinatum esse apparet ex dativo *Ἐρέεσφι τέκνοις*. *Νομέας* Gregorius Naz. bis usurpavit pro *νομεύς* v. Jacobs. ad Anth. VIII. n. 17. quae crebra est propriorum vicissitudo *Δρομέας Δρομεύς*, *Ἀριστέας Ἀριστεύς* v. Coraes ad Plut. T. V. 435. sed injuria translata ad appellativum *νομέας*, nec ut *Δρομέας* sic etiam *δρομέας* dicitur sed *δρομίας* ut *τροφίας*, *τομίας*, *τροχίας*. *Ἐπιτραγέαι*, quod codd. nonnulli Aristoteli obtrudunt pro *ἐπιτραγίαι*, nemo recipere dignatus est. *Βορέας*, cujus etymon latet, propriis adnumerari convenit. *Λακκοσχέας* vocalem a simplici *ὀσχέα* vel *ὀσχεός* propagatam habet. *Κασᾶς*, de quo dixi in Parall. 80. et *ἀργᾶς* e *κασέας*, *ἀργέας* (ut proprium *Ἀργᾶς* v. Meinek. Com. III. 388.) contracta videntur, sed integra tamen non extant; coprea graece *κοπρίας* dicitur. Quomodo autem epsilon in $\overline{\varepsilon\iota}$ transeat, inter affectiones dicetur. Itaque unum restat iota ceteris latius diffusum omniumque vocabulorum genera permeans, quorum de ortu, significatione, accentu et affectionibus membratim dicere mihi proposui.

§. 2. Nominum igitur in $\overline{\iota\alpha\varsigma}$ exeuntium aliqua aut ignotam originem habent aut non ad liquidum exploratam ut *σαβρίας* poculi genus,[3] *βασυνίας* placenta, *ἀβραμίας βόλος κυβευτικός* Hes. pisciumque nomina *ἀμίας*, *θρανίας*, *καλλαρίας* sive *γαλλαρίας*, *κολίας*, *λεβίας*.[4] Sed de plerisque dici potest

---

3) Athen. VI. 262. B. *ἐν τῷ σαβρίᾳ βομβυλίῳ*. Sed cod. Laur. praebet *σαυρίᾳ*, quod fabricatoris vel possessoris Sauriae nomen fuisse videtur. Saurias Samius Athenag. Legat. XIV. alius Demosth. 1360.

4) Idem *ἥπατος* vocatur, latine hepar. Hoc et *jecur* convenit germanico **Leber**, quod prope accedit ad graecum *λοβός τὸ ἄκρον τοῦ ἥπατος* Sch. Aesch. Ag. 495. Hinc fortasse piscis nomen. *Θρανίας* Coraes ad Xenocr. p. 62. ad *θρανίον* paxillus refert; quod parum proba-

unde nata sint. A verbis barytonis *Ἀγαλλίας*, *Πειθίας*, *Φειδίας*, *Φερίας* Paus. VI. 14. *λαμπίας ὁ ἥλιος* Hes. *θλιβίας*, cujus primam syllabam Lexicographi nostri apice notant mensuram praesentis sequuti, exemplo praeterea nullo; nam a *τρίβω*, *κλίνω*, *πνίγω* aliisque macroparalectis nullum hujusmodi substantivum proficiscitur; sed *ταμίας* a verbi forma thematica. A circumflexis *ἐμίας ὡς κοχλίας ἐκ τοῦ ἐμεῖν* Eust. 996, 38. *ζωγρίας*, *Ἡγίας*, *Μειδίας*. A futuris *βλεψίας*, *ἀπὸ τοῦ κινήσω Κινησίας ὡς σώσω Σωσίας* EM. 513, 55. Cram. II. 228, 24. A nominibus primae declinationis *σχιζίας*, *ῥιζίας*, *σπιζίας*, a masculinis *μυκητίας*, *τρυφητίας*, *Ἐπιχητίας ἐνδεής* Hes. ab *ἐπιχήτης*, quod eodem modo interpretatus est; a *κρίτης Κριτίας* ut a *Φίντας Φιντίας* v. Valcken. Praef. ad Phal. p. XXIII. Sed haec etiam ad nomina secundae classis revocari possunt ut *γερανίας*, *Ἱππίας*, *Κωμίας*. A neutris tertiae *ἀνθίας*, *βελίας*, *Κυδίας*, *Πυρίας* Paus. *βρασματίας*, *πωματίας*, *γαλαξίας*, a masculinis *ἀνθρακίας*, *γεροντίας*, *κανονίας*, *μυρμηκίας*, *Αἰγίας* (omiss. in Th.) Plut. V. Arat. XVIII. *νεανίας ἀπὸ τοῦ νεάν* Apollon. de Adv. 570. pauca a femininis *λαμπαδίας*,[5] *συριγγίας*. De multis dubitari potest utri subscribi debeant parti, verbo an nomini: *Νικίας παρὰ τὸ νίκη ἢ παρὰ τὸ νικῶ ὡς ἄρχω Ἀρχίας* EM. 606, 10. et *ἐρευθίας* (omiss. in Th.) Schol. Aristot. Categ. p. 68. b. 10. ed. Brandis. ab *ἐρεύθω* an *ἔρευθος*, quodque idem EM. memorat p. 804, 45. *ὡς φαίνω Φανίας*, *ἀμύνω Ἀμυνίας*, *οὕτω χαίρω Χαρίας*[6] *καὶ πλεο-*

---

bile sed tolerabilius est quam Plutarchi conjectura amias dici *διὰ τὸ συναγελαστικόν*. In Aristot. H. Ann. VIII. 2. p. 591. a. 11. complures codd. *ἀμίαι* praebent non a recto *ἀμίας* sed a feminino *ἀμία*, quod hunc accentum habet in Vatic. B.

5) Hoc exterminat Schneiderus apud Diogenem VII. 152. ubi meteora enumerat, *λαμπάδας* corrigens. Sed illa frequens coelestium ignium appellatio: *δοκίαι*, *ξιφίαι*, *ἑλικίαι*, *κερατίαι*, *πωγωνίαι*, *πιθίαι*, neque obstat quod iidem nomine primitivo vocantur *ἕλικες*, *πίθοι*, *λαμπάδες* v. Joh. Lyd. de Mens. XIII. p. 51. et p. 118.

6) Hinc est genitivus *τοῦ Χαρίου* Sch. Od. I. 325. non a *Χάριος* ut Henricus putat in Addend. Buttm. neque recte huc confert gentilicia *Θέσπιος* et *Θεσπιάδης*. Charias ille alio loco *Χαριάδης* dicitur, alio *Χαρίδημος*, quae librariis imputari nolim.

νασμῷ Χαβρίας, eorum prius a *Φᾶνος* derivatum dici potest item ut femininum *Φανίον*, quorum omnium alpha longum est; alterius pleonasmum confirmat *Βαβρίας*,[7] latinum *Barea* v. Interpp. ad Juven. III. 116. a *βάρος* puto vel *βαρύς* ut ab *εὐθύς Εὐθίας* Euthia, a *θῆλυς* fortasse *θηλίας τυρός ὁ λεπτός*, quod Eustathius 1626, 23. ex Athen. XIV. 658. D. affert ubi nunc legimus caseos istos *θηλείας* dictos esse. Ab adjectivis quidem haud pauca ortum habent tum propria *Ἁγνίας*, *Γοργίας*, *Ἐμπεδίας*, *Κλεινίας*, *Λαμπρίας*, *Σφοδρίας*, *Φαιδρίας*, *Μελανίας*, tum appellativa *ἀσφαλτίας*, *αἰολίας*, *καρχαρίας*, *κνηκίας*, *κωφίας*, *ξανθίας*, *πυῤῥίας*, *τυφλίας*, quorum primum est spondyli (spinalis) cetera animalium quorundam nomina propria, neque tamen ita propria ut ad alias res transferri non possint, nam et nummi subaerati *πυῤῥίαι* vocantur et *ξανθίαι* homines etc. His adjici par est decomposita *μυωπίας*, *ὀξυωπίας*, *ζοφοδορπίας*, *εὐθυγνωμίας*, *λευκηπατίας* i. q. *δειλὸς εὐήθης*, simile verbo Shakespeariano *pigeon-livered*, *λευκοφλεγματίας* (*ὕδερος*) *σκιατραφίας*, *τερατολογίας* Suid. *ὑποκομψίας ὁ τὸ κομψὸν ὑποφαίνων* Hes.[8] Tertium genus nascitur ab indeclinabilibus, ab *ἀμφί Ἀμφίας* Thuc. IV. 119. a *πέρυσι περυσίας*, unde coactum est *περσύας οἶνος ὁ περυσινός* Galen. Gloss. ab *ὀκλαδόν ὀκλαδίας*, nisi potius a *κλάω* (*ὀκλάζω*) ut *θλαδίας*, cui adverbium deest, a *θλάω*.[9] Eadem consona in-

---

7) Cognata videntur *λάρος* et *λάβρος*, *ζαρός* et *ζαβρός*, quibus communis est significatio vehementiae et voracitatis. Litterae sigma epenthesin in antepenultima memorat EM. 454, 25. *Θρακίας καὶ πλεονασμῷ Θρασκίας ὁ ἄνεμος*, et diplasiasmum 579, 25. *ὡς παρὰ τὸ θράσος Θρασέας καὶ θάλος Θαλέας*, *οὕτω παρὰ τὸ μένω Μενέας καὶ πλεονασμῷ Μεννέας*. Sed hoc fortasse aeolicum est pro *Μεινίας*. *Μεννέας* tamen nomen Atheniensis cujusdam est in Inscr. n. 181.

8) In Strab. XIV. 639. ubi urbis *Πύγελα* etymon disputatur, *πυγαλίας γάρ τινας καὶ γενέσθαι καὶ κληθῆναι* Coraes edidit quod Schneiderus proposuerat *πυγαλγέας*. Propius scripto et prosae convenientius erat *πυγαλγίας* ut *γλωσσαλγίας*.

9) *Συκοσπαδίας συκοφάντης* Hes. quasi a *συκοσπάς* ut *κυνοσπάς*, *λυκοσπάς*. In Orph. H. XVII. in Plutonem: *Δημήτερος ὅς ποτε παῖδα νυμφεύσας λειμῶνος ἀποσπαδέην διὰ πόντου — ἤγαγες*, docti *ἀποσπαδίην* ponunt. Sed *ἀποσπάδιος* non extat; in Anth. VI. 102. *ἀποσπά-*

serta videtur nomini aviculae *λαγωδίας*, nisi *λαγῳδίας* scribendum est tanquam a deminutivo *λαγῴδιον* ut a *καχρύδιον* *καχρυδίας*, vel potius *λαγωπίας* leporis similis ut *Γραωπίας* *γραίᾳ ἐμφερής*, *Λευκωπίας λευκὸς ὀφθῆναι* Hesych. etc. *Καγχαδίας ἰσχνόφωνος* Hes. certe verbum habet in ζω exiens; *θηλυδρίας* exemplum sequi videtur deminutivorum *τειχύδριον*, *ξιφύδριον* etc. sed *καλαμαδίας*, quod nullam excusationem habet, codicum ope sublatum est; nec porro sustineri poterit *κριμματίας* (*ἄρτος*) Ath. III. 112. B. quo non melius est quod Schweighaueserus intulit *κριμνατίας*. Id enim *κριμνίτης* dicendum erat; sed ex his quae antecedunt *τετριμμένος εὖ κατὰ χεῖρα* colligitur illum *τριμματίας* scripsisse, quod non reperitur fortasse, sed *τρίμμα* constat genus panis dici; et est haec usitatissima neutrorum in *μα* exeuntium paragoge *χωματίας*, *τραυματίας*, *χασματίας*, *σπερματίας* etc.[10] quorum crebritas effecit ut ab indeclinabili *κόππα* declinaretur *κοππατίας*. Pro *ὀξερίας τυρὸς ἀχρεῖος* Hes. Poll. fortasse *ὀξηρίας* scribendum ab *ὀξηρός*. Syllabice abundant *σιτανίας* et *κριθανίας* *πυρός* collata cum aliis frumenti appellationibus *στραγγίας*, *προκωνίας*, *δρακοντίας*, nomenque illustrissimum *Τειρεσίας* pro *Τειρίας* id est signorum (portentorum) interpres a *τεῖρος* i. q. *τέρας* si veteres adhibemus auctores, ut a *στῆθος στηθίας* *ὄρνις* Hes. Defectus vero speciem praebet *Ἀμεινίας παρὰ τὸ ἀμείνων Ἀμεινονίας* EM.[11] quicum Boeckhius ad Inscr. n. 560. *Μειξιάδης* comparat, nec discrepat *βελτιότης* v. Parall. 48.

§. 3. Nomina haecce Buttmannus in Gramm. §. 63, 8. adjectiva vocat, quia saepe substantivis adjuncta reperiuntur *τροπίας οἶνος* etc. Sed quantum differt optimus ab optimas, *ἄριστος* ab *ἀριστεύς*, tantum interest inter *ὠχρός* et *ὠχρίας*, *πυῤῥός* et *πυῤῥίας*, *πελίας* asini epitheton EM. 659, 88. virique

---

διον substantivum est deminutivum ab *ἀποσπάς*. Tutius fuerit: *νύμφευσας* (*ἐνύμφευσας*) *λειμῶνος ἀποσπάδα καὶ — ἤγαγες*, nam *ἢ* et *καὶ* saepe permutantur. *Ὀρθοστάδιος* certius est quam *ὀρθοστιαδίας*.

10) A masculinis in *μος* stalagmias Plin. et novitium *βδελυγμίας*.

11) Quod addit *ἢ παρὰ τὸ μένω Μενίας καὶ Ἀμεινίας*, fortasse nititur dittographia *Μεινίας* Diod. XII. 72. sed ille de alpha pleonastico cogitasse videtur.

proprium et adjectivum *πελιός* sive *πελλός*. Haec neque adjectiva sunt neque substantiva sed medium inter utrumque locum tenent similiter illis quae attributiva vocamus, *ἱππότης*, *σωτήρ* etc. Verum hoc quod natura fixum est discrimen saepe evanescit, ut Oppianus piscem, cui nomen *αὐλωπίας*, non veritus est *αὐλωπόν* dicere; in Schol. Od. XI. 58. *οὐκ ἔστι κερτομίας ὁ λόγος*, cui simillimum est *λόγος πλασματίας* Aristot. de Gen. Animm. II. 1. p. 734, 33. et *λόγος καυχηματίας* Sch. Il. XIII. 374. si *κέρτομος* legeretur, perinde foret, nec minus dixisset Theognostus in Praef. p. 1. si pro *ἐγὼ ὁ τολμηρὸς καὶ αὐθαδίας* usus fuisset adjectivo, vixque usu veniet ut *ὀξύθυμος* et *ὀξυθυμίας*, *στρογγύλος* et *στρογγυλίας*[12] inter se permutari non possint. Impositiciorum vero nulla prorsus est distinctio. Nam quod Coraes ad Hippocr. p. 327. affirmat *Πυῤῥίας* et *Ξανθίας* esse servorum nomina quasi deminutiva, refellitur multis locis ubi Byrrhias et Glaucias ingenuorum nomina sunt. Ecquaenam porro distinctio esse potest substantivorum *στρουθίας* et *στροῦθος* Com. Fr. IV. 647. *σπογγίας* et *σπόγγος*, et in Geopp. XX. 27. *κόχλων τὴν σάρκα λαβὼν δελέαζε μὴ ἀποχρώμενος τῷ μεγέθει τοῦ κοχλίου*, nominumque ab Hesychio conjunctorum *Ἀγγελίης ἄγγελος*? Nisi quis forte dixerit *κοχλίου* esse genitivum deminutivi *κοχλίον*, quod non reperitur, Hesychiumque et Choeroboscum Gaisf. I. 227. falsam genitivi homerici interpretationem sequi. Differunt certe nescio quid *οἱ κοχλίαι καὶ οἱ κόχλοι* Aristot. H. Ann. IV. 4. et longe maxima pars eorum, quae a substantivis processerunt, diversam habent a prototypis significationem; nonnulla assimilativam *Στημονίαι κίκιννοι τοῖς στήμοσιν ὅμοιοι* Hes. *ἀλωπεκίας τῇ γεύσει ὅμοιος τῷ χερσαίῳ ζώῳ διὸ καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχεν* Aristot. aliusque piscis ob colorem avis similem *κορακίας* nominatur, scarus *ὀνίας*, *ἀετὸς κυκνίας ὀνομαζόμενος ἐοικὼς κύκνῳ λευκότητι* Paus. galeus maculosa cute insignis *νεβρίας* et *ἀστερίας*, quod adjective dici poterat *ἀστεροειδής* sicut in Aristot. Probl. IV. 26. p. 879. b. 8. *οἱ εὐνοῦχοι καὶ*

---

12) Hesychius *Λαστρογγυλίας λίθος τετριμμένος*, ubi Ruhnkenius: ***certa est emendatio** στραγαλίας — τετρημένος*. Certior est *λᾶς στρογγυλίας*, quo ipse utitur *Στραβαλός ὁ στρογγυλίας ἄνθρωπος*.

εὐνουχίαι ad summam idem est quod *εὐνουχοειδεῖς* sed propius substantivo ut adjectivorum compositorum genus *daphnoides*, *ἰσόβρυον* et alia, quibus significationem assimilativam attributam esse ostendi in Dissert. I. c. III. §. 5. Alia amplificativis adnumerari possunt: *στομίας ὁ μέγα στόμα ἔχων* Hes. *πωγωνίας*, *τριχίας*, *ὠμίας*, quorum multa cum amplificativis latini sermonis conveniunt, *μετωπίας* fronto, *πλασματίας* fabulo, *σκοτίας* tenebrio, *τερατίας* mirio, *στιγματίας* verbero, et cum verbis Graecorum desiderativis *κουρίας κουριᾷν*, *ὀφθαλμίας ὀφθαλμιᾷν*, *ὠχρίας ὠχριᾷν*, quorum ad similitudinem infra redibo. Deminutivae potestatis vestigia nulla agnoscimus; nam quod Eustathius e Lexico rhetorico affert p. 565, 20. *παππίζειν τὸ πάππαν καλεῖν καὶ παππίαν· οὕτω δὲ τὸν πατέρα οἱ Ἀττικοὶ ὑποκορίζουσιν*, apparet hypocorismum non in terminatione inesse sed in ipsa voce. Itaque quidquid superat in unum genus confundendum est, quod denominativa complectitur. Horum alia a materia dicta sunt, *ὀπὸς ῥιζίας* et *καυλίας*, *τυρὸς κραδίας* et *ὀπίας*, *ἄρτος καχρυδίας*, *κυκεὼν βληχωνίας* — alia a loco ubi versantur vel confiunt *μῦς ὀροφίας*, *λοβοὶ πνευμονίαι καὶ ἡπατίαι* Poll.[13] *λίθος θρᾳκίας* quem Nicander *λᾶαν θρήισσαν*, Hesychius *θράττην* vocat. Ulterius progredi non vacat, neque veteres ausi hujus terminationis regiones, limites, confinia et divortia describere, sed dubitant utrum *ἄνεμος* vel *χειμὼν ὀρνιθίας* sic dicatur ut *ἄνεμος χελιδονίας* hoc est is qui cum hirundinibus increbescit an quia aves affligit. Ac nisi relatum legeremus *κραυγίας* esse epitheton equi sternacis (v. Wernsdorf. ad Avien. Perieg. v. 203. p. 934. T. VI.) et *τάφον σεισματίαν* dictum fuisse sepulcrum eorum qui terrae motu absumti essent, id nemo conjectura assequeretur.

§. 4. De derivatione et significatione hactenus. De accentu breviter perorari potest: *τὰ εἰς ας καθαρὸν ἀρσενικὰ βαρύνεται* Arc. 21, 7. EM. 101, 48. ubi vitiose scriptum *δρακοντιάς* et quod in Thesaurum immigravit *βελιάς*. Eodem vitio

---

13) Hesychius *Κυνίας πῖλος καὶ χείρ.* Illud est pilei genus e pelle canina ut *Κανίας κάλαθος* de canna confectus. Pro *χείρ* fortasse scribendum *φθείρ* id est *κρότων* sive *φθεὶρ κύνειος* Suid.

laborat *μονεάς* Aelian. II. Ann. VII. 47. sed correxit Jacobsius, et *σπογγιάς* in Schol. Aeschin. Fals. 245. ed. Bekk. et Bastii ad Greg. 878.[14] quod ne acutum feminini *σπογγιά* obtinuisse putemus prohibet diversa notatio nominum *τροχιά* et *τροχίας χαλκός* (qui contra ponitur *τῷ τυπίᾳ*) *λοφιά* et *λοφίας*, quae non accentu solum discrepant sed etiam significatione. Verum plus curae requirunt mutationes vocalis utriusque. Nam ab eadem radice orta saepe literae Pythagoricae modo in diversos exeunt ramos ut in marmore Nointel. *Καλλέας* aliquis memoratur et alius *Καλλίας*, *Πασίας* Atheniensis Aristoph. *Πασέας* indidem oriundus Dem. c. Con. 1266. alius Sicyonius Paus. II. 8, 2. alius Argivus Harpocr. s. *Μύρτις*,[15] Spartanus *Ἰσίας*, Achaeus *Ἰσέας*, ad haec *Ἀργίας* Cram. II. 288. et *Ἀργέας Ἀργεάδης* Hom. *Κρατίης* Hippocr. Epid. I. 400. T. III. *Κρατέας* Herodian. *π. Μον.* p. 34. *Πραξίας* Atheniensis Paus. X. 19. et *Πραξέας* haeresiarcha, *Ὑβρίας* Ath. XV. 695. E. *Ὑβρέας* in nummis Eckhel. Doctr. T. II. 585. *Σιμμέας* Marcian. Epit. p. 112. ed. Mill. *Χαβρέας* in titulo inferioris aetatis Corp. Inscr. n. 265. quae et librarii saepe confuderunt v. Parall. 339.[16] nec dubium est quin scriptores fas habuerint nomina tam similia inter se iisdem imponere hominibus. Quum vero utraque vocalis nonnunquam comitem asciscat, prior hypotacticum iota, posterior protacticum epsilon, id quoque videndum est qua ratione fiat. Grammaticus Cram. II. 288. sic loquitur: *πάντα τὰ εἰς $\overline{\alpha\varsigma}$ παροξύτονα διὰ τοῦ $\bar{\iota}$ γράφεται μὴ*

---

14) *Εὕρηται παρ' Ἀριστοφάνει ὁ σπογγιάς καὶ ἡ σπογγιά.* Hoc legitur apud Comicum, illud nusquam et fortasse ne sic quidem scripsit Scholiasta sed *σπόγγος*, quo ille usus est. Dativus pluralis *σπογγίαις* Poll. VI. 94. ad *σπογγία* referri potest ut saepe scribitur Hippocr. Mul. II. 226. T. II. Aret. Cur. Acut. I. 1, 194.

15) *Πασίων* Xenoph. Lucian. Dial. Meretr. XII. 1. ubi olim *Πασσίων* legebatur, *Πασέων* Alciphr. III. 3. *Πάσης* Diogenian. VIII. 40.

16) Fluvii nomen *Τηρέας* Thuc. VI. 94. nunc e codd. et aliis locis *Τηρίας* scribitur v. Duck. ad h. l. Sic et *Λυδίας ποταμός* Herod. VII. 127. *Ὑλίας ποταμός* Thuc. VII. 35. et qui a Strabone nominantur *Ἀμνίας* XII. 562. (Epitom. *Ἀμνιός*) *Ἀμασίας* VII. 290. (*Ἀμάσιος* Ptolem.) *Ἀσπίας* VI. 285. *Φελλίας* Paus. III. 20. *Ἀρσανίας* Dio Cass. LXII. 21. Sed Umbriae fluvium, qui a scriptoribus latinis Tinia vocatur, Strabo bis *Τενέαν* appellat.

*κατὰ διάλεκτον ἑτέραν λεγόμενα ὡς τὸ Αἰνείας, Αὐγείας, Ἑρμείας ἀντὶ τοῦ Αἰνέας, Αὐγέας, Ἑρμέας *** καὶ Παρίας. Οὐκοῦν καὶ τὸ τραυματίας, πωματίας διὰ μόνου τοῦ ῑ,* cui loco quid desit apparet ex Theogn. p. 42. *τὰ διὰ τοῦ ιας διὰ τοῦ ῑ γράφεται, πραγματίας, τοξίας,*[17] *πλὴν τοῦ Αἰνείας, παρείας* — et Anecd. Bekk. 1185. *τὸ Παρίας Παρίαντος ἔστι κύριον καὶ διὰ τοῦ ῑ γράφεται· τὸ γὰρ σημαῖνον τὸν ὄφιν παρείας παρείου.*[18] Hoc autem quum diphthongum a primitivo, ut Grammatici tradunt v. Schneider. ad Nic. Th. 443. translatam habeat sicut *λακκοσχέας* vocalem, cetera autem *κατὰ διάλεκτον*, quomodo ille ait, figurata sint, ad attestandam catalexin *ειας* nihil conferunt, cujus usum communis consuetudo repudiat. Nam quod Schol. Arist. Avv. 303. affert *ὁ ἐλεᾶς μήποτε ἐλείας ἐστίν*, si quis ab *ἕλος* derivatum dicat ut a *θράσος Θρασέας*, vereor ut in hoc uno testimonio parum praesidii sit, ne quid dicam de sublatione aspirationis et de silentio Grammatici quem antea testem feci. Nec minus dubito an Graecis licuerit iota in *ει* convertere, quod saepe faciunt librarii *πιθείας* meteori nomen scribentes pro *πιθίας* v. Schneider. Lex. *παρθενεῖαι* Strab. VI. 279. et 280. *Εὐθείας* Poll. X. 97. *Φανείας* ap. Clem. Alex. quod Ebertus correxit in Dissert. Sicul. p. 77. *ἀργείης λευκός* Suid. pro *ἀργήεις*, ut Stephanus censet, vel pro *ἀργίης*. Sed nemo culpet nomen heroicum *Ἀνθείας* Paus. more antiquo et poetico scriptum pro *Ἀνθέας* ut *Αἰνείας* v. Parall. 159. et *βορειόθεν* Nonn. vel adeo pro *Ἀνθίας*, quemadmodum Oppianus Hal. I. 183. *κυβεῖαι* scripsit pro *κυβίαι* a recto *κυβίας* addito productionis causa epsilo, cujus rei exemplo est nomen femininum *κερεῖαι* (omiss. in Th.) Nonn. Paraphr. XI. 113. pro *κειρίαι* cum hyperbato temporum ut *Κραπάσεια* pro *Καρπασία* Steph. Saepius vero iota voce solum producitur sine adminiculo scripturae ut *Ἀγαθίας* apud poetas Byzantios penultimam longam habet v. Jacobs. ad Anth. p. 141. Similiterque ventorum nomina Aparctias et Thrascias pronuncian-

---

17) *Τοξίου βουνός* Hes. sed illum credibilius est notiore *λοξίας* usum esse.

18) Oxytona et perispomena masculini generis diphthongum *ει* respuere docet Choeroboscus Cram. II. 270. et 295.

tur a latinis v. Burmann. ad Anth. Lat. V. n. 114. v. 4. et 7. *Ἑρμίας* eunuchi Atarnensis nomen, cui Choeroboscus EM. diphthongum denegat, in fine versus iambici, quem Suidas s. h. v. hipponacteum vocat. Tum ex affini genere apud Homerum ipsum *Ἄμφιος λινοθώρηξ* Il. II. 830. cui proximum est *Ἀμφίας*. Diphthongum vero sortita sunt nomina generis neutrius *μαλάκεια* Oppian. Hal. I. 683. pro *μαλάχια* sive *μαλάχεια*, quod Suidas affert *μαλάχια τινὲς μάλαχεια*, *σελάχεια* Opp. l. c. 643. pro *σελάχια*, *σμύρνειον* Nic. pro *σμυρνίον* (nisi is paraschematismus est, de quo supra dixi) et alia hujusmodi; Columella X. v. 104. *glauceum* herbam media longa pro *γλαύκιον*, et sic fortasse Oppianus illo loco non *κυβεῖαι* scripsit sed *κυβεῖα* pro *κύβια* ut vulgo vocantur. De propriis feminini generis *Θαλία Θάλεια*, *Θέσπια Θέσπεια* dicetur eo loco ubi terminationes puras exsequar. — Iota huic terminationi exemtum esse nullo sat certo exemplo probari potest nisi serpentis nomen *ὁ ἀργᾶς*, *τοῦ ἀργᾶ*, quod plerumque *ἄργας* vel *ἀργάς* scribitur, ex *ἀργίας* contractum est; proprium *Ἀργᾶς* nihil obstat quominus pro *Ἀργέας* accipiatur. Aeschylus Agam. 115. aquilam *πύγαργον* decentius nuncupavit *ἔξοπιν ἀργίαν*, quod Buttmannus in Gramm. §. 41. Adn. 15. et Blomfieldius *ἀργᾶς* scribi volunt, hic synizesi offensus, cujus praesentissimum est exemplum *πηλιάς* bisyllabum, et facilis foret evitatio si in antistropha scriberetur *τρωίας*. Ille dubitasse videtur an *ἀργίας* pro *ἀργός* dici non possit; injuria quidem ut ex praedictis apparet. *Πάππας* pappas et *παππίας* diversi sunt flexus ejusdem nominis *πάππος*; diversa nomina *Κάλλας* Macedo et *Καλλίας*,[19] Pasas Thessalus Curt. X. 27, 1. et *Πασίας* Atheniensis, *Ἄλκας* Inscr. Noint. n. 165, 50. et *Ἀλκίας* Jambl. V. P. 524. et in alio genere *Μνήσων Μνασίων*, *Ἀρίστων Ἀριστίων*, quibus iota neque additum neque exemtum esse dicimus. Nunc transgrediar ad vocalem hujus terminationis secundam.

19) Mendosum *Κάλας* Arrian. I. 14, 4. correxit Kruegerus. *Κίρκας διὰ τοῦ πνεῖν ἀπὸ τοῦ Κιρκαίου* Aristot. de Vent. 973. b. fortasse *Κιρκίας* scripsit ut *ἄνεμος Καυνίας*, *ἐκνεφίας*, *ἐνυδρίας*, *ἐγκολπίας* de Mund. c. IV. *γνοφίας* et *κολπίας* J. Lyd. de Mens. IV. 76. p. 121. *ὀρίας* et *ὀρεστίας* Achill. Tat. Isag. in Arat. p. 158. cf. Parall. 269. Hesychius *Θέρμης ὁ θέρους ἄνεμος*, non sic sed *θερμίης* scripsisse videtur.

§. 5. Eustathius p. 1872, 25. τοῦ μονιὸς σῦς ἢ λύκος διενήνοχεν ὁ μονίας καὶ ὁ μονώτης λεγόμενα ἐπὶ ἀνθρώπου ἐρημάζοντος, quae differentia magis usu quodam sancita quam ratione fundata est; namque ξιφίας ἰχθῦς καὶ ξιφιός ὁμοίως Hes. nec differt θαλαμίας, quod Schweighaeuserus Appiano e codd. restituit, a θαλαμιός, praeter quae nullum invenio hujus dicatalexiae in oxytonis exemplum; nam pro κοχλιός Paul. Aeg. III. 24. p. 83, 16. apud eundem I. 93. p. 26, 31. κοχλίος scribitur et alibi saepius κόχλιος[20] nec minus suspectum γυλίας pro γυλιός v. Meinek. ad Men. 368. κολίας autem et κολιός diversum valent, hoc avis nomen, illud piscis. At nihil frequentius est quam propriorum, quae barytona esse constat, diversa inclinatio Ἀνανίας ut Λυσανίας, Παυσανίας, et Ἀνάνιος ut δυσάνιος, Βαβρίας et Βάβριος v. Knoch. ad Babr. p. 9. Κριτίας et Κρίτιος, Μαντίας et Μάντιος, et quae consonam futuri characteristicam habent Αἰνησίας (omiss. in Th.) Xenoph. Hell. II. 3, 7. et Αἰνήσιος, Ἀλεξίας (omiss.) Theophr. H. Pl. IX. 16, 8. et Ἀλέξιος, Κτησίας Κτήσιος, Στησίας Στήσιος, Τιμησίας Τιμήσιος,[21] Sosias Sosius Cic. et alia in Dissert. IX. c. II. §. 2. (cf. Keil. Anall. Epigr. p. 55. Adn.) Haec sine dubio multifariam confusa sunt; nec minus injuriae obnoxia substantivorum et adjectivorum terminatio: ἀκαμπίας (δρόμος) et ἀκάμπιος, κεραυνίας ὁ κεκεραυνωμένος Hes. quem Tragici κεραύνιον dicere solent; illique Spartanorum Parthenii ab Aristotele Pol. V. 7. p. 1306, 22. Scymn. v. 332. Dion. Chr. VII. 129. Max. Tyr. Diss. VI. 8, 97. et aliis vocantur παρθενίαι. Unde multiplex oritur dubitatio. Velut de σκοτίαν αἰῶνα Eur. Phoenn. 1484. Scholiastes ambigit utrum nominativus sit αἰὼν σκοτία an σκοτίας (ut γνοφίας) parque ambiguitas genitivi ἀνέμων χελιδονίων Nonn. XI. 495. nam et χελιδόνιος ἄνεμος dici potuit a Chelidonio promontorio vel

---

20) Κοχλίους III. 22. p. 73. ut ap. Stephanum s. Κοχλίουσα et in cod. Nonni Epit. c. XXI. pro κοχλίας.

21) Similiter paronyma Ἰσμηνίας, Καφησίας et adjectivo typo Κηφίσιος Lys. c. And. 106, 41. Andocid. de Myst. p. 16,8. omiss. in Thes. Ab Anapo rivo piorum fratrum alter Ἀναπίας et Ἀνάπιος, quod Wernsdorfius tuetur ad Poett. Min. T. IV. P. I. 373.

Chelidoniis insulis ut *Ὀλύμπιος ἄνεμος ὁ ἀπὸ Ὀλύμπου πνέων* Hes. pro *Ὀλυμπίας* et *οἱ ἐτήσιοι βορέαι* Aristot. Probl. XXVI. c. 2. eodemque fere loco *οἱ ἐτησίαι*, neque non credere licet genitivum illum eo accentu notatum esse quo nominis confinis *οἱ ἐτησίαι* casus secundus v. Parall. 269. Pro *οἶνος δευτέριος* in Nicophont. Fr. p. 852. T. II. jure dubitat Meinekius an *δευτερίας* scribendum sit[22] sicut alia vinorum genera vocari solent, *ἀνθοσμίας*,[23] *τροπίας*, *κωνίας*, *τρυγίας*, *καπνίας*, sed *σαπρίας* in Fr. Hermipp. T. II. 411. idem fictum putat; attice *σαπρὸς οἶνος* vocatur vinum vetustum, latine marcidum v. Ruhnken. ad Rutil. p. 102. sed *οἶνος σακκίας καὶ σακτός* Poll. V. 19. sine dubio promiscue dicitur, etsi illud proprium generis nomen est, hoc attributionis. Huc accedit crebra librorum dissensio cum in illo nomine *οἱ ἐτήσιοι* et *ἐτησίαι* Aristot. l. c. cap. 12. tum in aliis. In Bianoris epigrammate Anth. X. 101. *τὸν ὑπουθάτιον μόσχον ἄγει δάμαλις* in Pal. scriptum est *ὑπουθατίαν*, quod Buttmannus in Lexil. I. 221. recipiendum fuisse judicat, nam similiter terminata esse *μονίας*, *φρονηματίας*, *κερατίας*. Differt tamen, quod horum nullum cum adjectivo in ιος exeunte commutari potest; nam *μόνιος* jam jacet; neque omnino scio an exemplum prorsus simile, *ἐφυδατίας*, *ὑπουατίας* aut ejusmodi quippiam reperiri non possit. Sed si vel hoc concessum fuerit, in quo equidem tricari nolo, de significatione quaerendum erit, utra huic loco sit aptior, substantiva an adjectiva. Mihi quidem *ὑπουθάτιον* proprie dictum, alterum poetica auctoritate excusatum videtur. Idem namque Bianor IX. 548. *κοῦρον ἀποπλανίην ἐπιμάζιον* et Philippus n. 240. *βαιὸν ἀποπλανίην λιπομήτορα* dixerunt non erronem sive erraticum sed eum qui forte a matre aberraverat, *τὸν τότε ἀποπλανηθέντα*, qui magis proprie *ἀπόπλανος* sive *ἀποπλάνιος* dicitur, contraque *βίος περιπλάνιος* VII. 736. minus significanter quam *περιπλανίας* vel *πλανήτης* ut *βίος ἀλήτης* Herod. III. 52. Themist. XXXIII. 349. D. *βίος πλάνης καὶ μετανάστης* Strabo XVII. 833.[24]

---

22) Vina deuteria Plin. pro *δευτερεῖα* accipiendum videtur.

23) *Ἀνθοσμίας λειμών* improbat Lucian. Lexiphan. §. 2.

24) *Βίος φρυαγματίας* Plut. Anton. c. II. *ἠπειρώτης* Aelian. II. Ann.

Sed de utriusque terminationis convenientia postea dicturus sum.

§. 6. Urget enim antiquior quaestio et perplexior de ellipsi vocalium ᾱ et ō, cui Meinekii verba praefabor Hist. Com. p. 404. „*fortasse* Ἄμφις *et* Ἀμφίας *non nisi diversae ejusdem nominis formae sunt. Ita* Ἐλπίας *dicebatur et* Ἔλπις, Μαντίας *et* Μάντις, Λῦσις *et* Λυσίας, Τέλλις *et* Τελλίας *et alia.*“ Haud secus Μάντις et Μάντιος. In hoc autem primus considerationem intendit Salmasius ille curiosissimus antiquitatis speculator, qui in Plinianis p. 618. B. ita disserit: Σαγγάριος, inquit, *et* Σάγαρις *idem est nomen ut* Λούκιος Λοῦκις, Κύριος Κῦρις. Testes ille appellat nullos, sed dubium non est quin ultimum ex Anthologia sumserit, ubi idem homo semel Κύριος vocatur XII. 215. bis Κῦρις n. 206. et 213. quod nomen in cod. paroxytonon esse, ut ille scripsit, testatur Paullsenus in Collat. p. 76. Alterum praebuit Lucianei libelli inscriptio duplex Λούκιος et Λοῦκις. Utrinque differt fluvii Bithynii nomen, quem modo Sagarin modo Sangarium vocari pluribus ostendit Chilmeadius ad Malal. XII. 380. D. (p. 585. ed. Lips.) Differt autem eo quod Sangarius paragogae speciem habet vel formalis, qua intellectus non mutatur ut Αἰτώλιος, κάπριος etc. vel ejus, qua a substantivis derivantur adjectiva, ut Hypaneius amnis Licent. Carm. ad August. v. 62. T. IV. P. II. Poett. Min. et Tiberinus Virg.[25] earumque rationum utraque convenit nominibus Καΰστριος et Τιταρήσιος, quae si antiquiores auctores habent quam Κάϋστρος et Titaresus Senec. Troad. 848. Lu-

---

XVI. 18. νησιώτης Eur. Rhes. 701. οἰκέτης Ion. 1373. σκηνίτης Diod. II. 43. χειροτέχνης Dionys. Antt. IX. 24. σχολαστής Synes. de Regn. p. 7. D. στρατιώτης et ἱεροφάντης βίος profert Boisson. ad Eunap. p. 299.

25) Nota sunt πόλις Θρονιάς pro Θρόνιον Eurip. mons Erycinus, quod Zumptius Ciceroni detraxit, et alia talia; minus vero illa personae periphrasis ***rex Annibalianus*** pro Hannibal in Itinerar. Hierosol. p. 572. quod cum θεός Ποσειδώνιος conferri potest v. Parall. 306. Sed Ῥείη Κυβηλίς Nonn. XIV. 214. et θέαινα Κυβεληίς XII. 395. XVII. 19. non a Κυβέλη sed a Cybelo sive Cybelis denominata est. Amenanum fluvium praetermisi quia de breviore forma Ἀμένης ex Sch. Pind. P. I. 130. non satis constat. De gentiliciis in ος et ιος dixi in Parall. 303.

can. VI. 376. tamen nemo asseverabit haec ex illis contracta esse. At vero *Κύρις* et appellativum *κύρις* sive *κύρης* manifestam prae se ferunt plebeji sermonis corruptelam, qua et propria adulterata sunt, *Ἑλλάδις, Διονύσις, Καλλίστιν, Φιλημάτιν* in epigraphis recentioris memoriae, et communia generis neutrius *ἀσσάριν* et *ἡμιοβέλιν* in nummis v. Eckhel. Doctr. T. I. p. XCVI. et T. II. 234. *κοκκίν* Hieracosoph. p. 122. *πλεθρίν* Malal. XII. 124. B. *γογγύλιν* et *πικρίδιν* Geopp. XII. 1, 9. aliaque innumerabilia quae Du Cangius ex auctoribus suae dictionis profert *μάτιν, περβόλιν, σιτάριν, ῥυάκιν, σφοντύλιν, στηθάρι* etc. omnia acuta ea syllaba quae acuitur in voce incorrupta, quod certissimum est imminutionis signum. Non recte igitur Welckerus in Syllog. p. 18. quum *Διονύσις, μαρτύριν*, hisque paria[26] proposuisset, addit *similem his esse formam doricam* *Νῖκις* pro *Νικίας*. Cui adstipulatus Schoemannus ad Isaeum p. 274. nomen *Κτῆσις* sibi *vulgarem formam* videri scribit ut *Νῖκις* pro *Νικίας, Σῶσις* pro *Σωσίας*. Primum dubito num demonstrari possit haec nomina proprie dorica esse. Nam ut concedamus Burmanno Xenophontem non *Σωσίας Συρακούσιος* scripsisse sed *Σῶσις*, quomodo iste in nummis et a Plutarcho Livioque appellatur, tamen ex hoc et similibus Doriensium nominibus *Ἆγις, Δᾶμις, Πόλλις, Λάμπις* Paus. V. 8, 3. *Πίονις* IX. 18, 4. *Χίονις* VI. 13, 1. non sequitur hanc terminationem uni genti propriam aut praecipuam quam compluribus communem fuisse, id quod comprobant Atheniensium nomina similiter figurata. Verum in hoc viris doctis non tantopere adversor, quantopere repugno de origine, quam illi omnibus assignant eandem, quamvis multiplices pateant ad derivandum viae. Unam commonstrat EM.

---

26) Paucula adjecit Franckius ad Inscr. Richter. p. 195. nihil admodum Franzius in Elem. Epigr. 248. et Keilius Onomat. 80. qui omnia illa iterarunt quasi indicta ignotaque. *Σάριν εἶδος ὄρνεον ὅμοιον ψάρῳ* Hesych. nihil aliud videtur quam *σαρίον* vel *ψαρίον*. In Schol. Il. XXI. 351. *θρύον πόα ὁ λεγόμενος θρύσος*, aut *θρύσιος* ex EM. restitui debet aut *θρύσις* ex illo contractum. *Ὄλειρ ἴλιος μῦς* Hes. si sanum est, pro *ὀλίς* id est *ὀλιός* accipiam, quod eodem modo interpretatur sciurum vel glirem.

729, 38. ὡς παρὰ τὸ Βάκχος Βάκχις καὶ Κόννος Κόννις[27] καὶ δῆμος (vel Δῆμος) Δῆμις καὶ Δᾶμις, οὕτω στρατός (Στράτος) Στράτις καὶ πλεονασμῷ Στράττις, similiterque θοῦρις ἀπὸ τοῦ θοῦρος γίνεται p. 475, 47. Hac ratione Γύμνις, Δέλφις, Δόρκις, Θύρσις, Κάλαμις, Κῆπις, Λύκις, Μύρτις Dem. Cor. 324. Πόταμις Thucyd. VIII. 85. Ὕμνις et Πόλυμνις Paus. Σφόδρις Apollon. I. 1041. Ξεῖνις Inscr. Naval. XIV. 498. Φόρμις Paus. ab appellativis et propriis in ος terminatis Δέλφος, Πόλυμνος et ceteris, quae in oculis posita sunt, repeti licet; Χάρμις dupliciter a Χάρμος et Χάρμη, nam feminina quoque ad derivandum apta: παρὰ τὸ γυνή γυννίς ὡς δάφνη Δάφνις καὶ νύμφη Νύμφις EM. 243. quibus similia sunt Αἶχμις, Μόλπις, Μοῖρις, Σμῖλις, a δόρυ Δοῦρις EM. 247, 35. a verbis Πρέπις, Χαῖρις, Τέλλις, Σκέλλις Parthen. c. 19. ut a σίνομαι σίνις. Horum plerisque conjuncta sunt nomina in εας et ιας, Δημέας, Ξενέας, Χαιρέας, Τελλίας, sed ratio non est cur Τέλλις ab hoc potius quam a Τέλλος (nam id quoque noscitur) vel ab ipso verbo derivatum putemus, ac ne illud quidem pro argumento valet quod Schol. Pind. Nem. VIII. 1. Δεῖνιν vocat quem poeta Δεινίαν, idemque homo Ἀναξίας et Ἄναξις v. Siebelis ad Paus. II. 22, 6. archon atticus Δάμασις Sch. Pind. in Argum. Pyth. p. 298. et paullo ante Δαμασίας ut in marmore Pario; inclytus urinator Σκυλλίας et Σκύλλις v. Interpr. ad Herod. VIII. 8. nam hic idem Σκύλλος dicitur Anth. IX. 296. et Λύκις alias Λύκος v. Schol. Arist. Rann. 14. ut Φόρμις poeta scenicus ap. Suidan Φόρμος, et fluvius Σίλαρος — ὁ Γεωγράφος Σίλαριν Eust. ad Dion. 358. Hinc consequitur Κτῆσις, Ζῶσις, Νῖκις etc. a Κτῆσος EM. Σῶσος, νίκη vel νῖκος non longius abesse quam ab his quae in ιας terminantur, licet Graecis concessum fuerit eundem hominem nunc Sosin dicere nunc Sosiam eodemque etiam appellativorum flectere exitus, quemadmodum Herodotus dixit ἐὰν τρόφιες γένωνται eodemque intellectu quo τροφίαι et equus duri oris et contumax στόμις usurpatur et στομίας, piscis idem θράνις et θρανίας, sellularius ἕδρις ὁ ἑδραῖος et ventus ἑδρίας ὁ ἀεὶ πνέων Hes. ὠτοκάταξις, quod semel legitur, et ὠτοκαταξίας,

---

27) Sic Meinekius correxit in Hist. Com. 222. pro Κρόνος Κρόνις.

quod saepius, eadem inter se ratione juncta qua *ταραξίας* et *βορβοροτάραξις*, *Λεξίας* et *πολύλεξις* v. Parall. 227. ubi omissum est *τῆς πολυγενέσεως οὐσίας* Plotin. Enn. III. L. IV. 286. G. His conjunctissima sunt propria illa, quae sigma futuri referunt *Ἀπόληξις* Demosth. et *Ἀποληξίας* Alciphr. III. Ep. 4. *Πρᾶξις* Aelian. V. H. XIV. 24. *Πραξίας*, *Ἔρυξις* *Ἐρυξίας*, *Πεῖσις*[28] *Πεισίας*, *Τίσις* *Τισίας*, *Τέλεσις* *Τελεσίας* etc. nonnulla triplici praedita specie *Ἄλεξις* *Ἀλεξίας* *Ἀλέξιος*, quorum postremum quum sit in usu omnium novissimum, parum opitulatur eorum opinioni qui terminationem non puram purae subnatam putant. Nostro quidem judicio *Νῖκις* et *Νικίας* haud aliter comparata sunt quam *Νικίδης* Lys. Fr. CI. Demosth. 991, 14. et *Νικιάδης* 1305, 1. Thuc. IV. 118. aliaque patronymica et quasi patronymica *Κρεοντίδης* *Κρεοντιάδης*, *Λεοντίδης* *Λεοντιάδης*, *Φιλίδης* Polyb. et *Φιλιάδης* Demosth. *Χαρίδης* Callim. *Χαριάδης* Polyb. Non aptiora ad probandum duco quae Welckerus affert *ῥητιάρις* et *Ἀπολλινάρις*, quorum illud nihil aliud est quam *ῥητιάρης* simileque opificum vocabulis graecoromanis *ἁμαξάρης*, *βαρκάρης*, *μακελλάρης*, *ταβερνάρης*, *τορνάρης* etc. alterum totum romanum *Apollinaris*, quod Graeci scriptores saepe ad suam consuetudinem inflectunt ut *Φετιάλιος*, *Κοιντίλιος*, *Ἀπρίλλιος*, *ἀγορανόμος κουρούλιος* Inscr. n. 1133. unde nemo Fetialis, Quintilis etc. concisa credet sed potius contrarium. De graecis hujus dicatalexiae exemplis unum est quod Grammatici in quaestionem vocarunt, heroicum nomen *Χρόμις*[29] et *Χρομίος* vel *Χρόμιος*, nam accentus discrepat duarum regularum concursu et quasi conflictu in contraria actus; quippe si trisyllabum natura sua constat, mediam acutam habet more tribrevium; si vero genitivus

28) Plutarch. V. Demetr. XXXIX. ubi vett. Edd. *Πῖσις* ut *Πεισίας* in Amat. II. Xenoph. Hell. VII. 1, 41. Paus. I. 3, 4. sed *Πισίας* Arist. Avv. 767. quasi a futuro *πίσω*. *Πεισίων* Sch. Pind. P. II. 39. postremo *Πιστίας* et *Πίστων* v. Bornemann. ad Xen. Memm. III. 10, 9.

29) Id unus gerit Mysorum dux; *Chromius* complures homericorum heroum graeci exterique. Schneiderus ad Arted. Synon. p. 98. composuit piscium incertorum nomina *χρέμψ*, *χρέμης* et *χρόμις* sive *χρομίς* v. Schweighaeus. ad Athen. T. IV. 268. Generis nullum indicium extat praeter ***immunda chromis*** Ovid. Hal. 122.

bisyllabi in nominativum vertit EM. 815, 43. accentus suo manet loco. De hoc igitur Dionysius in Schol. Il. XVII. 218. ita disputat: *εἴ τις ζητοίη πότερον παραπεποίηται, εἴποιμεν ἂν τὸν Χρόμιον· εὔλογον γὰρ ἐκεῖ* (Il. II. 857.) *τὸ ὄνομα πρῶτον*, hoc est, in catalogo, quum poeta primum hujus viri mentionem faceret, verum et nativum nomen (*Χρόμις*) positum esse, posteriore autem loco immutatum (*Χρόμιος*). Quae probatio plus valeret si certior esset catalogi auctor, sententia ipsa non displicet, ut ab *ἵππος Ἵππις* EM. sic a *χρόμος Χρόμις* derivatum vel etiam primitivum etymique expers esse ut cetera Trojanorum Mysorumque vocabula *Πάρις*, *Μάρις*, *Πύρις*[30] et hinc processisse *Χρόμιος* ut a *μάντις Μάντιος*. Sed idem et femininum *Χρομία* Paus. V. 1, 2. a *χρόμος* nasci potuisse indicio sunt ab aliis bisyllabis derivata *Ὀδίος*, *Δολίος*, *Στροφίος*. Eodem statu sunt *Ἄδωνις Ἀδώνιος* Anecd. Bekk. 346. quibus brevior forma *Ἄδων* et Adon v. Burmann. ad Anth. I. n. 72. v. 33. p. 43. Meinek. ad Theocr. XV. 149. *Σθένις Σθένιος* Lehrs. Arist. 280. homericumque adjectivum *θέσπις θέσπιος*, cujus generis perpauca apud illum leguntur eaque unius formae *ἴδρις*, *εὖνις* et femininis adjuncta *θοῦρις* et *ἦνις*, postremo neutrum *τρόφι*, quod quia nullum aliud in simplicibus extat neutrum, Grammatici mutilatum dicunt.

§. 7. De his igitur positionis flexibus unicuique potestatem faciam decernendi quod velit, si modo meminerit quam difficile sit liberrimos Graeci sermonis motus legibus vincire severis. Etenim licuit illis ex uno quasi semine multiplices elicere foetus. *Τέλλος Τέλλις Τέλλην Τελλίας*, *Ἄλεξος*[31] *Ἀλε-*

---

30) Pro *Πύριν* Il. XVI. 416. olim *Πύρην* legebatur et contra *Μάρις* Suid. pro *Μάρης*, pariterque miscentur *Ἄττις* et *Ἄττης*, *Τέλλις* et *Τέλλης* Thuc. V. 19. *Φάρις* et *Φάρης* v. Siebel. ad Paus. IV. 30, 2. *Λάμπις* Demosth. *Λάμπης* Themist. Or. XXIII. 297. D. Gentilicium *Σίντις* Graeci interpretantur *σίντης*. *Πρύμνης* Corinthius Syncell. Chron. p. 179. C. a Pausania *Προῦμνις* vocatur ut *Προύλεσι πεζοῖς ὁπλίταις* Hes. pro *πρυλέσι*, quod Herodianus ad rectum *πρυλής*, alii ad *πρύλις* retulerunt Sch. Il. V. 744. nec minus fluxa *πτέρνις*, *φάλκις*, *χλοῦνις*. Singulare vero repugnantiae exemplum *Λάτρις τὸ ἁπλοῦν, εἰδωλολάτρης δὲ διὰ τοῦ ε̄* Suid.

31) Hinc esse videtur genitivus *Ἀλέξου* Athen. XIV. 620. E. Proxima in Thes. aut perperam tractata aut prorsus omissa sunt.

ξις Ἀλεξίας Ἀλέξιος Ἀλέξων Ἀλεξίων Ἀλεξῖνος — Ἄριστος Ἄριστις Ἀριστέας Ἀριστίας Ἀριστεύς Ἀρίστων Ἀριστίων et ut cuique fingenti placuit. Hisque modo pro diversis utuntur, modo summa in aequabilitate ponunt. Unde sunt illa in vetustis exemplaribus dittographiae indicia: Ἀνάγων ἢ Ἀναξίας Schol. Lycophr. 511. Τέλεσις ἢ Τελέστης Athen. I. 21. F. Φαίδων ἢ Φαιδρίας v. Meinek. Hist. 385. Ζηνίς ἢ Ζηνεύς Ath. XIII. 601. F. ubi Ζῆνις scribendum ex Anecd. Bekk. 1192. Utrique ad speciem simile Πῆλις Paus. X. 27, 1. et Πηλεύς sed diversa fortasse origine; nam Ζῆνις pro Ζηνόδοτος accipi potest ut Θεῦδις Anth. XII. 179. cui in Thes. perperam articulus femininus praeponitur pro Θεόδοτος vel Θεόδωρος, Ἄθηνις (omiss. in Th.) Steph. s. Δύμη Suid. s. Ἱππῶναξ pro Ἀθήναιος vel Ἀθηνόδωρος. Neque huic adversatur quod sic composita alio detorqueri possunt Θευδᾶς ὑποκοριστικὸν τοῦ Θεόδωρος EM. 444, 34. cui quod Arcadius adjungit p. 21, 17. Πυθᾶς fortasse idem nomen est quod Πύθις scribitur Paus. X. 6, 3. Plin. XXXVI. 5, 4. quod si a πύθω puteo vel ab urbe Delphica ductum est, sic pronunciari oportet ut Πύθων, Πυθέας Pind. Πύθιος et Πυθιάς Anth. hoc est ypsilo longo; idemque Πυθᾶς etiam pro Πυθόδωρος accipi posse intelligitur ex Schol. Dion. Gramm. 857. ὁ τέταρτος τῶν ὑποκοριστικῶν τύπος εἰς $\overline{\alpha\varsigma}$ ὡς Ζηνᾶς ὁ Ζηνόδωρος καὶ Μητρᾶς ὁ Μητόδωρος ut Sex. Pompeji libertus ductorque classium ab Appiano Μηνόδωρος, a Dione vero Μηνᾶς vocatur; nam haec nominum propriorum interpolatio nullis adstricta tenetur legibus sed modo dissimilia similiter flectuntur modo similia diverse, neque solum Metrodorus aliquis familiariter Μητρᾶς appellari potuit sed etiam is qui a parentibus nomen Μητρέας accepisset ut Ἡρέας καὶ ἐν συναιρέσει Ἡρᾶς ὡς βοῤῥᾶς EM. 436. et Δημᾶς ἀπὸ τοῦ Δημέας Schol. Dion. 714, 24. nec Μητρᾶς solum illius vices subire potuit sed etiam Μάτρις (Μᾶτρις) v. Schweighaues. ad Ath. T. I. 315. dorice quidem ut Ματρέας Alexandrinus. Et Νύμφις EM. non a Νυμφόδωρος repetit sed a νύμφη. Amynander vero rex Athamanum a Polybio saepius sic, semel Ἀμυνᾶς nuncupatur IV. 16, 9. sicut Alexander ab Epiphanio Ἀλεξᾶς, idemque illud ex Ἀμυνίας existere potuisse testatum

faciunt appellativa ejusdem potestatis *κερατίας* et *κερατᾶς*, *ἀργίας* et *ἀργᾶς*, *παππίας* novitiumque *παππᾶς*.[32] Quare nominis *Ἀκεσᾶς* triplex vel quadruplex origo patescit *Ἀκεσίας* *Ἀκέσιος*, *Ἀκέσανδρος*, *Ἀκεσόδωρος*. Id enim affero exempli causa; sed sunt longe plurima a dissimillimis orsa principiis: *Θωμᾶς καὶ Κοσμᾶς ἀπὸ τοῦ θαυμάσιος καὶ κόσμιος* EM. 101, 52. et ab aliis rursus *Πτερᾶς* Apterorum conditor Paus. X. 5, 10. *Ἀμπελᾶς* Leon. Diac. VII. 113. *Ἐπαφρᾶς*, *Παρμενᾶς*, *Παλλαδᾶς* et caetera in medio posita. Quorum inenarrabilem varietatem veteres quantum facultas tulit digerere conati sunt primumque illa quae legitimae contractionis speciem prae se ferunt, secreverunt a decurtatis id quod ex Arcadii verbis apparet nomen *Ἑρμᾶς* tanquam dorice contractum separantis ab *Ἀρτεμᾶς*, quod *ὑποκοριστικόν* vocat quanquam is verus hypocorismus non est sed corruptio irrationalis, qua nunc quoque nomina hominum productiora et immoderatius excurrentia ad unius syllabae vel duarum angustias rediguntur *Radulphus* (Ralph) *Nicolaus* (Claus) *Jacobus* (Jost) *Rodericus*, *Elizabetha* sive *Isabella* etc. Quae vero legitime contractis adnumerari non possunt, quadrifariam dividunt, in propria *Λουκᾶς*, *Φιλητᾶς* — deminutiva *λαχανᾶς*, *ὀστρακᾶς*[33] — episcommata *δακνᾶς*, *φαγᾶς*, quarto ea quae *ἀπὸ συμβεβηκότος* vocant ut *τρεσᾶς*,[34] de quibus omnibus dixi in Wolfii Anall. III. 51. Sed quod primo loco positum est *Λουκᾶς*, nobis in cogitationem refert supra allatum §. 4. *Λοῦκις* et si quid aliud syllaba *ῑς* finitum speciem gerit imminutionis, non modo illa quibus una ad integritatem litera deest *Θέογνις*, *Θέομνις* et *Κλέομνις* ex *Θεογένης*, *Κλεομένης* deflexa v. Franck. ad Inscr. Richter. 249. sed praecipue quae Grammatici exsignarunt a primitivorum similitudine longius abstracta: *ἄστριας ὑποκο-*

---

32) *Πελλᾶς περισπᾶται ἐπὶ σκώμματος ὄν* Arcad. 22. idem est quod *Πέλλης πέλλητος ὁ γέρων* Hes. hoc est *πολιός* et ab eodem etymo unde *πελίας* et *Πελίας*.

33) His additum *πινακιδᾶς* etsi tuetur Choeroboscus Cram. II. 295. in *πινακᾶς* mutandum videtur, quod nomen Du Cangius catillorum confectorem interpretatur.

34) Sic scripsi pro *τρέσας*, quod participii modo declinatur.

ριστικῶς ὡς ὁ παρθένιος πάρθις[35] καὶ ὁ Χαλδαῖος Χάλδις καὶ λάσταυρος λάστρις EM. 159, 28. quae nonnulli syncopae subjecerunt. Sed verior Herodianus ib. p. 93, 50. ἀπὸ τοῦ Ἀμφιάραος Ἄμφις ὡς ἀστράγαλος ἄστρις, Ἰφιάνασσα Ἶφις· τοῦτο οὐ συγκοπὴ ἀλλὰ μετασχηματισμός. Quin etiam demonstrari nequit λάσταυρος magis primitivum esse quam λάστρις, neque alia ratione ad hypocorismum refertur quam quia ex comparatione usitatae vocis attenuatum videtur seu contemtus significandi causa seu per licentiam familiaris appellationis. Sed hujusmodi fundamentis inniti videtur Schol. Dion. Gramm. 857. Ὧρός φησιν ὅτι καὶ ὁ εἰς $\bar{\nu}$ ἐστὶν ὑποκοριστικὸς τύπος οἷον * * * *[36] καὶ ὁ εἰς υς καμμῦς — εἰς $\overline{\iota\varsigma}$ δὲ ὁ κομβίς τοῦ κομβίς, quod si integre scriptum est, pro κομβολύτης accipi oportet sed dubito an aliter scripserit ὁ κόμπις (ἀπὸ) τοῦ κομπός id est κομπαστής, ut ψεῦδις Pindaricum pro ψευδολόγος ex illa quidem ratione qua Εἰδώ ab Εἰδοθέα, Ἄμφις ab Ἀμφιάραος detorta putabantur. Nostra vero sententia ψεῦδις a verbo derivatum est ut σίνις, ψάλις ὁ κιθαριστής Hes. κόπις ὁ λάλος παρὰ τὸ κόπτω Schol. Eur. Hec. 129.[37] τρόφις alumnus Lyc. 265. τρόχις cursor Aesch. Prom. στρόφις versutus, quod Pollux VI. 130. sic ut πτάκις III. 136. ἄντικρυς κωμικόν dicit non ob terminationem, nam et Lyrici poetae tragicique his utuntur nominibus, sed quia forte apud Comicos legerat et vox ipsa significationem habet vitii ut γάστρις, γύννις, Δίφρις ὁ ἑδραῖος, οἷον ἀργός, Πτάκις δειλός, Χάλις χαλίφρων Hes. quare etiam in deminutivis referuntur sed injuria.

35) Citharistae Locrensis nomen Σπάρτις Anth. X. 584. alio loco VI. 54. scriptum est Πάρθυς, Πάρθης et Πάρθις. Hoc praefert Brunckius ad Anall. III. 86. n. 58. et pro Παρθένιος accipit. Sic aliquis dixerit Πάρμις VII. n. 504. pro quo in epigraphe Πάρμος legitur, ex Παρμένων vel Παρμενίδης conversum esse unde Παρμενῖς in charta Borgiana, sed non facile probaverit. Πάρμυς Cyri neptis Herod. III. 88. nihil nos juvat.

36) Excidisse videtur πίθων ὁ πίθηκος vel simile quid.

37) Coraes ad Heliod. 298. hanc significationem a feminino κοπίς translatam putat fere ut κύρβις dicitur legulujus. Sed obstat diversitas accentus.

§. 8. Postrema disputationis nostrae pars pertinet ad usum vocabulorum in ιας desinentium et varia inclinamenta. Ad illum quod attinet, dicendum est, non omnium parem esse auctoritatem: Ἀναφάλαντον οὐκ ἀνφαλαντίαν λέγουσι Suid. τολμητής οὐ τολματίας Thom. quo Agathias I. 4, 14. Anna Comn. XV. 474. B. XVIII. 231. B. et alii hujus ferreae catenae utuntur cum similibus: ὁρμητίας v. Has. ad Leon. Diac. p. 442. ἀλαζονίας, γοητίας, σωμασκίας Epimerismi Herodianei praebent, βρυχητίας et σοφισματίας Nicetas, γυναικοπρωςωπίας Constant. Manass. ἀγαλματίας, γλωσσηματίας (lingulaca) δογματίας Caesarum aequales,[38] βαδισματίας pro βαδιστικός et πρατίας pro πράτης Pollux poetis addicit comicis, quorum princeps proprio Ἀμυντίας Eqq. 570. usus est pro adjectivo praeeuntibus Tragicis qui Ζεὺς νικόμαχος καὶ πανσανίας et alia hujusmodi ausi sunt Aglaoph. 857. Hos sequuntur Grammatici: Μιξίας ὁ μιγνύων et Τισίας ὁ τιμώμενος Suid. Ἁγίας ὁ ἡγούμενος Tim. Gloss. Ἀκεσίας ἀντὶ τοῦ ἰατρός Anecd. Bekk. 379. Hoc in genere si quid est offensionis, ad vicinas decurritur terminationes, quarum opportunissima est ιτης. Λίθος μυλίας dicitur Strab. VI. 269. qui paullo post p. 277. λίθος μυλίτης sicut κογχυλίας λίθος ἐν Ἀριστοφάνους Δαιδάλῳ καὶ παρὰ Ξενοφῶντι κογχυλιάτης Poll. VII. 100. idemque lapis γαλαξίας et γαλακτίτης, idem πλακοῦς ταγηνίας et ταγηνίτης Athen. XIV. 646. E. οἶνος ὀμφακίας et ὀμφακίτης, ἄρτος ὀβελίας et ὀβελίτης, ἐρέβινθος ὀροβίας et ὀροβίτης, sed νεβρίας et νεβρίτης res significant diversas.[39] Verum eodem aliae tendunt viae: Κορακεύς ἰχθῦς, Κορακίας ὁ μέλας καὶ κολοιός καὶ κορακῖνος Hes. idemque serpens τυφλίας et τυφλίνης, alius κεγχρίας et κεγχρίνης v. Schneider. ad Nic. Th. 463. quo nescio an defendi possit Hesychii scriptura Καικίνης ὁ καικίας ἄνεμος ἀπὸ Καΐκου. Et a diversis principiis synonyma ὀμφακίας θυμός et ὀξίνης Aristoph. πατταλίας ἔλαφος et σπα-

---

38) Ὀνοματίας Herodian. π. Μον. p. 34. significare potest ὀνοματολόγον vel ὀνοματοθήραν, sicut κομματίας dicitur qui incisiones frequentat, sed fortasse οἰηματίας scripsit.

39) Accipiter σπιζίας dicitur, quia aviculis infestus et aegithalus σπιζίτης, quia magnitudine ὅσον σπίζα Aristot.

θίνης. Tum etiam quod deest complere possunt adjectiva, quae saepe cum illis consociata sunt *βίος κομπώδης καὶ φρυαγματίας* Plutarch. V. Anton. II. nec differt *ποταμὸς κυματίας* a *κυματώδης*, vel *ἥλιος λαμπρὸς καὶ μὴ καυματίας* Theophr. Sign. Pluv. IV. I. 797. a *καυματώδης*. Atque haec etiam auxilio succurrunt ubi femininis opus est, *διφθερίας* et *διφθερῖτις* personae comicae Poll. *ὀφθαλμίας ἀετός* Lycophr. et *Ἀθηνᾶ ὀφθαλμῖτις* Paus. *ostracias sive ostracitis* Plin. XXXVII. 65. *ὀροβίας* et *ὀροβιαία* etc. Est vero etiam illis proprium femininorum genus, quod ad similitudinem motionis accedit: *ἀκοντίας ἀκοντιάς, δρακοντίας δρακοντιάς, ὀρεστίας ὀρεστιάς*, neque tamen ea vera et propria est motio sed potius denominatio, ut a *Βορέας* patronymicum *Βορεάς*, ab inventore Dinia calceorum genus *δεινιάδες* ut *ἀλκιβιάδες*, et *τελεσιὰς ὄρχησις ἀπὸ Τελεσίου τοὔνομα λαβοῦσα* Ath. XIV. 630. A. *Ἁδρίας κόλπος, Ἁδριὰς θάλασσα, Μιλύαι* gens, *Μιλυάς* terra, cujusmodi feminina non solum a masculinis oriuntur sed undelibet *Σπάρτη Σπαρτιάς, Δῆλος Δηλιάς* etc. Verae autem et germanae motionis exemplum unicum est illud, quod in Diss. I. c. II. §. 6. protuli *ταμίας ταμία*, nam *νεανίας* femininum quidem habet sed ex alia analogia *νεᾶνις*.[40] Unum item paraschematismi *ἁμίας ἅμια*, cui ad speciem simile re dispar est *Λαμία* denominativum vel a *Λαμίας* (Lamia) vel a *Λάμιος, Λάμις, Λάμος*. Hac ratione copulari possunt *Ἀγαλλίας Ἀγαλλίς, Νικίας Νικίς, Φειδίας Φειδίς*,[41] quanquam fieri potest ut Agallis nomen a flore acceperit. *Πεῖσις* vero Paus. X. 26, 1. et *Τέλεσις* Ath. XIII. 587. E. non masculinis *Πεισίας, Τελεσίας* apposita sed ipsarum actionum nomina sunt ex communibus propria facta; quo genere abundant Graeci: *Μῆτις, Νίκη, Σιγή, Εἰρήνη, Ἀγάπη* quae attigi in Diss. IV. c. VI. §. 1. copulatumque *Μηλόβοσις*, et sermo latinus: Concordia Gruter. Inscr. p. 895. n. 5. Felicitas p. 313. n. 2.

---

40) Si a *νεάν* derivatum esset, non diversum haberet ab *Αἰνιανίς, Ἀκαρνανίς, Τιτανίς* accentum.

41) Hoc significat Alcaeus Anth. VII. 429. ubi ex duplici *φφ* tumuli tabulae inscripto argumentum ducit mulieris sepultae nomen fuisse *Φιδίς* ut in cod. scriptum est.

Victoria p. 610. n. 3. Hilaritas p. 771, 2. Pietas p. 1134, 2. Et ex genere verbalium Συνάλλαξις et Ἴασις nomina nympharum Ionidum fontis medicati praesidum Paus. VI. 22, 1. quorum illud fortasse Συνάλθαξις scribendum est, Ἐπίκτησις Choerobosc. Gaisf. I. 56. Anecd. Bekk. 1193. Epictesis Gruter. p. 598. n. 6. p. 858. n. 7. p. 1042, 7. Auxesis p. 71. n. 3. p. 76. n. 3. Aesthesis p. 868, 8. Acesis p. 835. n. 8. Epiteuxis p. 752, 10. p. 1042, 7. Heuresis p. 676, 11. Reines. Class. XII. n. 26. p. 660. Haec omnia non alio quam appellativa notantur accentu; nam antonomasia tonum non mutat; mutat vero denominatio; τὰ γὰρ παρώνυμα χαίρουσι τῇ ὀξείᾳ ὡς Χρύσης Χρυσίς Arc. 34. quod nomen persaepe legitur v. Meinek. Hist. Com. 328. neque refert utrum hinc repetamus an a χρυσός ut χαλκός Χαλκίς, an ab andronymico Χρῦσις Thuc. II. 33. Regulam confirmat exemplorum copia maxima Θαλασσίς (θάλασσα, Θάλασσος) et quae ex confesso a nominibus secundi ordinis appellativis propriisve declinata sunt Ἀγλαΐς, Ἀμπελίς, Ἀντιοχίς Sch. Soph. Oed. T. 773. Γλαυκίς, Δωτίς, Θεωρίς, Ξανθίς, Παρθενίς, quorum pleraque in Anth. leguntur, Ὑμνίς Lucian. Dial. Mer. XIII. Φοιβίς ib. IV. Φαεινίς Thuc. IV. 134. Φαεννίς Paus. X. 12, 5. et composita Δημοστρατίς, Θευφιλίς, Λεανδρίς, Νικοστρατίς Ath. 586. B. Πολυαρχίς, Σθενελαΐς, Φιληρατίς, vel tertii Λεοντίς, Σαλμιονίς Alciphr. III. 28. Εὐτυχίς, Θευγενίς, Κλεανθίς, Χρυσανθίς Paus. I. 44.[42] Hinc mendi arguimus barytona Ἄνθις Ath. 586. C. Κύθηρις Plut. V. Anton. IX. Πρόμηθις Anth. XIII. 27. Κλεόφαντις V. 279.[43] Νίκιππις VII. 186. Ἀντιόδημις IX. 567. quorum utrumque in Plan. acuitur, Πρῶτις Sch. Theocr. XIII. 25. hoc majore jure quod Ἄσωπις Diod. IV. 72. saepius Ἀσωπίς scribitur Sch. Pind. N. III. 6. EM. 95, 3. et pro Δῶρις

42) Περὶ παιδὸς Ἀπελλίδος Callim. Ep. XXIII. Anth. V. 148. interpres *de filio Apellide.* Sed filius *Apelles* puto dicebatur, Apellis filia.

43) Jacobsius dicit in Plan. paroxytonon esse *secundum vulgarem usum.* Hic usus constat in appellativis προφῆτις, ἱεροφάντις, σπαρτιᾶτις. Neque aliter viri docti scribunt propria Καλλικράτις Corp. Inscr. n. 1210. Κλεοκράτις et Δημοκράτις n. 1211. (omissa in Th.) Μενεκράτις Anth. VI. 208. nullo quod sciam antiqui auctoris testimonio freti. Mendosum certe Θεόγνις (femina) Clem. Strom. IV. 381. A.

Priscian. VI. 67, 263. (709. P.) frequentissime *Δωρ'ς*, quodque *Θεῶνις* EM. 327, 20. obruitur multitudine oxytonorum *Ἀγωνίς* v. Meinek. Hist. Com. 386. *Ζηνωνίς*, *Φιλωνίς* Anth. *Χειλωνίς* Parthen. XXIII. quibus nemo alium accentum assignat quam epithetis *ἰωνὶς φωνή* Christod. Ecphr. 381. *πλατωνὶς μοῦσα* v. 390. etc. Itaque etiam mulierum nomina ab andronymicis, quae omnes easdem literas habent, distinguuntur accentu: *Ἀλκίς* (omiss. in Th.) Paus. IX. 17, 1. *Βαυκίς*, *Γληνίς*, *Δορκίς* in Alexideae fabulae inscriptione, *Σκυλλίς* Anth. VII. 475. *Φυλλίς*, *Χρυσίς* a masculinis *Ἄλκις* (omiss.) Apollod. II. 1, 5. Paus. IV. 9, 2. *Γλῆνις*, *Σκύλλις* Paus. *Φύλλις* Sch. Plat. Gorg. p. 341. Sch. Arist. Vesp. 1277. *Χρῦσις*. Ergo a *Φίλτις*[44] derivatum feminae nomen melius *Φιλτίς* scribitur Diog. VIII. 88. quam *Φίλτις* Jambl. V. P. 36, 218. (532. Kiessl.) et pro mendoso *Νικία* Anth. VII. 298. non *Νῖκι* reponendum erat sed *Νικί*, sive hoc a masculino *Νῖκις* VII. 326. ductum est sive a *νίκη* ut ab *εἰρήνη Εἰρηνίς*, et pro *τῆς Τίσιδος* VI. 274. e Palat. revocandum *Τισίδος* diverso ab *ὁ Τῖσις* tono.[45] Longa enim illius nominis syllaba prior; quae si corriperetur, *Τίσις* scribi oporteret similiter appellativo ut ante relata *Τέλεσις*, *Πεῖσις* etc. Pariter si retinemus tralaticiam scripturam *Μνῆσις* Ath. XIII. 576. F. id natura appellativum, usu proprium est, sin autem, quod Ven. praebet, *Μνησίς*, paronymon dici oportet a masculino *Μνῆσις* vel *Μνῆσος* (*Μνήσων*, *Μνασέας*, *Μνασίας*) ut ab *ὁ Ἀπόληξις ἡ Ἀποληξίς* Dem. c. Macart. 1066, 1. quod Bekkerus gravandum putabat, sed nihil refert. Nec assentior Jacobsio nomen mulieris *Ἐλπίς* gravari jubenti diastolae causa „*ut ἰσχύς quum fit proprium nomen* Ἴσχυς *scribitur*“ ad Anth. p. 51. Verum hoc masculinum est, illud vero ejusdem generis quo appellativum *ἐλπίς* et vel ex hoc ipso conversum vel a masculino *Ἔλπις* (*Ἐλπίας*) derivatum.

---

44) V. Boeckh. ad Pind. Expl. p. 156. Hinc *Φιλτίας* et *Φιλτιάδης* Dem. c. Lacr. 929.

45) Anth. VI. 274. Vitiose igitur *Τίσις* editum Paus. IV. 9, 2. quod tacite correxit Bekkerus in Lysiae Fragm. XLV. (CXXI. Reisk.) et *Ἴσις* IX. 3, 1. Maxim. Tyr. XXIV. 4, 460. contra regulam Moschopuli Sched. p. 179. quam confirmant poetae Anth. App. p. 96.

Et eandem ob causam praefero *Φροντὶς δῖα* Il. XVII. 47. tonosi nunc receptae quam Herodianus probat sed non sine haesitatione: *τὰ εἰς τις — ὀξύνεται· οὕτως οὖν καὶ Φροντίς· εἰ μὴ ἄρα, ἐπεὶ κύριον τοῦτο, καὶ βαρυτονηθήσεται.* Etenim nihil causae est cur malimus proprium a non proprio distinguere; quae nominum genera in accentu multo saepius congruunt quam discrepant v. Lehrs. de Arist. 297. sq. quam masculinum secernere a feminino, quorum distinctio legitima est nisi qua intercedit alia ratio. Nam *ὁ Ἶφις* et *ἡ Ἶφις* homotona sunt quia utrumque adjectivum est, item composita *ἡ Νικόπολις* Plut. V. Sull. II. *ἡ Νικασίπολις* Paus. IX. 7, 3. *ἡ Ταυρόπολις* I, 42, 7. *Χρυσόθεμις* etc. Sed viri nomen scribitur *Μύρτις* Plut. Quaest. Gr. c. 40. feminae *τὴν Μυρτίδα* in Corinnae versu ut *ἡ Κορωνίς τῆς Κορωνίδος*, *ἡ Χλωρίς τῆς Χλωρίδος* Strab. VIII. 347. Sch. Plat. Symp. p. 376. Sch. Pind. P. IV. 306. Sch. Apoll. I. 156. Lyc. 881. *τὴν Χλωρίδα* Apollod. I. 9, 9. Tzetz. Chil. IV. v. 422. Aliter vero isosyllabi nominativo accusativi *Σκύθιν* ap. Aeschinem,[46] *Μύρτιν* Anth. IX. 26. *Κόρωνιν* in Hesiodi versu, *Χλῶριν* Diod. IV. 86. et in tribus Pausaniae locis, propter quos Siebelisius etiam primum casum *Χλῶρις* scripsit V. 16, 3. ubi libri discrepant, sed injuria; nam *Χλωρίς* scribendum ut *Γλαυκίς*, neque extimescenda synemptosis appellativi *χλωρίς*, nam et *Λυκαινίς*, *Χελιδονίς*, non alium quam animalium nomina habent accentum, quodque Buttmannus ad Sch. Od. XI. 281. ex Apollod. III. 5, 6. affert *Χλῶρις*, olim oxytonon fuisse ostendit codicum omnium scriptura *χωρίς*. Sed interruptum sermonem pertexam. A masculinis igitur in *ιας* (et *εας*) exeuntibus contingunt primum patronymica et patronymicis assimilata *Βορεάδης*, *Αἰνεάδης* (et *Αἰνειώνη*) *Ἀμυνιάδης*, *Ἀρχιάδης*, *Λυσιάδης*, *Μιξιάδης*, *Ὀθρυάδης*, *Πραξιάδης* Themist. Or. XXVI. 317. C. secundo topica *Ἀργεώτης*, *Νικιώτης*, *Χαιρεώτης* Steph.[47] topicisque simile *βορεῆτις* sive *βορεῶτις*. Tertio deminutiva *κοχλίας κο-*

---

46) V. ad Buttm. p. 426. ubi non recte scriptum ***Γέτις* et *Σάκις* nach Stephanus** pro ***bey.***

47) Idem *Ἀδρία — ὁ πολίτης καὶ πάροικος Ἀδριανός ὡς Ἀσιανός καὶ Ἀδριάτης.*

χλιάριον, *καλλίας καλλιάριον* si collineavi in Diss. de Antiphr. p. 306. et *Ξανθίδιον* Arist. Rann. 590. sed hoc correpto iota quasi a recto *Ξάνθος* declinatum. Quarto adjectiva *βόρειος* et *βορειαῖος* ut *κόπρειος Κόπρειος κοπρεαῖος* et andronymica *Θείας Θειαῖος*, *Ἀριστιαῖος*, *Ἰσμηνιαῖος*, *Καλλιαῖος* in Corp. Inscr. quibuscum conferri possunt *Ἀστεροπαῖος* pro *Στερόπης* positum Euphor. Fr. LX. 132. et *Περσαῖος* pro *Πέρσης* v. Ruhnken. ad H. H. in Cer. 24. Quinto verba *γοργιάζειν*, *ἱππιάζειν*, *λαρυγγιᾷν*, *μελλονικιᾷν*, sed *μελλητιᾷν*, *οὐρητιᾷν*, *τρυφητιᾷν*, *φρενιτιᾷν*, *σαυλοπρωκτιᾷν* etiam nominibus in *της* et *τος* subjici possunt et *φρικιᾷν* substantivo *φρικία* potius quam proprio *Φρικίας*. Nec dubium tamen multorum et nominum et verborum memoriam extinctam esse et saepe alterum genus officere alteri. Ita in Arist. Rann. 495. pro *λημαπιᾷς κἀνδρεῖος εἶ* Bentlejus *λημαπίας* praefert, Vossius contra ap. Hesychium accusativos *Λημαπίαν φρονηματίαν* in infinitivos mutat et eidem pro *Κυσίαι πασχητίαι* et *Κυσοδακνία ψωρία* alii ut verba reddantur suadent. Quin ipse Glossographus illud *Γραμματιᾷν περιεσπασμένως* non ob aliud enotavit quam ne quis substantivum esse putaret ut est gemmae nomen. Nec de Cyrillo et EM. constat pro *φιλυδρία φιλῶν ὕδωρ* utrum *φιλυδρίας* scripserint an *φιλυδριᾷ φιλεῖ ὕδωρ*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 1. In praescriptione Dissert. I. pro MDCCCIII. scrib. MDCCCXXXIII.

P. 4. l. 3. scr. θρῆνυς pro θρῆνος.

P. 6. adn. ult. post τάριχος adde: quae metabolae exempla affert Choerobosc. Dict. 366. cf. Bekk. Anecd. 1368. b.

P. 9. l. 20. scr. Δρεπάνη pro Δρέπανη. Sed de hujusmodi vitiis postea non admonebo.

P. 17. in adnot. 22. adde ἱεροὶ ῥόοι Ibyc. Fr. VI.

P. 22. l. 9. χέννιον avis aegyptiacae nomen v. Jacobs. ad Anall. T. X. 210.

P. 29. adnot. ult. pro *proparoxytonon* scr. *paroxytonon* et in adn. 20. l. 4. post *alterum* adde *locum*.

P. 33. adn. 32. Choeroboscus Dict. 290. γείνεό μοι, quod satis est.

P. 35. l. 3. scr. σκυλάκαινα. Pro Ἄλκαινα Keilio Anall. Epigr. p. 188. Λάκαινα scribendum videtur.

P. 37. l. 19. post κυδαίνω adde κυκαίνω, quod fortasse Euphorioni in Meinekii Anall. Alex. p. 40. reddendum: ζὰψ δὲ ποτὶ σπιλάδεσσι νεῶν ὀλέτειρα κυκαίνει pro κακύνει. Κυκᾶσθαι saepius de fluctibus legitur turbantibus, Χάρυβδις κυκωμένη, κῦμα κυκώμενον Hom.

P. 40. l. 3. post πρόφρων scr. πρόφρας. Proprii Πρόφρας Πρόφραντος meminit Choeroboscus Dict. 38, 18. de πρόφρασσα tamen Nitzschius ad Odyss. V. 169. Philoxeno assentitur a προΐω repetendum esse. Hesychius Σαλίβασσα τῇ θαλάσσῃ ἀπελθούσῃ scripsisse videtur ἀπελθοῦσα scil. ναῦς.

᾿Αλίβαντας τινὲς τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ τελευτήσαντας EM. — L. 14. pro *Τελεφάη* scr. *Τηλ.*

P. 41. adn. conf. Meinek. l. c. p. 121.

P. 43. de nominibus in $\overline{εια}$ et $\overline{η}$ adde Meinek. l. c. p. 46.

P. 52. l. 16. pro *generis* scr. *sexus.*

P. 62. l. 9. Plutarchus fortasse Ium insulam a violis nomen habere putavit ut Rhodum a rosis. In adn. 12. adde Herodian. de Dichron. p. 299. *τὸ βάρος* (*φᾶρος*) *καὶ Ράρος* (*Ρᾶρος*) *παρ' Ἀττικοῖς κατὰ χρόνον σημειώδη.* Lehrsius in Mus. Rhen. A. 1843. p. 348. *βᾶρος* retinet id plantae nomen esse putans, cujus nullus casus legitur praeter secundum *βάρου* et quartum *βάρον* (hoc accentu). Hactenus incertum est genus, *βᾶρος* an *βᾶρον* fuerit.

P. 70. Nominibus virorum in $\overline{ον}$ exeuntibus quae h. l. et p. 22. tractavi, conferenda sunt illa Prisciani XII. 550. (944. P.) *possunt etiam hominum inveniri nomina neutri generis ut in maribus hoc Basion, hoc Heliconion, in femininis Glycerium, Dorcium.* Basion sine dubio idem significat quod *φιλημάτιον* basium, similiterque in dialectis germanicis aliisque linguis appellatur *Buss* et *Kuss τὸ κύσαι*, aptum sane pueris puellisque nomen. Sed mari si tribuitur, neutrius est generis (vel per synesin masculini). Sic et servulus pueri ingenui collusor in Plaut. Capt. V. 3, 7. *Paegnion* vocatus est; *Ἐρώτιον ἐρώμενος Ταραντῖνοι — Νεννάριον εἶδός τι ἀσώτων, Νενναρίς κίναιδος* Hes. illud etiam puellarum nomen *Νεννώ, Νάννιον, Νεννάριον* cognatum latino *nanus, nana*; et nanos quoque in deliciis fuisse constat. *Στατύλλιον* est cinaedi nomen Anth. VI. 254. Galli Cybelae in galliambo Catulli Gallae dicuntur, in Luciani Asino §. 36. *κοράσια* ut ab Appulejo *puellae.* Per synĕsin vero *scortum exoletum ne quis in proscenio sedeat* Plaut. Poen. Prol. 17.

P. 72. adn. 31. adde: Mella Galliae cisalpinae fluvius et M. Annaeus Mella; Tinea Umbriae fluvius et Tinea Placentinus Cic. Brut. c. 46.

P. 73. *Νυκτηίς* una ex Nyctei filiabus Apollod. III. 5, 5. et ex multis, quas Apollo procreavit, una nomen accepit *Ἀπολλωνίς* Eumel. Fragm. XVI. 405. ed. Marckscheff. quod nescio an illis exemplis ab Hermanni suspicione vindicari

possit. Duodecim Asopi filiarum pars maxima a locis appellata est, sed una gerit nomen patris Ἀσωπίς Diod. IV. 74. Et omnino cavendum ne veteres poetas et mythographos omnia ad idem exemplum finxisse putemus. Phaeacum plerique a re nautica appellati sunt, neutiquam omnes v. Nitzsch. ad Od. VIII. 111. qui Rhexenorem praetermisit; Oceanidum multae a fontibus, sed omnium nomina ex vero ducta esse Goettlingius ad Hes. Th. 349. mihi minus persuasit.

P. 78. l. 5. pro *Pamphylus* scr. *Pamphilus.*

P. 90. ἀνίψαλος v. Schneidewin. Exercitt. Crit. p. 16.

P. 91. Σίμαλος et similia nonnulla attulit Keilius Anall. 195. In adn. 15. ante Κῶθος insere κώδη (κώδεια κωδία κωδύα) papaveris caput et κώδων calyx, tintinnabulum a similitudine calycis nominatum sicut campana florea atque aenea.

P. 92. l. 4. pro ἄχιθος scr. ἄχθος.

P. 101. l. 18. In Herodiani l. l. suspectum est σκωπαλέος sed tutius nihil reperio; nam σιωπαλέος non legitur. Quum κονισάλειος et δαιδάλειος neque apud scriptores reperiantur, neque epicorum versibus adaptari possint, usitatas voces non satis commode ionica ellipsi affectas dicit ut ἐκτόρεος.

P. 102. l. ult. ἐπίτασιν scripsisse videtur, non ἐπέκτασιν.

P. 107. adn. 6. ζάφελος ὁ μεγαλωφελής Choerobosc. Dict. 391. Θαῤῥελείδης in fin. adn. 8. Keilius a Θαῤῥέλεως derivatum censet Anall. 136. sed hoc unde compositum sit, non docet; nam Χαιρέλεως dissimile est.

P. 109. l. 3. a fin. θαργηλόν veteres interpretantur θερμόν quod a θέρω derivatum est. Ab illo Schneiderus Ταργήλιος repetit nomen dei Choerob. Dict. p. 495, 24. quod Bergkius ad Anacr. Fr. XXXVIII. cum feminino Θαργηλία confert. His proximum est verbum τέργω ap. Hesychium Τέρσει τέργει ξηραίνει, nisi ex dittographia natum est vel ad τείρω tergo pertinet.

P. 110. adn. 11. Ὄρβηλος Herod. Strab. Arrian. Alex. I. 1. idemque Dindorfius restituit Diod. XX. 19. pro oxytono quod alibi legitur v. Meinek. Delect. Poet. 221. Ὀμβηλός Nonn. XXVI. 49.

P. 112. l. 12. ab ult. pro αὐήλη scr. αὐηλή.

P. 113. l. 8. pro *adjectivis* scr. *nominibus.*

P. 120. adn. 14. Perillo adde Perillam Ovid. Trist. II. 437.

P. 121. ult. *δράξαι*, non *δρᾶξαι*.

P. 125. l. 1. De nominibus in *υλης* v. Keilius in Anall. 132. In Adn. 11. addenda sunt exempla genitivorum in *εω*, quae Meinekius composuit Anall. 210. — *Δορύλας Δορύλα* Choeroboscus Dict. p. 36. affert cum similibus et dissimilibus *Περέλας, Κωτέλας, Μιδιόλας, Γενειόλας, Ἀτύλας*, hoc est *Πτερέλας, Τωτίλας* (Geta) *Αἰθιόλας, γενειόλας, Ἀττίλας*.

P. 126. l. 9. ante *Καμβῦλος* excidit *Ἄξυλος* nomen homericum, de quo p. 121. dixi.

P. 127. l. 17. *ὄρπετον* scribi debet si aeolicum est, ut Ahrensio videtur p. 77. pro *ὅρπετον*.

P. 129. ult. De nominibus in *ολης* conf. Keil. Anall. 82. et 161. In adn. 1. adde *κώνωψ ὀξηρῷ φυόμενος κεράμῳ* Anth. XII. 108. et Jacobs. Animm. T. IX. 251.

P. 132. l. 9. ab ult. *cognita* scr. *cognata*.

P. 134. l. 8. ab ult. scr. *ἀγκωλιάδδειν*.

P. 136. l. 17. *τετρακέφαλος* add. Meinek. Com. Fr. III. 256.

P. 145. l. 2. *consermonor* ex Quadrigario affert Gellius.

P. 146. l. 4. ab ult. pro *δοτέω* scr. *δατέω*. In adn. 18. *literam secundam et tertiam* scil. verbi simplicis id est *πι*.

P. 149. l. 18. cum *μάω μάττω* conferendum *ματτύαι γνάθοι* idemque cupediorum nomen.

P. 150. l. 7. ab ult. pro *vocalem* scr. *gutturalem*. P. 151. l. 13. scr. *urceus* pro *urcus* et l. 18. *κάνεον* pro *κάνον*.

P. 155. l. ult. ante *retracto* excidit *non*.

P. 158. l. 16. praetermittit etiam Choerobosc. Epim. in Psalm. 56.

P. 159. l. 1. *ἀκρεμών* oxytonon aliquot locis reduxit Meinekius Delect. p. 109. et 152.

P. 161. l. 17. *ἐάσιμος* scr. *ἰάσιμος*.

P. 168. l. 11. ab ult. *Ἀρίμμας* et *Ἐχέμμας* Choerobosc. l. c. 37. Paullo ante *Βριμώ* et *Ὀβριμώ* scribendum.

P. 171. l. 8. ab ult. pro *τυλιμαῖος* scr. *τυχιμαῖος*. Adde *δωριμαῖος*.

P. 172. adn. 15. pro 249. scr. 248. *Εὐδόκιμος* solum obtinet et *κακοδόκιμος*, quod Schneiderus ex Epicharmo profert, Thesaurus omittit. In EM. Meinekius Anall. 178. pro *πατήρ* corrigit *παῖς*.

P. 177. adn. 7. *Πολυθύσανος Ἄρτεμις* nonnulli interpretati sunt impetuosam v. Meinek. Anall. 227.

P. 181. l. 7. in Alexandri versu *Ταπροβάνη — θηρονόμων πέπληθεν ἐϋῤῥίνων ἐλεφάντων*, olim proposui *δηροβίων* consuetum elephantorum epitheton, Meinekius vero l. c. ex Eustath. recepit *θηρονόμος* ad intellectum facilius v. Prolegg. p. 239. adn. 10. Sed fortasse elephanti dicuntur *θηρονόμοι* tanquam principes quadrupedum et coryphaei sicut delphini *ἰχθυνόμοι βασιλῆες* Oppian. Hal. I. 643. et *ἰχθυμέδοντες* Marcell. Sid. 54.

P. 183. l. 10. pro *μίλη* scr. *μέλη* et p. 184. l. 16. *σχιδανόπους* pro *σχινδ.* et in adnot. 24. *μηχανή* pro *μηχάνη*.

P. 185. l. 7. ab ult. scr. *Θηβάνας* pro *᾽Οηβ.* Num *πρότανις* recte scriptum sit dubitat Ahrensius de Dial. aeol. 84.

P. 194. l. 4. in Choerobosci Dict. 55, 10. *παιδεινῆς παιδαινοῦς* scriptum est. *Γετηνοί*, quod in adnot. 5. attigi, Meinekius Anall. 205. ad Rhianum transfert.

P. 196. l. 18. pro *κολοσσηνός* scr. *Κολοσσ.*

P. 199. adnot. 16. adde *Κιερανοί* Phot. Bibl.

P. 202. l. 4. ab ult. *simplicibus* hoc est decompositis. De accentu nominum quae in adnot. 5. commemoravi, adde Meinek. l. c. 188.

P. 205. l. 11. *Διονυσικλῆς*, *Διονυσιγένης* et similia (v. Keil. Anall. 169. et 205. adnot.) excusantur similitudine verbalium quae cum verbis praesentibus composita sunt characterem futuri sigma sortitis *ἀεξίγυιος*, *αὐξιφαής*, *ἀλεξίκακος*. Quo quae carent, iota repudiant secundum regulam EM. 579, 45. et 151, 26. in qua unum exceptum est *τερπικέραυνος* et quae cum *ἄρχω* copulata sunt. Pro *Πειθιάνασσα* Nonn. VIII. 193. scribendum est *Πεισιάνασσα* ut *Πεισιάναξ*, *στοὰ Πεισιανάκτειος*. *Πειθῖνος* simplex an compositum esse velit Keilius Onomat. p. 201. non apparet. *Ἁμαρτίνοος* et *λαθικηδής* cum hypotacticis conjuncta sunt, cum thematicis *εἰλίπους*, *ἑλίτροχος*, *ἑλελίχθων*. In illam vero verbalium similitudinem interdum incurrunt nomina quae sigma in terminatione habent *θαλασσίγονος* Nonn. XIII. 458. (nisi *θαλασσόγονος* scripsit ut *θαλασσοπόρος*) *γεισίπους* quod cum similibus attuli ad Phryn. 666. et propria *σουσιγενής* Aesch. Pers. 643. *Ἀσιγένης* (si

graeco typo percussum est) v. Eckhel. Doctr. T. II. 477. *Γαλαξίδωρος* Thebanus Xenoph. Sed *Nysigena* Catullus fingere potuit more latino ut *Musigena*.

P. 211. l. 20. *Λῦσος* et *Λυσῖνος* affert Keil. Onom. p. 133. sed illud Dindorfius in Thes. dubitat an *Λῦσις* scribendum sit; et *Σωσῖνος* p. 120.

P. 213. l. 14. ab ult. pro *μυτρίνης* scr. *μυρτίνης*.

P. 219. l. 3. scr. *λάγυνος* pro *λάγονος* et in adnot. 34. *ὠμοστράκῳ*.

P. 221. l. 10. De terminatione *ινη* valet idem quod de *ωνη* dixi ad Buttm. 440. Schol. Hes. Th. 389. *Τρύφων τὰ τοιαῦτα οὐ πατρωνυμικά εἶναί φησιν ἀλλὰ παρώνυμα ἐπεὶ οὐκ ἔχει ἄῤῥενα παρακείμενα πατρωνυμικῶς.*

P. 223. l. 6. ab ult. de Stephani loco conf. Meinek. Anall. p. 204. — P. 224. l. 5. ab ult. scribe *Βιτώ*.

P. 226. ult. scr. *ἱμονιά*. — P. 227. l. 16. *Μάκυνναν ἐραννήν* in exitu hexametri vel *Μάκυνον* scribit Meinekius l. c. 354.

P. 230. l. 18. *Τιθωνός ἡ ἡμέρα παρὰ τὸ τιθασός ἥμερος* EM. 758, 27. nec incredibile est Tithoni nomen fictum esse eadem ratione qua dies cum tenebris et caligine comparatus vocatur *ἡμέρα* id est *placida* v. Parall. 359.

P. 234. l. 5. *Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ* in Inscr. Del. n. 2295. substantivum esse apparet e Plutarchi loco quem Boeckhius apponit de Is. c. III. *Ἶσιν καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσι.* Pro Dissert. IX. scr. Diss. XI. 509.

P. 235. adn. 7. *διανύκτιος* Brunckius proposuerat; aliam viam ingressus est Meinekius Delect. 136.

P. 248. l. 14. ab ult. pro *ἤρομεν* scr. *ἤραμεν*.

P. 249. add. in Anth. V. 187. *ἴδ' ὡς ἐπίκτητα φιλοῦσα ἤλως* docti corrigunt *ἐπίτηκτα* ad significandum *πλαστά simulata*. Praestat *ἐπίκηρα* hoc est fugitiva, defunctoria et non ex animo oblata. — In IX. 216. Amphionis *τειχομελὴς κιθάρη* sine dubio *τειχοτελής* vocata est.

P. 256. l. 8. in Hesychii loco *ἰθαραῖς ταχέσι* hoc fortasse mutandum in *παγαῖσι*.

P. 262. l. 13. pro *καιστηρός* scr. *καυστηρός*.

P. 264. l. 14. pro *μενδῆρα* scr. *μενθῆρα*. His fortasse simile fuit *μεμφῆρα*, pro quo nunc *μέμφειρα* scriptum est

p. 265. — In adnot. 25. adde nomen urbis Thraciae *Τόπηρος* varie scribi in Procop. Goth. III. 38, 556. A.

P. 265. med. scr. *παράγωγον.*

P. 270. adnot. 37. De *'Αμφάρης* dubitat Meinekius Anall. 109. utrum ex *'Αμφιάρης* ortum sit an ex *'Αφάρης*. *Τοῦ Τυνδάρους* Inscr. n. 1256. et 1304.

P. 274. l. 3. ab ult. scr. *λάβρος* et p. 275. l. 3. *significationi.* In adnot. 49. adde accusativum *Halmyrin lacum* Plin. IV. 24.

P. 275. med. de nominibus in *ωρης* conf. Lehrs. Quaest. Epp. p. 165.

P. 277. med. *Ταυχέριος* v. Meinek. l. c. 291. de *αἴγερος* idem Com. Fr. T. IV. 621.

P. 279. med. adde EM. 561, 54. *Λευκαρίων καθ' ὑπέρθεσιν Δευκαλίων καὶ Λευκάδιον τροπῇ τοῦ δ εἰς ρ λευκάριον,* hoc est *Δευκαλίων* in *Λευκαδίων* mutatum esse hyperthesi ea qua elementa syllabarum disjunctarum transponuntur ut *ἀριθμεῖν ἀμιθρεῖν*, diversa a metathesi; postremo *Λευκαδίων* in *Λευκαρίων.* Similia sunt *Λυκάριος Λυκαρίων, Νικαρίων* Inscr. Delph. 1710. *Τιμαρίων* et femininum *Τιμάριον, Σουσαρίων* et *Σωσάριον* Inscr. n. 2411. in Addend. ad n. 511. T.I. 915. etc.

P. 281. l. 12. scr. *Μασυλῆες*, addito *Νίσυρος* Il. II. 676. priores syllabas longas habere, *Νισυρῖτις* Anth. IX. 21. easdem breves; et l. 4. ab ult. scr. *ἥσυχος.*

P. 282. l. 10. *ἀτηρής* suspectum reddidit Meinekius Del. 223.

P. 285. l. 17. pro *galeae* scr. *aleae.*

P. 290. l. 8. pro *σίττυβοι* scr. *σίττυβον.* Lin. ult. adde: *Menapos* Martialis dixit XIII. 51. (53.) media brevi, qui vulgo Menapii vocantur.

P. 291. l. 12. ab ult. *σιωπή* a primitivo quodam, unde *σιγή* et *silere*, procrevisse videtur iota correpto.

P. 293. adn. 4. cf. Coraes ad Isocr. p. 100. et in Supplem. 333. qui *ξυλήφιον* probat prae *ξυλάφιον.*

P. 296. adn. 10. Meinekius in Del. p. 115. *ἀνθεκτῆρας* emendat.

P. 298. l. 19. pro *γυναικεῖον* scr. *γυναικεῖος.*

P. 307. l. 5. ab ult. *"Οπλακος* non huc sed ad p. 308. pertinet ubi *Μάρμακος* addi poterat et *'Ολθακός.*

P. 308. Nomina in ακος propria permixte exhibet Keilius Anall. 63.

P. 309. l. 20. pro *Κολλιακός* scr. *Καλλιακός*.

P. 310. adn. 4. l. 4. pro *hodieque* scr. *hodie quoque* et l. 4. ab ult. ὅ pro ῷ.

P. 312. l. 23. adde *Θρύπτακον κλάσμα ἄρτου Κρῆτες* Hes.

P. 313. l. 15. pro *vicinio* scr. *vicinia*.

P. 315. l. 1. pro *μαιμακός δύςμαχον* scr. *μαίμακον δύςμαχον*. De accentu falsum dixi; nec tamen syntheton esse puto ab illo indico *Μαί μέγα* quod in Thes. apponitur.

P. 316. med. *τὸ Τριάκων γειτνιᾷ τῷ ἀριθμῷ* Choerobosc. Dict. 78. *Δίων Τανακώνιος* i. q. *Τανακωνίδης* Inscr. Boeot. 1574. *τοῦ Διωνάκα* Inscr. Delph. 1691. Photius *Πολίοχος καὶ Πολυάκης*, pro quo Keilius p. 90. dubitat an *Πολυάρκης* scribendum sit. Nomina *Ἰάσων καὶ Πολυάκης* Isocr. Epist. VI. sine dubio a verbis medendi ducta sunt.

P. 317. l. 4. Herodianus Cram. III. 241. *οὐδὲν εἰς βων πλὴν τοῦ Χαρναβῶν*,* *οὐδὲν εἰς θων πλὴν τοῦ Δεξιθῶν· καὶ γὰρ τὸ Ποσειδῶν ἀεὶ λέγει ὁ ποιητὴς Ποσειδάων* etc. ubi necesse est aliquid excidisse. *Δεξιθῶν* ex *Δεξιθόων* contractum videtur ut *Ἱπποθῶν*. Aliter vero compositum est *Δεξικρῶν* sive *Δεξικρέων* i. q. *Δεξικράτης* ut *Ἑρμοκρέων Ἑρμοκράτης*, *Παγκρέων Παγκράτης*, aliterque *Ἡρακλέων* sive *Ἡρακλῶν* ut *Ἡρακλέης* et *Ἡρακλῆς*, *Ἀνδροκλέης Ἀνδροκλῆς*. In Herodiani loco Lehrsius in Mus. Rhen. Nov. hujus anni p. 349. ante *Ἡρακλέους* interponendum esse suspicatur *Ἡρακῶν*, de quo novissime dixit Keilius in Anall. p. 231.

P. 319. l. 6. *motacismus* scr. pro *motascimus*.

P. 324. med. pro *Λάβικοι* scr. *Λαβικοί*. De *Ἀρδίκης* v. Keil. Anall. 223.

P. 326. med. Vettonicae herbae a Vectonibus denominatae nomen barytonum est *βετονίκη* apud Galen. Dioscor. etc.

P. 328. l. 10. *ἐμπειρικῶς* Antiatticista Bekk. 95. ex Alexide enotavit, neque multo probatius videtur adjectivum.

P. 334. l. 8. ab ult. pro *πύσαχος* scr. *πύσσαχος*. Pro *Ἕρμαχος*

*) Idem scribitur *Καρνάβας* et mendose *Κάρκαβος* v. Aglaoph. 215. adn.

nunc omnibus locis repositum est Ἕρμαρχος praeter Galen. Hist. Phil. II. 228. T. XIX. Πολέμαχος tamen Meinekius Anall. 145. non suspectum habuit.

P. 341. l. 7. Μουρυχίδης et Μουριχ. in codd. Herod. IX. 4. ut Μούνυχος et Μούνιχος v. Keil. Anall. 234. sq. Hermann. Praef. Antig. p. LII.

P. 344. fin. μόλυχνον et μολυκρόν fortasse cum ὀλός θολός cognatum est.

P. 353. l. 7. ab ult. pro ὄσφη scr. ὄσφρη. Πηγήδιον ἡ μικρὰ πηγή Suid. πηγίδιον scribendum, pro quo posteriores πηγάδιον receperunt v. Du Cang.

P. 355. l. 15. pro Μηλιήδης scr. Μελ. Nomina propria in ηδων exeuntia omnia mares significare Fritzschius contendit ad Thesmoph. v. 1175. cui obstant exempla urbium ad Aj. p. 169. sq. allata Ἀνθηδών, Χαλκηδών, Τερηδών, a qua puella ista appellari potuit ut Σκιώνη, Κυρήνη et aliae v. Prolegg. p. 23. adnot. nec inconveniens tibicinae vel cantricis nomen fuerit Σειρηδών vel Κηληδών. Appellativis masculini generis adde Τεθρηδών (τερθρηδών) ὁ πρωρεύς Hes.

P. 356. l. 7. ὑπνίδιος Jacobsius posuit pro ὑμνίδιος, quod Meinekius tuetur Del. p. 126.

P. 363. l. 11. ab ult. tolle verba *sine accentu* et post ὀλίγαιθος adde Σύμαιθος.

P. 365. l. 10. pro λέκας scr. λέκος.

P. 366. l. 2. pro Βέβλιθος scr. Βίβλ.

P. 370. l. 16. pro *ultimam* leg. *ultimum* et l. 6. ab ult. *brevius* pro *brevi*. Ad κυπάτης convenit κύβδα, quo schema obscoenum significatur; cum ἐρχάτης conferendum verbum homericum ἐρχατόωντο.

P. 371. l. 4. pro *Ill.* scr. *Illyr.* De Καίρατος et Κέρατος l. 8. ab ult. cf. Meinek. Anall. 172.

P. 376. l. 15. post ὄνειρος add. ὄνοιρος.

P. 378. l. 15. Choerobosc. Epim. in Ps. p. 38. τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύτονα ἑνὶ φωνήεντι παραλήγονται· πρόςκειται ὑπὲρ δύο συλλ. διὰ τὸ χαίτη, βαρύτονα διὰ τὸ τελευτή. Idem in Dict. p. 50. Καβάρης Καβάρητος ὄνομα ποταμοῦ et p. 149. Κανάρης Κανάρητος ὄνομα, quorum e genitivo nominativus fortasse ortus est Κατάρητος. In Callimachi versu Schol.

Theocr. VII. 103. quem Heckerus tractat Spec. Call. p. 148. pro *Πὰν Ὁμαλιήτης* — scribendum est *ὁ Μαλειήτης*, non *Ὁμολιήτης*, quod analogia abhorret. *Πρὸς Μαλέαν* invitatur Pan Anth. IX. 341.

P. 380. l. 18. de *ἀκόνιτον* et *ἡ ἀκόνιτος* v. Meinek. l. c. 64. de *Ἀρτεμίτα* p. 189.

P. 381. l. 19. *ἱδρίτα* vir eruditus, quem nunc ipsum nominavi, imperitiae auctoris attribuit p. 381.

P. 383. adn. 8. Appellativum *ὁδοίτης*, quo Ahrensius utitur de dial. aeol. p. 96. adhuc non legimus; nec probabile videtur *μαχαίτας*, si Alcaeus ita scripsit, ex *μαχαΐτης* contractum esse.

P. 387. Nominum propriorum in $\overline{υτης}$ et $\overline{οιτης}$ exeuntium nonnulla attulit Keil. Anall. 163.

P. 390. l. 6. pro *Πολύγγου* scr. *Πολύγνου*. *Πολύττου* Meinekius in Del. 162. cum *Δινύττας* confert.

P. 391. l. 9. ab ult. *pastinacae* leg. pro *pest.*

P. 392. adn. 20. Utriusque versus aliam correctionem proponit Meinekius Del. p. 123. In ultimo pro *ῥωπεύειν ὀλιγόξυλον* nunc malim *ῥωπεῖον τὸ λιπόξυλον*, frutectum ab arboribus defectum; praecedit enim paullo ante *ἡ ὀλιγῶλαξ* scil. *ἄρουρα*.

P. 394. l. 10. pro *utroquo* scr. *utroque* et l. 8. ab ult. de *Ἀντιγενείδας* cf. Meinek. Com. Fr. T. III. 186. sq.

P. 395. l. 11. adde: *ψιμύθιον διὰ τοῦ ῡ ἀττικῶς* Moer. In l. 13. ab ult. tolle punctum post videtur et l. 4. post *διφθόγγου*.

P. 397. l. 4. ab ult. conf. Keil. Anall. 397.

P. 415. l. 2. *Προπάνισος* Nonn. XXVI. 51.

P. 418. l. 3. *Βαρβύσας* Choerobosc. Dict. 41, 26.

P. 419. l. 7. excidit nescio quid; *Πίσα ἀπὸ τοῦ πίσω* EM. Schol. Pind. l. c. *πῖσαι τὸ ποτίσαι* etc. In seqq. l. 17. pro *Φρῖξος* scr. *φρίξος*.

P. 421. adn. 7. *ὄλοιτο* scribendum esse etiam Heckerus suspicatus est Spec. Comm. Callim. p. 114.

P. 422. l. 11. pro *ἀπὸ* $\overline{τ}$ scr. *ἀπὸ τοῦ* $\overline{τ}$ et l. 7. ab ult. *antithesis* pro *anth.*

P. 424. l. 18. pro *longam* scr. *longum* et in adn. 14. *Ἀλησιάς* et *Ἀλεισιάς*. P. 425. l. 20. pro *Κοράσιον* scr. *κοράσιον*.

P. 440. adn. 5. de οὐλάς conf. Hecker. Callimach. p. 84.

P. 441. l. 16. scr. ἐννεακαιδεκάς. *Centena* et *ducena* nomen dignitatis fuit in aula Byzantia.

P. 442. adn. 9. pro *dissessione* scr. *dissens.*

P. 443. l. 5. pro *Gregor.* scr. *Galen.*

P. 446. l. 8. pro XXVI. 112. scr. XXVII. 172.

P. 449. l. 4. pro θύας scr. θυάς et l.24. *crebra* pro *cebra.*

P. 452. l. 5. ab ult. pro *Bardesemes* scr. *Bardesanes.*

P. 455. l. 5. post Hal. I. adde v. 138. ubi et πατελίδες scribitur.

P. 459. l. 4. ab ult. pro Φανομηρίς scr. φανομηρίς et l. 3. pro Φαινομηρίς scr. φαιν.

P. 463. l. 21. pro *aquarum* scr. *apuarum.*

P. 474. l. 1. pro *substantivum* scr. *epitheton Bacchi.*

P. 474. ult. λιγυήιος Lehrsius Quaest. Epp. 173. non suspectum habuit.

P. 475. l. 7. ab ult. pro *ac Epicis* scr. *ab Ep.*

P. 477. l. 7. In Epigr. Anth. VII. 497. de naufrago: οὐδὲ γὰρ ὀθνείην ἔλαχεν κόνιν, ἀλλά τις ἀκτὴ νιὰς ἢ νήσων ποντιάδων τις ἔχει, Meinekius Delect. p. 194. pro νιάς suspicatur θινιάς *litus arenosum* vel γηιάς. Mihi primum Θυνιὰς ἀκτή scribendum videtur, quam nominat Strabo in descriptione Ponti XII. 541. deinde Ποντιάδων, quo significetur naufragum illum in mari infestissimo periisse.

P. 479. l. 21. pro *auctorum* scr. *auctorem.*

P. 488. adn. 2. conf. Meinek. Anall. 167.

P. 489. l. 18. ad κασᾶς pertinet: ἱμάτιον δούλῳ ἢ ἰδιώτῃ πρέπον κασοῦλαν τῇ Λατίνων φωνῇ καλοῦσι Ῥωμαῖοι Procop. Vand. II. 26, 299. B. *casula vestis cucullata* Isidor.

P. 495. l. 1. pro μονεάς scr. μονιάς. In adn. add. Παρθενίας Elidis fluvius, Παρθένιος Paphlagoniae.

P. 501. l. 10. pro *dictionis* scr. *ditionis.* Ibid. l. 24. excidit *potius.* In Adn. l. 3. pro ὄρνεον scr. ὀρνέου.

P. 502. l. 4. ab ult. pro *eodemque* scr. *eodem.*

P. 505. l. 14. Ἄθηνις Schol. Arist. Avv. 574.

P. 508. l. 13. pro Ἀμυντίας scr. Ἀμυνίας.

P. 509. adn. 40. παιάνιδες ἀοιδαί in Pindari Fr. ap. Schneidewin. Simon. p. 50. paroxytonon esse oportet.

INDICES.

I. INDEX GRAECUS.

A.

*) Vocabula signo * notata in Thes. omissa sunt.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

I.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

Ρ.

Σ.

T.

II. INDEX LATINUS.

A.

N.

Z.

III. INDEX SCRIPTORUM.

Lipsiae, typis C. P. Melzeri.